munia,collegia,vniuersitates,& bona,& iura prædictorum,ita quod ipse ; & eius filii,& hæredes posint in dictis locis leges,& iura condere,tollere , interpretari,cõdẽnare,absoluere,bannire,suspendere,interdicere,tãi n ciuilibus q̃s in criminalibus pœnas exigere,& cameræ suæ applicare, condemnationes remittere,gratias facere,bella facere contra inimicos,pacẽ, & treguas inire ,societates contrahere,contra inimicos,& rebelles procedere,famæ, & patriæ restituere,officiales iuxta solitũ creare,& mittere tã in ciuitate,q̃s in districtu, & toto Episcopatu,eosdẽ officiales cassare,remouere,coercere,,absoluere , condẽnare,salaria eis constituere,& deniq; oĩa,& singula facere,quæ cõpetũt , habent,& exercent supremi Principes,,put dicta ciuitas,& Populus eũdẽ Ducẽ, filios,& hæredes sibi in supremũ Principẽ cõstituũt,haberẽ desiderãt, & eo frui contentãtur.Et ex nunc ciuitas ipsa;& totus populus Mutin.fidelitatẽ,& obedientiã iurant prælibato Ser.D.N.eius filiis,& hæredibus modo infrascripto , & alias omni meliori modo videlicet.Ciuitas,& totus Populus Mutin. promittit Ser. D. Herculi secũdo Duci Ferrariæ,Mutinæ,& Regij IIII. Marchioni Estensi,suisq; filiis,& hæredibus in perpetuũ , & iurat quod ab hac hora in antea erit,& perseuerabit fidelis prælibato D. Duci,& eius hæredibus in perpetuũ contra oẽm hominẽ,vniuersitatẽ,& omnẽ Principẽ, & nũq̃s dictæ ciuitatis & populi facto,vel consilio eueniet,quod ipse,vel ipsi in ære, vel in persona recipiãt aliquã læsionẽ,vel contumẽliã,& minus faciẽt,vel curabũt quod prælibatus Ser. vel sui filii,& hæredes amittant aliquẽ honorẽ,vel regalia , quem,vel quæ nũc habẽt,vel habebũt prælibati DD.sui,& si sciuerint,vel audiuerint aliquos cõspirare,vel coniurationẽ facere,vel velle conspirare contra prælibatũ Ser.D.N.suos filios,& hæredes vt supra in personis,bonis,vel ære eorum , statim mox propalabunt præfata oĩa præfato Ser.suis filiis,& hæredibus, & eorum officialibus,& se oĩbus uiribus , & toto posse suos opponent, ne conatus conspiratio,& coniuratio effectũ hẽant,& si sciuerint,vel cognouerint præfatũ Ser.suos filios, & hæredes fore in aliquo periculo , vel discrimine vltro, & sponte facient ea,que spectabunt ad bonũ,& fidelem subditũ,& pro personis, & tuitione status sui omne suum posse facient.Et deniq; iurant se oĩa factutos gesturos,& executuros,quæ erũt,& esse cognoscent ad honorẽ,& vtilitatẽ præfatorum DD.suorũ,protestantes,& dicẽtes se oĩo uelle viuere,& mori sub umbra alarũ Ser.D.N.& filiorũ suorũ,& hæredũ suorũ, & iurant præfata ad sancta Dei Euangelia manibus tactis scripturis,inuocantes in rei fidem , & testimoniũ Dominũ Iesum Christũ,ac Beatã Virginem Mariam, & antistitem nostrum Diuum Geminianum,& cæteros Cœlicolas.

¶ De Electione,& officio D.Gubernatoris Mutinæ. RVB. VI.

PRæses, seu Gubernator ciuitatis Mut.creetur, & eligatur per Ser, Ducem nostrum,& sit patritius,& nobilis annorũ saltem xxxv de loco distanti a ciuitate Mut.per xxx.saltem milliaria,teneatque primũ locum in ciuitate,ab omnibus in maximo honore habeatur,& omnes ei obediant,& assistant , habitet Castellũ,seu arcem ciuitatis Mut.& eam,& totã ciuitatem solicite die noctuque tueatur, custodes, & vigiles ponat prout oportuerit, curã habeat militũ, & armatorũ pro tuitione,& defensione ciuitatis,eosdẽ castiget, & eis imperet

pa-

pacem,& vnionem inter ciues procuret,ſcãdalis occurrat,& ea oĩa faciat,quæ ſpectare dignouerit ad bonum Præſidem.Cauſas hebreorũ,& miſerabiliũ perſonarũ cognoſcat,terminet,decidat,ſummarie,& de plano,ſine ſtrepitu, & figura iudicii.Et ſimiliter cauſas inter Maſſariũ Ducalẽ, & conquerentes de & ſuper aliquibus occaſionatis ex gabellis,& datiis,vbi Maſſarius cõductor eſſet gabellarum,& datiorum ciuitatis,& Ducatus Mutinæ:in aliis aũt cauſis ciuilibus nullã penitus habeat iurisdictionem actu,vel habitu ita vt ẽt eius iurisdictio prorogari non valeat tacite,vel expreſſe,& oĩs proceſſus,& ſĩtia in contrariũ ſit ipſo iure nullus,& nulla,& ſemper poſsit dici de incompetentia agendo vel excipiendo, niſi tũ eſſet in aliquo caſu delegatus a Ser.D.N.tunc.n.habeat eam iurisdictionẽ,quæ ſibi attributa fuerit.Solicite autẽ procuret vt D.Prætor ciuitatis,& cæteri officiales cauſas coram eis pendentes decidant,& expediant;& in eis non ſe intromittat,niſi tũ periculũ eſſet in mora, vel ſcandalum eſſet venturũ.Prouideat ẽt,& exequatur ea,quæ ad fælicẽ ſtatũ Ser. D. Ducis expedire putauerit,& cognouerit,claues portarũ ciuitatis teneat ipſe Dñs Gubernator,faciatq; portas claudere,& aperire horis congruis, curare ẽt debeat ur puniatur quicunq; foueas ciuitatis transgreſſus fuerit, & terralea, ſiue pomœria aliquo modo deſtruxerit,volentes tũ quod ipſa terralea,intus, & extra, & foſſæ ciuitatis ſint Cõis Mut.Et teneatur ipſe Gubernator ſaltẽ ſemel in anno viſitare caſtella ciuitatis Mut.& in eis prouidere de neceſſariis pro tutamine ſtatus Ser. D.N.Ducis,& habeat a camera Ducali ſalarium,quod ſibi taxabitur a Sereniſsimo Domino Noſtro Duce.

¶ De electione D Prætoris Ciuitatis Mutinæ. RVB. VII.

CVm Ciuitas Mut. inter ciuitates inſignes habeatur, nec vltimũ locũ inter ciuitates Italiæ teneat,& plena ſit ingenti populo,& viris honeſtis,& ad mercationes deditis,æquũ eſt vt eadem ciuitas gubernetur a viro moribus, & ſcientia inſigni,ac ius reddatur in ea a viro literato, & præclaro, propterea ſtatuimus quod Prætor dictæ ciuitatis,qui eligetur a Ser.Duce noſtro ſit, & eſſe debeat maior annis xxx. in iure canonico,& ciuili doctoratus in gymnaſio aliquo publico per triennũ ſaltẽ ante illius electionẽ de ciuitate, vel loco diſtanti ab vrbe Mut. per milliaria ſaltẽ triginta,in quo loco ciuis ciuitatis Mut. ſimiliter eligi poſsit ad ſimile officium, & niſi habeat qualitates prædictas non valeat,nec teneat ipſo iure electio. Officiũ aũt Prætoris Ciuitatis Mut.ſit annale,niſi fuerit per prælibatũ Ser.D.N.prorogatum,& prorogatio ipſa ualeat per alium annũ tantum,& non vltra vllo modo, Prætor ẽt electus ueniens in ipſam ciuitatem non hoſpitetur,neque hoſpitari poſsit in domo alicuis de dicta ciuitate,ſed in hoſpitio tantum,& congregare,& adunare faciat Illu. D. D.Conſeruatores reip.Mut.prout eos ad omnem inſtantiã noui Prætoris congregari volumus,exponatque D.D. Conſeruatoribus quæ ſibi occurrent, & eisdem, ſeu eorum Cancellario exhibeat Priuilegium ſui doctoratus in publicam,& authenticam formam,nec non patentes literas ſui officii. Quibus priuilegio, & patentibus literis exhibitis Cancellarius publice perlegat priuilegium,& literas prædictas,& ſi aliquod iuridicũ non obſtiterit eundẽ modernũ Prætorem admittere debeant ad officiũ præturæ modo infraſcripto. Nam

præ-

præfatus D.Prætor associantibus D.D.Conseruatoribus eat visitatũ Dei eccle siam,& altare Diui Geminiani eccleſiæ cathedralis Mut. & postea reuertens in palatium accedat ad tribunal iuris,vbi coadunatis Illu. D.D. Conseruatoribus D. Prior D.D. Conseruatorũ habita oratione, si sibi placuerit, tradat & consignet nouo Prætori sceptrum iustitiæ, & Cancellarius Communitatis legat publice pũs statutum, ac ẽt sequens. Quibus lectis D. Prætor, & eius miles ad sancta Dei euangelia iuret,& iurare debeat ut infra dicetur. Et finito Prætoris officio teneatur cum tota sua familia stare ad syndicatum iuxta dispositа in statutis nostris.Salariũ autẽ D.Prætoris sit singulis mensibus de lib.L Monetæ currentis in Mut.quas singulis mensibus, & in fine cuiuslibet mensis teneatur Thesaurerius communitatis de pecunia communis soluere in pecunia numerata dicto D.Prætori seu legitime agẽti p̃ eo, excepto tñ salario vltimorũ duorũ mensiũ officii sui.Quod salariũ Thesaurerius ipse soluere non debeat nisi post finitũ syndicatũ suũ,alias soluisse intelligatur de suo proprio.

¶De iuramento D. Prætoris. RVB. VIII.

EGo talis prætor ciuitatis,districtus,territorii, & comitatus Ciuitatis Mut. iuro, & adiuro ad sancta Dei Euangelia manibus corporaliter tactis scripturis ad delationẽ Illu.D. Prioris, Illu. D D. Conseruatorũ ciuitatis Mutip̃tis,& acceptantis pro ipsa Illu.Communitate,& pro oĩbus, & singulis quorũ interest,vel in futurũ intererit,me inuigilaturũ oĩ diligentia,& cura defẽsioni,manutẽtioni,conseruationi,& augumẽtationi status,seu ditionis Ser. D. D. Ducũ Ferrariæ,Mutinæ,Regii,& Marchionũ Estensiũ,& totis viribus pugnaturũ pro manutẽtione dicti status,& conseruaturũ, & recuperaturũ oĩa iura, res,& bona Illu.Communitatis Mut. nec permissurũ quod aliquis nobilis, ciuis,vel plebeus occupet,vel occupata teneat iura,vel bona spectãtia ad dictũ Commune & me administraturum æquo libramine ius, & iustitiã tã in ciuilibus, q̃s in criminalib.seu mistis,tã populari,q̃s nobili,tã paruo,q̃s magno, post positis omni timore, amore,odio,sordibus,& alia humana gratia,solũ Deũ præ oculis habendo. Viduas,pupillos,orphanos pupillos,& alias miserabiles personas protegã,& defendã,& non habenti curatorẽ ad lites, procuratorem vel aduocatum dabo:calumnias,& vias indirectas repellam,singulis diebus iuridicis durante officio meo sedebo pro tribunali,processus,& negotia mei officii expediam, explicabo,& debito fini q̃s celeriter demãdabo,statuta prouisiones,ordinamenta Communis,& cunctos bonos mores, vsus, consuetudines, quæ non erũt contra honorẽ Ser.D.N.seruabo,& seruare faciã.Et deficiẽtibus statutis,prouisionibus,bonis moribus,& cõsuetudinibus recurrã ad ius Commune sacrorũ Imperatorũ,& nõ ad statuta ciuitatis Ferrariæ, aliquod munus esculẽtũ,vel poculẽtũ,quod vna die ab vno solo consumi non possit,minime recipiã,alia aũt ẽt pretii vnius quadrãtis existẽtia recusabo,Ciuit. Mut.& eius districtũ, & territoriũ pacatũ,& purgatũ tenebo pro viribus pacẽ, & concordiã inter ciues suadebo,& contrahã,rebelles,inobedientes contumaces,bannitos & condẽnatos conuenientibus pœnis castigabo,& deniq; oĩa adimplebo,quæ de iure,vel consuetudine,spectabunt ad officium meum,nihil excipiens, vel reseruans in hoc meo iuramẽto.Contẽtus ero salario mihi ordinato per dispo-

sitio-

sitionem statutorum Communis Mut. nihil ultra accipiam ab aliqua persona, Communi, vel vniuersitate, & finito officio meo stabo ad syndicatum iuxta disposita in statutis Communis Mutinæ.

¶ De officio D. Prætoris. RVB. IX.

STatuimus, & ordinamus quod D. Prætor ciuitatis districtus, & comitatus Mut. qui ex priuilegio imperiali Communi Mut. concesso est verus comes durante eius officio habeat, & habere intelligatur uirtute pñtis statuti merũ, purum, & mistum imperium, ac omnimodã iurisdictionem, & gladii potestatem tã in ciuilibus, q̃s in criminalibus, & mistis & cognoscere possit de oĩbus, & singulis causis ciuilibus solus inter quoscũq; ciues, districtuales, & homines de ducatu, & episcopatu, ẽt si talia loca, & castra per nobiles aliquos, vel eorum officiales, vel ẽt per officiales Ser. D.N. gubernata essent; in ipsis. n. ẽt locis cõtulimus omnimodam iurisdictionẽ. D. Prætori ciuitatis Mut. In criminalibus vero habeat iurisdictionẽ, & cognitionẽ, & causarũ criminaliũ decisionẽ, put & sicut disponitur in statuto sub tit. Qui sint iudices in maleficiis. Et denique oĩa possit ipse D. Prætor, præterquã ea, quæ sunt sibi denegata, vel uetita per præsentia nostra statuta. In quolibet ẽt consilio gñali, vel speciali interesse possit, nec partitũ aliquod in aliquo consilio gñali, vel speciali dari possit nisi authorante ipso D. Prætore. vel eius Locũtenẽte, seu substituto, & teneat secũdũ locum in ipsa ciuitate, & multum honorari debeat.

¶ Quæ sint interdicta D Prætori. RVB. X.

STatuimus, & ordinamus, quod D. Prætor ciuitatis Mut. inhabitet palatiũ Communis in locis solitis, vbi continue audientiã præstet oĩbus, & maxime Procuratoribus, & Aduocatis, & eis benignas aures exhibeat. Et ut commodius decisiones causarũ properet, & lites citius finiãtur, prohibemus eidem quo minus possit esse auditor, vel consultor generalis, vel specialis D. Gubernatoris ciuitatis Mut. vel Massarii Ducalis, suum. n. habent ordinarium consultorem D. Iudicem appellationum. Et sñtiæ latæ per D. Gubernatorem, vel Massarium de consilio dicti D. Prætoris sint nullæ, nullius ualoris, vel momenti. Interdicimus ẽt eidem D. Prætori nẽ aliquo modo se intromittat, cognoscat, vel iudicet de causis, vel litibus spectantibus ad officiũ D. Iudicis ad Minora, satis. n. grauatur. D. Prætor suo onere, & nihilominus si de dictis causis cognouerit, vel iudicauerit, processus, & sñtiæ non valeant ipso iure. Et similiter D. Prætor non possit se intromittere in spectantibus ad officiũ DD. Aduocatorũ Communis Mut. excepto tñ quod possit, & valeat constituere tutorẽ, vel curatorẽ ad lites, prout in dies contigerit absque perceptione alicuius salarii, nec possit ipse potestas familiaritatem intrinsecam, & immensam habere cum aliquo ciue, & minus cum eo ludere, & nec possit de suo præcepto non obseruato condemnare aliquem ultra libras xxv. & si condemnauerit non valeat condẽnatio, nec exigi possit ẽt si in libris Cameræ fuerit descripta, & nihilominus ẽt possit in syndicatu puniri ob causam prædictam.

¶ De Officio D. Massarii Ducalis. RVB. XI.

STatuimus quod D. Massarius Ducalis multũ honorari debeat, & teneat in ciuitate locum immediate post D. Prætorem, & cognoscat, & habeat me-

merum,& mistū imperium,& iurisdictionem cognoscēdi, & decidēdi, omnes causas occasione gabellarū,& datiorū,vel dependentiū a datiis,& gabellis, sit que Iudex competens inter oēs Datiarios Ducalis Cameræ, & inter Nautas, seu Nauarolos in concernentibus eorū artē In prædcis aūt oībus procedat, & cās terminet cū consilio D.Iudicis Appellationū ciuitatis Mut.prout disponi tur in statuto sub titulo.De electione,& officio D.Iudicis appellationū. Declarantes quod omnes causæ pro interesse cameræ Ducalis cognoscantur in ciuitate Mut.pro minori partiū dispendio,neque trahantur in ciuitatē Ferrariæ.Et non ꝑmittat aliquo modo D.Massarius,quod Gabellarii sibi ipsis ius dicant,sub pœna ipsi Massario,& Gabellariis,& cuilibet eorum lib xxv. Monetæ Mut.applican.cameræ Ducali,& nihilominus acta,processus, & sñtiæ sint nullæ ípso iure.Habeatque D.Massarius nuntium suum, qui pro interesse cameræ citet,pigneret,& incarceret debitores cameræ Ducalis.

¶ De electione, officio,iurisdictione,& salario D.Iudicis appellationum. nullitatum,nec non maleficiorum.

RVB. XII.

DOminus Iudex appellationum,nullitatis dictionum & maleficiorum eligatur,& eligi debeat per Ser.D.D. Marchiones Estenses, & hēat merū,& mistum imperium, & omnimodam iurisdictionem in oībus causis appellationū & nullitatis dictionū interpositis in ciuitate Mut.vel ducatu, ut in prouincia Frignani,castro Herberiæ,castro Nonantulæ, castro Montis Turturis, castro Guiliæ,& castro Montis Floreni cum pertinentiis,nec non,& castro S Felicis & aliis locis in ducatu Mut.consistētibus ímediate subiectis Ser D.N.nec non in causis damnorū datorū.possit ēt mulctare inobediētes officio suo,ut in statuto sub tit. De mulctis.Nec non constituere tutorē, seu curatorē ad lites inceptas,seu incipiendas corā eo,sine tū perceptione alicuius salarii, & in oībus casibus,in quibus ex forma nostrorū statut. concederet vel attribueretur iurisdictio.In aliis aūt casibus nullā penitus hēat iurisdictionē actu vel habitu, & quicquid ageretur corā eo sit nullū,& inualidū ipso iure.In maleficiis aūt hēat eā iurisdictionē prout de ea disponitur in statuto sub tit.Qui sint Iudices in maleficiis.sit ēt ipse D.Iudex ordinarius consultor D. Gubernatoris non doctoris legū,nec non & D.Massarii Ducalis, Capitanei uetiti,& Barisselli, & Magistri cāpaneæ,seu uenationis,& sine eius cōsilio dicti D. Gubernator, Massarius,Capitaneus uetiti,Barisellus,& Magister campaneæ nequeant contra aliquē procedere,condemnare,uel mulctare, & processus,condemnatio & mulcta sit nullus,& nulla ipso iure,& nihilominus prædicti,& quilibet predictorū cadat in pænā lib. C.pro qualibet uice,qua contrafecerit,applican,in totū cameræ Du.Salariū aūt præfati.D.Iudicis sit de li xxx.monetæ currētis in Mut. singulis mēsibus,quarū xix.cōsequatur a Thesaurerio Illu. Cōmunitatis Mut: & lib.xi.a camera Duc.exceptis tñ duobus ultimis mēsibus sui officii, quorum salaria ipse Thesaurerius cōmunis soluere non teneatur,nec dēat. D. Iudici nisi post finitū syndicatū suū. Volētes quod ī cāis appel.nullitatis dictionū, & in oībus aliis causis cognoscendis, & quæ cognosci debent iure ordinario, non possit ipse D.Iudex habere,uel consequi aliquas sportulas ab aliquo ter-

rigena,

rigena, aduena, vel forensi, & maxime ab omnibus locorum, quorũ appellationes deuoluunt iure ordinario ad D. Iudicẽ præfatum ut supra, saluo tñ quod si occasione alicuius differentiæ ad locũ aliquẽ se conferret, quia eo casu volumus D. Iudicem præfatũ habere mercedem ut in statuto sub titulo. De Sportulis, & saluo ẽt quod pro examine testiũ examinatorũ in causis criminalibus ad defẽsionem habeat sol. v. pro quolibet teste ab inducente testem. Declarãtes ẽt quod in oĩbus causis, in quibus est ordinarius consultor prædictorũ consulẽs in quauis dcãrum causarũ hẽre non possit aliquã mercedẽ, sportulas, vel salariũ aliquod ẽt a sponte dare volẽtibus, sed contẽtus esse debeat salario suo & de hoc possit syndicari, & puniatur contrafaciens in quadruplũ non computato simplo. Disponentes idem seruari in D. Gubernatore, Massario, Capitaneo vetiti, Barisello, & Magistro Campanæ, quibus similiter interdictũ sit, & interdicimus ne accipiant, nec accipere possint aliquas sportulas.

¶ De electione D. Vicarii, & illius iurisdictione ac salario. RVB. XIII.

STatuimus electionem D Vicarii D. Prætoris ciuitatis Mut. spectare ad D. D. Conseruatores reip. Mut. & non ad aliũ quempiã, & Vicarius eligendus sit annorũ saltẽ xxx. de loco distante a ciuitate Mut. per milliaria saltem. xx. sitque doctor in utroque iure, & creatus doctor in aliquo publico gymnasio, & non ab aliqua persona authoritatẽ ẽt habente a Maximo Pontifice, vel Imperatore, & aliter electio non ualeat ipso iure. Illius officium sit per annũ continuũ, & non vltra, nisi fuerit per eosdẽ D.D. Conseruatores cõfirmatus, quod facere ualeãt per aliũ annũ, & non ultra ullo modo, uel ratione. Et habeat ipse Vicarius singulis mensibus pro suo salario a Communi Mut. libras xxv. monetæ currentis in Mutina, nec aliquid ultra accipere possit, & sedeat pro tribunali singulis diebus iuridicis horis deputatis per Syndicũ palatii, nec a dcã ciuitate recedere liceat sine licentia D.D. Conseruatorũ, nisi ex cã alicuius differẽtiæ, quæ rei uisionẽ requireret, quo casu possit per unũ diẽ, vel duos abesse a dcã ciuitate. Et dicto D. Vicario damus merũ, & mistũ imperiũ, & oĩmodã iurisdictionẽ in oĩbus, & singulis casibus ciuilibus, & mistis, exceptis tñ illis, quos prohibitũ est cognoscere ex forma nostrorũ stat. D. Prætori Mut. quia in illis ẽt casibus. D. Vicarius nullã habeat iurisdictionẽ, & quicquid in contrariũ factũ extiterit nullũ, & inane sit ipso iure. Declaramus tñ quod, si contigerit D. Prætori abesse a ciuitate, & districtu Mut. uel aliter impediri ægritudine, vel alio impedimẽto D. Vicarius sit ipso iure subrogatus, & loco D. Prætoris tam in ciuilibus, vel mistis causis, quã in criminalibus, & in illis eã habeat iurisdictionẽ, quã haẽt. D. Prætor, quãdiu ipse Prætor steterit abñs, vel suũ officiũ exercere nequiuerit vt supra. Volentes quod durãte ipsius abñtia, vel impedimẽto ipse Vicarius teneatur procedere in causis oĩbus ẽt inceptis, & pendentibus corã D. Prætore ciuilibus, vel criminalibus, & eas decidere, & terminare, reintegrata tñ instãtia ad ferendã sentẽtiã, si forte pñtatæ fuissent scripturæ corã D. Prætore. Et ex sua iurisdictione possit mulctare inobedientes iuxta tradita in statuto sub titulo. De mulctis, & in fine sui officii stare habeat ad syndicatũ de gestis, neglectis, & omissis per eum, & prout in statutis nostris, habeat autem locum suum post. D. Iudicem appellationum ciuitatis Mutinæ.

¶ De Sa-

¶ De Sacramento præstando per D. Iudicem appellationum, & D. Vicarium & alios officiales. RVB. XIIII.

STatuimus, quod quilibet officialis ciuitatis Mut. de quorũ iuramẽtis præstãdis specialiter non fuerit puisũ in statutis nostris, teneatur tẽpore introitus iurare in manibus D.D. Conseruatorũ recipiẽtiũ uice, & nomine Ser. D.N & oĩum, quorũ interest, vel intererit secundũ formã infrascriptã videlicet. Ego Iudex talis iuro, & adiuro per Deũ ad sancta Dei euãgelia manibus tactis scripturis me cognituruũ, & definituruũ bona fide, & sine fraude oẽs causas, lites, & controuersias spectantes ad officiũ meũ secundũ statuta & prouisiones Communis Mut. & eis deficientibus secundũ ius commune, & non secundũ statuta ciuitatis Ferrariæ, & me non accepturũ aliquod donũ, xeniũ, præmiũ, seu aliquam quantitatẽ pecuniæ præter tñ esculenta, & poculenta non transcendẽtia soldos decẽ pro una uice tm̃ ab aliqua persona clericali, uel laicali, communi, collegio, uel uniuersitate, quacũque ratione, vel cã: & me obseruaturũ omnia statuta, & leges, ad quas tenebor uirtute officii mei, & me obseruaturum æqualitatẽ, & iustitiã, & non facturũ ulli iniuriã, vel contumeliã aliqua occasione, & defensurũ pro posse meo statũ, honorẽ, & ditionem Ser. domus, & familiæ Estensis, & me defensurũ, & augumentaturũ iura Cõis Mut. nec me propalaturum arcana Ser. D.N. vel Cõis Mu. & quod ero contentus salario meo & stabo ad syndicatum iuxta statuta ciuitatis Mut.

¶ De officio. D. Iudicis victualium, & eius salario. RVB. XV.

STatuimus, & ordinamus quod Spectabilis. D. Iudex victualium, cuius electio, & creatio spectat ad Ser. D.N. Ducem, antequã inchoet officiũ sibi demandatũ, teneatur suas patẽtes literas exhibere Illu. D.D. Conseruatoribus ciuitatis Mut. de more congregatis, & eis lectis iurare in manibus D.D. Conseruatorũ ad sacrosancta Euãgelia manibus tactis scripturis, quod sine fraude & dolo, & postpositis oĩ amore, timore, sordibus, & humana gratia adimplebit & exercebit officiũ sibi decretũ, & in fine sui officii stabit ad syndicatum iuxta tradita in statutis nostris, ac parebit dictis. D.D. Syndicatoribus, atq; obseruabit omnia statuta, prouisiones spectantes, seu spectantia ad dictum officium suum, nihil prætermittens, quod faciat ad honorem, & augumentũ Ser. D.D. Marchionum Estensium, & ad utilitatem Communis, & hominũ ciuitatis, & dictrictus Mut. Qui dictus. D. Iudex habeat uirtute præsentis statuti merum, & mistum imperiũ, & iurisdictonem in spectantibus ad eius officium. Eius autem officium sit singulis diebus una cum uno ex notariis, & nuntio suo facere cercam solemnem, & inquisitionẽ subtilem de omnibus contrafacientibus statutis, & ordinibus officii sui, & maxime bona fide, & sine fraude curare, ut Pistores, Tabernarii, Munarii, Beccarii, Portitores, & oẽs alii artifices obseruẽt, & obseruare debeant statuta ad eorũ artes spectantia, & oĩ hebdomada saltẽ bis sine terrore debeat pensare panem, & cercabit similiter in sex mensibus semel ad minus pensas, & stateras omnium rerum, & modulos fornasariorũ, & si non inueniet ferratos, & iustos ad modum signatũ in pariete cathedralis ecclesiæ, & ipsas mensuras rectas, condemnabit eos, & quemlibet eorũ secundũ formã statutorũ Cõis Mut. Item teneatur stateras, & bilances, pondera Beccario-

riorum,& aliarum personarum vendentium ad pondus cercare,& si inueniet pẽsas non rectas,& pondera non iusta debeat eos condemnare , & alia omnia facere,quæ spectabunt ad eius officium procedens semper secundum formã statutorum.Declarantes quod vbi statuta aliquarum artium,vel collegiorum essent contraria statutis Communis Mut. volumus quod statuta Communis præualeant,& attendantur,etiam si statuta artium,vel collegiorum prædictorum habeant clausulam derogatoriam,vel aliter derogarent statutis Communis Mut.Et possit,& valeat D.Iudex intrare quascunque apothecas , magazinos,cameras quoruncunque artificum,& videre merces,stateras,& pondera, & non teneatur requirere Massarios , vel Massarium aliquem alicuius artis. Procedat aũt Iudex inspectantibus ad eius officium summariè , & de plano,sine strepitu,& figura iudicii,sola facti veritate inspecta, seruata tamen instantia,& modo procedendi,vt in statuto sub titulo.De ordine procedendi, in libro victualiũ, & habeat salariũ a Camera Ducali prout hactenus est seruatũ.

¶De officio Iudicis quindecim librarum,seu ad minora. RVB. XVI

CVpimus causas ciuiles non excedentes summam ,vel valorem,seu æstimationem lib.xv.in longum non protrahi , sed faciliorem , ac breuiorem exitũ hẽre,quam hactenus habuerint,quod recta ratione euenire putauimus, si causas ipsas ciuiles,quibus per quam maxime.D. Potestas premitur , atque plurimum redditur grauatus,diuiserimus, & earum cognitionem terminationemque ad aliud tribunal dederimus. Propterea disponimus , & ordinamus, quod omnes causæ ciuiles vsque ad summam,& quantitatem lib. xv. inclusiue spectent,& pertineant ad cognitionem,& decisionem.D. Iudicis appellati ad minora,quem iudicem constituimus ordinarium in causis prædictis , eximentes in totum eas causas,& earum cognitionem ab ipso.Do.Prætore,& ab omnibus aliis officialibus ciuitatis Mut.ita quod nullus alius etiam Gubernator non possit se intromittere.Volumus aũt quod omnes Doctores Collegii Dominorum Aduocatorum ciuitatis Mutin.imbuxullẽtur per. D. D.Conseruatores in capsula ad id deputata,quæ remaneat penes.DD.Conseruatores,& singulo quoque semestri videlicet in fine Decembris,& in fine Iunii vnus eimbuxullatis extrahatur p D.D. Conseruatores . Qui extractus si absẽs fuerit reponatur in bũxulla,quousque aliqui ex imbuxullatis præsentes fuerint , omnibus aũt qui in buxulla forent abñtibus, noua fiat imbuxullatio de omnibus. Mandantes quod ipse Doct.sic extractus iurare deãt in manibus.D.D. Conser. se æqua lance iustitiã administraturum,ac seruaturũ statuta,& prouisiones Communis Mut.& non recepturum aliquid etiam minimum occasione officii sui vltra salarium suum. Teneatur etiam D.Iudex singulis diebus,& horis congruis,& iuridicis adesse in palatio Communis ad sedendũ,& ius reddendum , nec possit seruire per substitutum,nisi substistente impedimẽto infirmitatis,uel absentiæ reip.causa,sub pœna lib.xv.applicãda pro dimidia Cameræ Ducali,& pro alia dimidia Communi. Quibus impedimentis,vel aliquo substistente non possit sub eadem pœna substituere loco sui nisi alium ex imbuxullatis. Et in fine sui officii possit,& debeat syndicari per Iudicem nouiter extractũ de commissis p eum dolo,vel barataria tantum,& non de alia aliqua re . Nec possit coram iudice

Iurisdictio Iudicis ad minora prorogata fuit prout in libro Reformationum a Car. 14

iudice comparere,nec admitti aliquis procurator,nec etiam notarius nisi pro minore vsque ad annum.xviii.aut muliere aut infirmo aut abñte a ciuitate,& districtu Mutinæ,& nisi aduersarius esse procurator,aduocatus,vel notarius, quibus casibus possint procuratores,& notarii intercedere.Et quilibet notarius iuris possit esse notarius de medio,& esse rogatus de actis celebrandis , & faciendis ad prædictum tribunal,& possit etiã Iudex recusari suspectus, si fuerit allegata legittima causa,& probata intra tres dies vtiles aliter quam per iuramentum coram Syndico generali doctore,qui illico terminare teneatur dictam causam suspitionis intra alios tres dies vtiles. Qua approbata D. Prætor de causa cognoscat,& iudicet simili modo,& forma,quibus iudicasset ipse. D. Iudex ad minora,si vero causa non fuerit probata,Iudex procedat ad vlteriora,& non possit amplius recusari,& a sententiis,vel a præcepto latis , seu facto in causis siue lib.triũ,siue octo,seu quindecim ut infra , nec ab interlocutoriis super incidentibus,vel emergentibus in eisdẽ nullatenus possit appellari, supplicari,recursus haberi,de nullitate dici etiã per uiã exceptionis,vel restitutio peti etiã ex capite minoris ætatis,vel officium Iudicis , vel aliquod remedium intentari,licet ipsa nullitas,vel iniquitas esset euidens,seu notoria, vel constaret euidenter ex actis, solũ.n. parti reseruamus remedium,vt tempore syndicatus possit impetere iudicem,& contra eum procedere.Salarium aũt dicti D. Iudicis sit librarum quinque singulo quoq; mense , quod consequatur ab Illu: Communitate Mut.& sic ponatur in bulletta ordinaria,vltra aũt dictũ salariũ non possit aliquid habere,vel sub nomine sportularum , vel alio quoquo modo,vel colore,nec pro examine testiũ,nec pro bullatura de grauãdo sub pœna ipsi.D.Iudici lib.xv.& amissionis sui salarii,& quod in perpetuum non possit admitti,vel extrahi ad dictum officium. Notarius aũt de medio non possit percipere pro rogatu actorum,& testiũ vltra x.soldos pro qualibet parte. Declarantes ẽt quod in consequendis dictis x.soldis ab vtraque parte , volumus taxam mercedum notariorum dimidiari debere in computando vsque ad dictos soldos decem.

¶ De instantia,& modo procedendi coram Iudice ad minora. RVB. XVII.

Vide prealleg. Reformationem. a Car. 14

STatuimus,& ordinamus quod in litibus,& quæstionibus vere,vel verisimiliter non excedentibus summã,valorem,seu æstimationem rei,vel facti librarum trium inclusiue Iudex ad minora habeat liberum , & merum arbitrium in citando , procedendo , cognoscendo,& decidendo sola facti veritate inspecta sine scriptis,& per iuramentum ab eo deferendum petenti, vel conuento, prout.D.Iudici placuerit,deficientibus tamen hinc inde probationibus. In causis vero,vel litibus vere,vel verisimiliter excedentibus summã, vel æstimationem librarum trium vsque ad quantitatem librarum octo inclusiue, similiter habeat merum arbitrium in citando, cognoscendo , & decidendo in scriptis,vel sine scriptis sola facti veritate inspecta,in decidendo tñ requirimus semiplenam probationem cum iuramento deferendo a Iudice illi, qui semiplene probauerit. Semiplenam autem probationem disponimus etiam fieri per libros mercatorum,seu artificum in rebus pertinentibus ad mercationem, siue artificium suum,vt sic eis credatur ad quantitatem lib. quinque inclusiue tamen,

tantum, siue sit vna posta, siue sint plures et maiorē sūmā lib. quinq; excedētes; vt sic dūtaxat credatur vsq; ad dictā q̄titatē lib. octo, & non vltra, siue ex eadē causa, siue ex diuersis causis, siue eodē tēpore, siue diuersis tēporibus debitū, vel debita contracta sint, cū iuramēto ipsius mercatoris bonæ conditionis, & famæ, qui scripsit, vel scribere fecerit, vel socii, vel institoris bonæ vitæ, & prout iudici videbitur. Et hoc si tales libri sint in principio sui bene, & congrue intitulati, vt mos est bonorum, & proborū mercatorū, & etiā si postæ, per quas intē dūt probare contineant expresse annū; mensem diē, & personam dare debentē, & causam, & non appareant in aliquo vitiatæ, sed omni careāt suspitione. Possint ēt dictæ lites, & causæ, & ceteræ aliæ cuiuscūq; summæ dirimi per iuramē tum a parte parti spontanee delatū, vel relatū secundū, & pro vt iura permittunt. In causis aūt litibus, & quæstionibus vere, vel verisimiliter excedētibus summā, vel æstimationē lib. octo usq; ad quindecim libras inclusiue absq; alia petitione in scriptis oblata, redacta tñ in scriptis per notariū penes acta, continente quidē summam, vel æstimationē, & cām petitionis, reus ad instantiam actoris citetur per aliquē ex nuntiis Communis Mut. semel inuentus personaliter, & bis non inuentus personaliter cū termino competenti ad veniendū, & respondendū de iure, & non veniens, aut non respondēs legitimo tēpore expectatus pigneretur per nuntiū, ut sic tædio affectus veniat responsurus, ac deponantur pignora nec restituantur nisi refectis expensis contumaciæ. Et si pignoratus perseuerauerit in contumacia damus facultatē actori petendi a Iudice, vt pronuntiet ad vlteriora procedendū in cā, quod Iudex facere teneatur parte tñ ad hoc citata eaq; pronūtiatione facta lis habeatur pro contestata, & immediate statutus sit, & esse intelligatur vtriq; parti terminus .xv. dierum ad oīa quæ infra dicentur, & per oīa procedatur vt infra, quando reus comparuit, excipit, vel negat, & in hoc casu contumaciæ in decidendo sufficere volumus contra dictū contumacē ob eius cōtumaciā semiplenā probationē vsq; ad dictā quantitatē lib. xv. & non vltra cū iuramēto vt supra diximus in quæstionibus non excedentibus quantitatē vel æstimationē lib. octo. Reo aūt comparente, & confitente fiat ei præceptū de soluendo vel faciendo id, quod confessus est in totū, vel in partē ad illum terminum qui D Iudici videbitur, inspectis facultatibus, vel conditionibus personarum, & aliis, quæ in talibus considerandā veniunt. Et eo vero comparente, & excipiente, vel negante ipso iure immediate statutus sit, & esse intelligatur utriq; parti terminus .xv. dierū continuorū ad probandū, & probatū habendum, quo finito oīa ipso iure intelligantur esse publicata, & statutus esse intelligatur vtriq; parti terminus quinq; dierū cōtinuorū ad opponendum quicquid velint. Quo elapso Iudex intra octo dies continuos altera parte instante per suam sententiā causam ipsam terminare teneatur. Et si in huiusmodi termination̄e requisitus negligens fuerit, incidat in pœnā ipso iure lib. trium parti instanti applicandā, quas illico soluere teneatur, & nihilominus ēt sñtiā proferre teneatur sub pœna amissionis officii. Disponentes quod in supradictis oībus casibus Iudex possit oēs, & singulos termi nos, & dilationes abbreuiare, dilatare, ac moderare arbitrio suo, & prout opportunū, & necessariū sibi videbitur. Declarātes attēdēdū esse id, quod petitur

principaliter ratione ſortis,non aũt expenſarũ,& ſi quis in fraudẽ pñtium conſtitutionũ partẽ vnius debiti fuerit proſecutus, ꝓcedat petitio ſuper eo quod fuit petitũ,licet debitum eſſet maius,pars vero non petita ipſo facto ſoluta intelligatur ita,quod amplius peti non poſsit.Declarantes ẽt quod ſi vnus habuerit ex diuerſis cãſis plura credita cõtra aliquẽ,q̃ ſingula credita ꝑſe,nõ coaceruata non excedãt ſummã lib.xv.poſsit,& valeat conuenire debitorẽ ſuũ ꝑ ſingula poſta corã prædicto D.Iudice non conſiderata aliqua coaceruatione.

¶De officio militis D.Prætoris Mut. RVB. XVIII.

MIlles D.Prætoris ciuitatis Mut.ſermone materno detto il Cauallier del Podeſta conducatur per ipſum D.Prætorem, qui ſit annorũ ſaltem xxx, & de loco diſtanti per xx. milliaria ſaltem a ciuitate Mut. & pro ſuo ſalario habeat omne id, quod ipſe exiget,& habebit a carceratis in camera alba palatii Communis Mut.iuxta taxas,& prouiſiones dictæ ciuitatis,& in eo, quod percipiet ex redditu dictorũ carcerũ D.Prætor nullã partẽ habeat,& minus poſsit aliquid habere,vel recipere a dicto Milite occaſione prædicta, non obſtãte aliqua conſuetudine ſeu corruptela,& ſi Poteſtas quicq̃ perceperit,vel habuerit occaſione prædicta cadat in pœnã lib.L.applicã.pro dimidio Cameræ Ducali & pro alio dimidio Cõi Mut.& nihilominus poſsit,& debeat ſyndicari, hẽat ẽt alias mercedes,& ſalaria iuxta formã noſtrorũ ſtatutorũ, & ea omnia ſuccedãt loco ſalarii ſui.Declarantes quod nulla executio corporalis,vel tenuta,vel pignoratio,vl executio realis poſsit,vel valeat ex parte D.Prætoris fieri,niſi cũ interuentu dicti militis,vel eius Locũtenentis,& ipſe teneat facere allegatas executiones cũ ſuis biruariis,& ẽt cũ biruariis D.Capitanei Plateæ, ſi ſibi videbitur,moderate tñ,& niſi dictus miles,vel eius Locũtenẽs interuenerit non valeat captura ꝑſonalis vl rei,pignoratio,tenuta,vl ſequeſtratio ipſo iure. Teneatur ẽt dictus miles inculpatos ligare ad funem, quando dabitur tortura iuſſu officialiũ Cõis Mut.& ẽt teneatur bene,& diligenter cuſtodire carceres dictæ cameræ albæ,& præſtare teneatur fideiuſſorẽ D.Prætori de bene,legaliter, & ſine fraude exercẽdo officiũ ſuũ de libris cẽtũ monetæ currentis in Mutina.

¶De Sacramento Militis D.Poteſtatis. RVB. XIX.

IVret Miles Poteſtatis ad ſancta Dei euangelia quod bona fide, & ſine fraude dabit bonum conſiliũ,& auxilium D.Poteſtati, ut ſuum Sacramentum obſeruet,& attendat,& credentias ipſius Poteſtatis,& Communis Mut.perpetuo tenebit,& nemini pandet.Et ſi aliquid ſibi commiſſum fuerit per Poteſtatem,vel per Commune Mut.ut faciat,illud recte,& fideliter faciet,prout melius,& utilius crediderit faciendũ ad utilitatẽ D.Poteſtatis,& Cõis Mut.& nihil accipiet pro ſe,vel pro alio ab aliqua perſona,vel vniuerſitate, occaſione ſui officii,nec aliqua alia occaſione.Et in omnibus negotiis,quæ ante eũ erunt pro ſuo officio æqualitatẽ,& iuſtitiã ſeruabit in cognoſcendo, & terminando, quæ ad ſuum officiũ ſpectabunt,vel ſibi fuerint commiſſa,& ea omnia, & ſingula,quæ in ſtatutis Communis Mut.continentur,obſeruabit, & attendet ad maiorem utilitatem.D.Marchionis,Communis,& Populi Mut. Et ſi aliquod aliud generaliter, velſpecialiter iurare deberet per hoc ſacramentum iuraſſe intelligatur.

De

¶ De officio Capitanei Plateæ. RVB. XX.

CApitaneus Plateæ ciuitatis Mutinæ teneatur tempore nocturno ſcilicet cũ dimidia familiæ ſuæ vſque ad mediã noctẽ,& altera parte a media nocte vſque ad ſonũ campanæ dieij, quæ ſonat in mane,diligentẽ curã,cuſtodiã, & inquſitionẽ facere per ciuitatẽ Mut.de maleficiis,& ne fiãt maleficia,& oẽs delinquere depræhenſos,ſiue in actu delinquendi,ſiue delinquere volendi,& ſine lumine inuentos ducere ad D.Prætorẽ Mut.& ipſi referre fideliter actũ, in quo talẽ,vel tales reperierint.Et ſimiliter quolibet die ſaltẽ ſemel cũ tota familia miniſtrorum in aliis non,occupatorũ inquirere per ciuitatẽ maleficos, & bannitos,ac portantes arma, & ipſos repertos pñtare D. Prætori vt ſupra. Volumus tñ quod ſi quẽ reperierit tempore nocturno, vel ſtantẽ in triuio, vel alibi,qui ipſis militibus videretur honeſta perſona , & bonus ciuis non ducat ipſum,ſi promiſerit ſeſe præſentare mane ſequenti ipſi D.Prætori.Et ſimiliter ſi reperierit aliquẽ portantẽ arma,niſi alia ſuſpicio adſit , ipſum non ducat ad Prætorem,ſi fideiuſſorẽ præſtiterit de ſoluendo pœnã,qua veniret condemnãdus,& de ſe ẽt præſentando. Teneatur ẽt dictus Capitaneus inquirere , vel inquiri facere per comitatũ Mut.ſaltem ſemel in menſe de bannitis, & portantibus arma,& repertos pñtare vt ſupra.Quibus inquirentibus dari volumus , & mandamus poſsibile auxiliũ requiſitũ, ſiue perſonas requiſitas per Maſſarium loci,ſiue Præſidentẽ in loco cuiuſuis conditionis, & ſtatus exiſtat , ſub pœna non danti ut ſupra ad requiſitionem impoſita lib.C.monetæ Mut. pro qua exigi poſsit,& teneri quilibet ſubiectus tali Præſidenti,qui auxilium , vel perſonas dare negauerit,ſi talis Præſidens eſſet de numero Potentum,vel ad inſtantiam Potentis præſideret.Et teneatur Prætor Mut.talem requiſitum a militibus ſiue a Capitaneo,qui ſubſidium denegauerit requiſitum,ſiue non præſtiterit vt ſupra,facta ſibi relatione per dictos milites,ſiue per Capitaneum , ſiue per vnũ ex notariis maleficiorum,vel per nuntiũ Communis Mut. quos sẽper ſecum ducere teneantur,& debeant ſub pœna lib.x.Monetæ Mut.tam de die q̃s de nocte,& tã in ciuitate,quã extra condemnare ad dictã pœnã C.lib.monetæ Mut.ſub pœna lib.CCC.ipſi Poteſtati impoſita ſi prædicta non adimpleuerit.Teneatur inſuper ipſe Capitaneus oía alia facere,& adimplere quæ ſibi incumbunt ex forma noſtrorũ ſtatutorũ,ad quæ oía,& ſingula obſeruari facienda per dcõs Capitaneũ,& milites teneatur Prætor ſub pœna lib. xxv monetæ Mut.pro qualibet uice,qua neglexerit prædcã obſeruari facere ſine iuſta cauſa,ab ipſo per Syndicatores irremiſsibiliter auferenda. Et hoc ſtatutũ ipſe Prætor ſemel ſaltem ſingulis annis in die ſabbati publicare faciat ad ſuggetũ, ſiue ad arrengheriam ut tranſeat ad omnium notitiam.

¶ De officio Syndici Palatii iuris Communis Mutinæ.

RVB. XXI.

TEneatur Syndicus palatii curã habere ne in maleficiis,& damnis datis committatur fraus,& dolus,& ne delicta remaneant impunita,& puniat notarios male,,& inhoneſte viuentes, prouideatq; ne ab aliquo ipſorũ fiãt extorſiones,& barattariæ aliquæ,ſignet,& ſubſcribat oẽs licentias,& grauamina facta, & conceſſa per quoſcunq; officiales Mut.ad grauandum, & pignerãdũ omnes

& quaſcunq; perſonas ſiue in ciuitate, ſiue in diſtrictu Mut. nec aliqua licentia poſsit executioni mandari niſi ſit ab ipſo Syndico ſubſcripta, aliter habeatur pro non facta, & oía exinde ſecuta ſint nulla, & abſq; expēſis grauatis ipſis reſtituātur pignora ablata. & prædicta non habeāt locū in licentiis, ſiue grauaminibus conceſsis contra perſonas ſuſpectas in quibus non requiritur huiuſmodi ſubſcriptio. Et debeat intereſſe examini condemnationum criminalium faciēdarū per quoscunq; officiales ciuitatis Mut. & adeſſe in maiori, & generali conſilio quando fuerint publicandæ condemnationes. Et dictus Syndicus ſit ſuperior, & iudex oīum præconū & nuntiorū; & executorū ciuitatis Mut. & diſtrictus: & audiat querimonias factas contra prædictos, & eos puniat prout ſibi æquū viſum fuerit, & deputare teneatur horas congruas reddendo iuri ipſis iuſdicentibus & condemnare teneatur oēs iuſdicentes negligentes in comparendo, & ſedendo ad tribunalia ſua per competens tēporis ſpatiū prout iuſtū viſum fuerit. & teneatur ſimiliter punire notarios in ſoldis x. pro qualibet vice, qua negligentes fuerint ad comparendū ad tribunalia ſua iuris & taxet oía & quæcunq; ſalaria Iudicum, mercedes notariorū, & cuſtodū carcerū tā cōitatis quā arcis, & caſtelli, & nuntiorū, & capitanei plateæ, & eius familiæ, & aliorum quorūcunque executorū ciuitatis, & diſtrictus Mut. & tā in criminalibus quā in ciuilibus executionibus taxando ēt numerū ipſorū executorū iuxta formā ſtat. & curet ne pignora remaneant penes dictos executores, ſed conſignentur ſtatim Maſſarolo Cōitatis Mutinæ, & vltra taxationem ab eo factam non poſsit peti, nec grauari quiſpiam ſub pœna amiſsionis eius, quod de iure ipſis officialibus, vel executoribus deberetur. & lib. x. Mut. a contrafaciente pro qualibet vice irremiſsibiliter auferenda. Debeat ētipſe Syndicus diligenter dare operā ut ſtatuta, & prouiſiones Mut. per officiales obſeruentur, & omnia facere, & exercere poſsit ipſe Syndicus quæ ex forma ſtatutorum ad eius officiū pertinent. Et habeat dictus Syndicus ſingulo ſemeſtri ab æſtimo rurali diſtrictus Mut libras xxiiii. Mutinæ pro ſuo ſalario.

¶ De electione, & officio Iudicū, ſeu Aduocatorū Cōis Mut. RVB. XXII.

STatuimus quod omnes doctores deſcripti in matricula Collegii DD. Iuriſtarum ciuitatis Mut. viuentes ponantur per breuia in una buxulla ad id deputata, quæ ſtare habeat penes notarium dicti collegii, & quolibet ſemeſtri uidelicet in fine Decembris, & in fine Iunii cuiuslibet anni extrahantur per Priorem Collegii quatuor breuia ex vrna prædicta, & illi quorū nomina fuerint extracta, ſint Aduocati Communis Mut. pro illo ſemeſtri, & de ipſorū extractione fiat publicū inſtrumētū per notariū Collegii, & ſi aliquis abſs lōga ueriſimiliter abſūtia extractus fuerit de vrna, aliud breue extrahat̄ & abſs extractus in vrna reponatur. Qui Iudices Aduocatorum extracti vt ſupra teneantur, & debeāt iurare in manibus dicti Prioris ſe bene iuſte, ſine dolo, vel fraude, & abſq; receptione, vel promiſsione alicuius quantitatis pecuniæ, vel rei eorum officiū & ſtatuta, ac prouiſiones Communis Mut. obſeruare, & vbi defecerint, ius Cōmune, & non ſtatuta ciuitatis Ferrariæ ſeruaturos. Et ipſi Iudices habeant omnimodā iurisdictionē circa infraſcripta, poſsint tutores & curatores dare pupillis, adultis, mentecaptis, furiolis, prodigis, mutis, & ſurdis, & aliis quibus de

iure

iure eĩ prouidendũ est de aliquo defensore, & decreta interponere vt in contractibus mulierũ iuxta tradita in statuto sub titulo. De indemnitatibus mulierũ. nec non inuẽtarus, seu celebrationi inuẽtariorũ, quæ fieri contigerit, & alia oía, quæ sunt volũtariæ iurisdictionis exercere in qualibet parte ciuitatis, & districtus, & omnia alia facere, quæ sibi concedũtur ex forma nostrorũ statutorũ. Volens quod alii officiales ordinarii, vel extraordinarii seu delegati non concurrãt cũ prædictis DD. Aduocatis, sed iurisdictio dictorũ DD. Aduocatorum veniat priuatiue, & non cumulatiue ad iurisdictionẽ aliorũ officialiũ, & pro authoritatibus, & decretis dicti Aduocati possint accipere soldos septẽ monetæ Mutinæ in palatio publico, vel in priuatis eorũ domibus, si autẽ alibi decretum interpositum fuerint intra ciuitatẽ Mut. habeãt soldos x. In districtu autẽ possit consequi sol. xx. intra octo milliaria, vltra autẽ possit habere sol. xl. & expensas nisi oportuerit pernoctare, quo casu duplicetur salarũ. Declarantes in prædictis quod si opus fuerit pluribus authoritatibus, quæ sint consecutiuæ & connexæ adinuicẽ ad validitatem actus habeantur pro vna, si vero fuerint separatæ, & non connexæ, & non consecutiuæ in eodem actu, vel si plures personæ fuerint authorandæ pro pluribus habeãtur quoad solutionẽ prædictã. Et teneãtur ipsi Iudices singulis diebus, & horis iuridicis ad sua officia sedere, & petẽtibus iustitiã administrare tã circa taxationẽ dotiũ mulierũ, q̃s circa alia a statutis dispositа, & habeant salarũ secundũ taxationẽ positam aliis officialibus sportulas habere debentibus sub pœna decẽ soldorũ dicto Collegio applican. pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum, nisi iusta causa interuenerit, & si quid criminosum fecerit ipso iure dicto officio priuatus esse intelligatur.

¶ De Syndico ad causas Illustris Cõitatis Mutinæ. RVB. XXIII.

STatuimus quod oẽs Causidici de collegio D D. Causidicorũ ciuitatis Mut. qui sint maiores saltem annis xxxv. describantur in breuibus cum suis nominibus, & cognominibus & mittantur ipsa breuia in capsulã, vel vrnam ad id deputatã & calendis Ianuarii singulis annis vnũ ex breuibus prædictis extrahatur & descriptus in illo debeat esse Causidicus, vel Syndicus Illustris Communitatis, & patrocinium suum præstare teneatur ipsi Illu. Communitati in oibus causis, & quæstionibus suis actiue, & passiue duret illius officiũ p̃ annũ cõtinuũ immediate secuturũ, & habeat p̃ salario annuo lib. xxv. videlicet singulis mensibus ratam. Et immissio, vel imbuxullatio prædicta fiat per Illustres DD. Conseruatores existentes tempore, quo immissionem fieri contigerit.

¶ Qualiter procedatur in causis Illustris Communitatis. RVB. XXIIII.

STatuimus quod oẽs, & singuli officiales in ciuitate Mut. sub vinculo iuramenti teneantur oio procedere in causis motis, seu mouendis qualitercunq; & quomodocunq; noie prædictæ Communitatis contra quoscunq;, & ẽt vniuersitatẽ, vel collegiũ, minorẽ, vel potentẽ summarie, de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & sola facti veritate inspecta. Et simili priuilegio dcãs causas, seu quæstiones decidere, & sũtias ad eius fauorẽ exequi, & executioni demandare non obstante aliquo statuto, seu prouisione alio modo disponente. Volentes quod si ipsa Cõitas mouerit aliquã litẽ, quæstionẽ causã vel controuersiam alicui, vel contra ipsam Cõitatẽ mota fuerit lis, vel controuersia aliqua, & ícã, seu

cauſis ipſis ſuccubuerit,non poſsit aliquo modo in expēſis cōdemnari, & ſi fuerit condemnata , talis condemnatio non valeat ipſo iure, & idem ſi inſtantia ipſa ipſi communitati laberetur.

¶ De electione Præſidētiū Memorialū M. & de ꝑſonarū qualitate. RVB. XXV.

PRouiſum, & ordinatum eſt quod ad memorialia Cōis Mut. eligātur, & deputentur per DD. Conſeruatores Communis, & Maſſarios Collegii DD. Notariorū ciuitatis Mut. duo boni, legales, & ſufficientes, ac experti Notarii, ciues Mut. bonæq; opinionis, & famæ, qui ſint ad minus ætatis annorū xxxx. qui præſideant memorialibus prædictis, & faciant, & adimpleant quæ per Præſidentes memorialium prædictorū fieri, & adimpleri ordinatum eſt in ſtatutis, & ꝓuiſionibus dictorū memorialiū. Cuius Præſidentis officiū duret, & durare debeat ꝓ tres annos cōtinuos, & ab inde ſupra ad beneplacitū dictorū DD. Conſer. & Maſſariorū prædictorū, intelligēdo quod dicti Maſſarii non habeāt tantā vocē quātā Conſeruatores, ſed inſimul DD. Conſeruatorū, & Maſſariorū fiat ballottatio, & valeat, & obtineat quod factum fuerit per duas partes DD. Conſeruatorū, & Maſſariorum, qui inſimul præſentes fuerint.

¶ De electione, & officio Præſidentium Montis Pietatis. RVR. XXVI.

PRæſint Monti pietatis Religioſi quatuor. Primus eligendus per Capitulum Eccleſiæ Cathedralis. Secundus per Abbatem monaſterii Sancti Petri ordinis Sancti Benedicti. Tertius per Priorem ſancti Dominici. Quartus per Guardianum, Sanctæ Ceciliæ ordinis minorum de obſeruantia, & vbi aliquis præeſſe dcō monti, aut eligere recuſauerit, ſeu neglexerit, aliorum præſidentia, & electio volentium ſufficiat, duretq; electorū ut ſupra officium quoad vixerint, & in ciuitate permanſerint. Item ciues nouem ciuitatis Mut. laici. bonæ famæ, conditionis, & opinionis, ex quibus tres ſint Doctores iuris, aut medicinæ vnus, tres ex nobilibus ciuibus dictæ ciuitatis ēt in dignitate poſitis, ſi haberi poterunt, & non mercaturā exercentes. Itē, & tres mercatores. Quorū omnium officium duret per annum, & in fine anni ſex ex dictis nouē ab officio vacent, ita vt tres ſinguli tm̄ ex conditionatis prædcīs in officio perſeuerent in fine ſecundi anni, & tunc oīo abſq; ſorte vacent ab officio prædicto. Sed reliqui tres remouendi ſorte deponantur, vel alii tres confirmentur ſorte ut infra, loco quorum eligantur ſex alii eiusdem conditionis forma, & modo infradicēdo, alii autē officiales tredecim Præſidentes Montis Pietatis nuncupentur, ſuper quorum humeris, & cōſcientia totum onus montis prædcī incumbat, ipſius videlicet ordinandi, viriliter gubernandi, manutenendi, ampliandi, contra quoſcūq; defenſandi, & ad oē illud, quod ad ipſum montē attinet, & utile ſit ꝓuidendi, ita vt in facultate illorū ſit oīa, & ſingula ad vnguē in infraſcriptis capitulis contenta obſeruari facere, & ēt moderari ea, & interpretari, & limitare & diſtinguere, & modificare pro tēporis exigentia, & prout magis ad honorem Dei, & populi vtilitatē ipſis expedire, & vtile eſſe videbitur. Eligantur autē in fine anni per Præſidentes laicos alii Præſidentes noui anni ſequentis, & ſic ſucceſsiue fiat quolibet anno, & primo vt dictum eſt deponantur tres, vel confirmentur alii tres de veteribus, & ſex noui eligantur de conditionibus, & qualitatibus prædictis per viam confidentium dādo in ſcriptis clauſis repetitis vicibus,

bus, si opus fuerit, vt conueniant per quemlibet, eorum nouem noia eligendo rũ in manibus supraſcriptorũ religioſorũ, & ſub ſigillo confeſsionis. Qui religioſi dcá noia in ſecreto, & confeſsione, & ſub ſua conſcientia hére debeãt, & ex illis eligere, & capere, & publicare illos tres veteres, & illos ſex nouos, qui a maiori parte ipſorum nouẽ erunt noíati, & electi, capiẽdo de qualitatibus, & conditionibus ſupraſcriptis, vt tres ſint Doctores, tres nobiles, videlicet artẽ non exercentes, & tres mercatores, & ſi inter eos aliqua diſcordia remaneret de paritate uocum, inter ipſos religioſos præſidẽtes cauſæ cognitio ut infra adhibeatur, & interponãt partes ad ſcrutiniũ, & illi præferãtur, quibus dicti religioſi dederint vocẽ ſuã. Et qui nouẽ confirmati, & ſic electi pro Præſidẽtibus anni ſequentis habeantur confirmatione tĩ prius facta, & iuramẽto ipſis præſtito de officio ſuo fideliter exercendo per Illuſt. DD. Conſeruatores præſidẽtes reip. Mut. Et teneantur prædicti Præſidẽtes prædcũm officium acceptare, & intra xv. dies ab aſſumpto officio ſuo prouidere de oĩbus officialibus ſuis pro montis gubernatione, cum reſignatione officii, & inſtrumentorum neceſſariorũ facienda illis nouis per officiales iam officio functos Qui ẽt intra dictum tempus compellãtur reddere rationem adminiſtrationis officii ſui Præſidentibus, vel his, quos dicti præſidentes huic operi præpoſuerint. Et quæ electio ut ſupra facienda Præſidentium laicorum fieri debeat ſingulo anno de menſe Decembris ut officium tunc electorũ incipere habeat in calendis Iannuarii anni tunc proxime ſequentis. Et vacent a dicto officio Præſidentes veteres per annos duos, & etiam tres, ſi fieri poſsit, vt ad officium præfatum non eligantur, nec admittantur aliquo modo ſed alii ciues eligantur ut ſupra.

¶ De Promiſsione, iuramento, & ſatisdatione Præſidentium Memorialium. RVB. XXVII.

STatuimus quod Præſidentes Memorialiũ electi vt in ſtatuto ſuperiori, promittãt ſoléniter, & ſub eius iuramẽto í manibus DD. Conſer. de bene, & legaliter ſibi commiſſum officiũ gerẽdo, exercendo & adminiſtrãdo bona fide, & ſine fraude, & quod nihil vltra ſalariũ ſuũ taxatũ p ſtat. occaſione dcí officii accipiẽt ẽt aſpõ e dare volẽtib. Et de ſic faciẽdo quilibet eorũ præſtet bonã, & idoneã fideiuſsionẽ dcís DD. Conſer. vſque ad quãtitatẽ lib D. ſaltem.

¶ De Syndicatu Officialium ciuitatis Mutinæ. RVB. XXVIII.

STatuimus, & ordinamus quod oẽs, & ſinguli officiales (excepto Gubernatore) iuriſdictionẽ heñtes in ciuitate Mut. & eius diſtrictu finitis eorũ officiis ſyndicentur, & ſyndicari debeãt ſecundũ diſpoſitionẽ pñtis ſtatuti. Declarantes quod ea, quæ dicẽtur de ſyndicatu D Prætoris & familiæ ſuæ ſeruentur, & ſeruari debeãt in ſyndicatu ẽt aliorũ Officialiũ dictæ ciuitatis, & ducatus, ſingula ſuis ſingulis congrue referẽdo. Finito itaq; officio D Prætoris, & nõ ante, modo aliquo, ratione uel cã, die immediate ſequẽti teneatur ipſemet Præ. conuocari facere DD. Conſer. ciuitatis Mut. & inſtare ipſis conuocatis ut extrahi dẽant Syndicatores ad ſyndicãdũ ipſum, & totã eius familiã. Et ipſi DD. Cõſer. tunc nulla mora interpoſita debeant extrahi facere per nouum D Prætorẽ, & eo abñte per aliũ ex vrnis ad id deputatis tres Syndicatores, vnũ ex vrna DD. Doctorũ collegii, aliũ ex vrna DD. Cauſidicorũ, & Notariorũ ciuitatis Mut. &

alium ex vrna ciuiũ ſecundũ diſpoſita in ſtatuto ſub Rub. De electione Syndicatorũ. Qui DD. Syndicatores extracti vt ſupra iurare debeãt in manibus DD. Conſeruatoriũ quod bene, & fideliter exercebunt dcũm officiũ, & ſolã iuſtitiã præ oculis habebũt. & ſi dcí Syndicatores recuſarẽt, & nollẽt acceptare dcũm officiũ, cogi, & compelli debeant ad illud acceptan. & exercendũ. Teneãtur autẽ ipſi Syndicatores ea die, qua acceptauerint, vel immediate ſequenti formare inquiſitionẽ gñalem contra ipſum D. Prætorem, & quẽlibet ſuũ iudicẽ, vel de familia ſua de oĩbus commiſsis, omiſsis, & neglectis, contra, & præter formã iuris, vel ſtatutorũ Cõis Mut. tẽpore ſui regiminis. Qua gñali inquiſitione formata, & eidẽ lecta per vnũ ex Cancellariis Illu. DD. Conſeruatorũ, ipſe D. Prætor, & cæteri ſui iudices cũ iuramẽto ipſis, & cuilibet ipſorũ de ſato, & præſtito, reſpondeat inquiſitioni clare, aperte, pure, & ſimpliciter, & nõ conditionaliter, pari modo, & immediate promittat de ſe præſẽtãdo ſingulis diebus, & horis congruis durante dicto Syndicatu, & de iudicio ſiſti, & de ſoluendo oẽm condemnationẽ de eo, vel aliquo ſuo iudice occaſione dictæ inquiſitionis gñalis, ac ẽt petitionũ & quærimoniarũ contra eos ꝓducẽdarũ. Et ſic pro prædcís attẽdẽdis, & obſeruandis teneatur ipſe Prætor, & alii ſupradcí præſtare idoneos fideiuſſores in ciuitate Mut. habitãtes, qui ſe principaliter, & in ſolidũ obliget cũ præfato D. Prætore, & aliis de quibus ſupra. & vbi dcãm fideiuſsionem nollẽt, vel non poſſent præſtare, ita ut ẽt iuratoria cautio nõ ſufficiat, tunc ipſe D. Præt. & cæteri ſupradcí (excepto Gubernatore) nõ præſtãtes dcãm fideiuſſionẽ remaneãt, & remanere debeãt detẽti vſq; ad expeditionẽ Syndicatus prædcí. Quibus ſic expletis ipſi DD. Syndicatores ſtatim teneãtur publico edicto ad ſuggeſtũ, ſiue ad aręgheriã publicã notificare oĩbus, & ſingulis, quod inſtãti die, & hora inchoatus fuit ſyndicatus præfati D. Prætoris, & aliorũ de ſua familia. Et ſi quis habitãs í ciuitate, vel diſtrictu Mut. voluerit agere, impetrare, vel cõuenire ipsũ D. Prætorẽ, vel alios de ſua familia comparere debeat intra tres dies cõtinuos & ſi habitauerit extra ciuitatẽ, vl' diſtrictũ Mut. intra quinq; dies continuos ad dãdũ & porrigẽdũ corã ipſis DD. Syndi. intra dicta tempora reſpectiue quaſcũq; petitiones ſeu quærimonias cõtra ipsũ D. Prætorẽ, vel aliquẽ de ſua familia, alias, ſi in dcís terminis reſpectiue non comparuerit, & eiſdẽ tẽporibus petitiones, & quærimorias ſuas non ꝓduxerit, amplius non audiatur, ꝓut audiri eũ non debere ſtatuimus. Nã ſi in dicto termino, ſeu terminis non fuerit porrecta petitio, ſeu quærimonia contra ipsũ D. Prætorem, vel aliquẽ de ſua familia, tũc non poſsint amplius ꝓduci, & ipſe D. Poteſtas, & dcã eius familia abſolui debeat ab ipſis Syndicatorib. & ſic abſolutus poſsit, & valeat recedere libere, & abſq; aliquo impediměto a ciuitate diſtrictu, & ducatu Mut. Si vero in dcís terminis reſpectiue porrectus fuerit libellus aliquis, ſeu quærimonia contra D. Prætorẽ, vel quẽpiã de ſua familia, ſelapſis dcís quinq; diebus in ꝓclamate aſsignatis, ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur terminus. x. dierũ continuorũ tã ipſis Syndicãdis q̃s his q̃ libellos porrexerunt, ad ꝓbãdũ, & ꝓbatũ habendũ per oẽm modũ, genus, & ſpeciẽ ꝓbationis, & reprobationis, niſi difficultas rerũ contingentiũ maiorẽ dilationẽ expoſceret, quo caſu dcũs terminus. x dierũ vt ſupra ſtatutus, prorogari poſsit ad arbitriũ DD. Syndicatorũ, volentes

tamen

tamẽ quod in iſto termino x. dierũ poſsit ꝓduci vnus ordo poſitionũ tm̃ & non vltra. Quo termino x. dierũ, & prorogationis, ſi fuerit prorogatus terminus, elapſo, tunc ipſo iure ſtatutus ſit terminus octo dierũ continuorũ ipſis DD. Syndicatoribus ad ꝓferendã ſñtiã condemnatoriã, vel abſolutoriã ſecũdũ formã iuris, & ſtatutorũ. Et DD. Syndici teneãtur in dicto Syndicatu diligenter inquirere de oĩbus, & ſingulis quæ imputabuntur Prætori, vel alicui de familia ſua ꝓ veritate, & iuſtitia tm̃ Declarãtes quod ipſe D Prætor, vel alius eius officialis non poſsit modo aliquo ſyndicari ante finitũ officiũ cuiuslibet eorũ, & ſi ſyndicatus fuerit non valeat, nec teneat ipſo iure, ꝓinde ac ſi ſyndicatus non fuiſſet, & denuo ſyndicari debeat in fine officii. & ẽt teneatur ipſe D. Prætor oẽs, & ſingulos de ſua familia pñtare Syndi. alias ꝓ ipſis teneatur, non obſtante, quod fuerint durãte ipſius officio ſyndicati, & abſoluti, & quotieſcũq; ipſe D. Prætor pñtauerit tẽpore ſyndicatus ſui aliquẽ de ſua familia ipſis Syndicatoribus, ita vt talẽ pñtatũ poſsint facere detineri, ipſe D. Prætor ꝓ tali pñtato ãplius non teneatur in aliquo, nec condemnari poſsit. Quẽ vt ſupra pñtatũ teneãtur Syndicatores in carcere Cõi Mut. vel alibi vbi tuto fieri poſsit, detineri facere, niſi ipſe pñtatus idonee ſatisdederit Syndicatoribus ut ſupra, quod eorũ relinquimus arbitrio. Et ſi contra aliquẽ pñtatũ ꝓ ipſũ D. Prætorẽ porrecta fuerit aliqua petitio ut ſupra, & non contra ipſũ D. Pretorẽ poſsit, & debeat ꝓcedi ad abſolutionẽ ipſius D. Prætoris, non obſtante pendẽtia iuris contra pñtatum. Et quia volumus quod oĩo prædcĩ oẽs officiales debeãt ſyndicari, ideo ſtatuimus, quod D. Prætor, & alii de ſua familia modo aliquo, ratione, vel ingenio non poſsint petere abſolutionẽ, vel literas abſolutorias ſyndicatus ſui vel dilationẽ ſyndicatus a conſilio priuato, vel publico ciuitatis Mut. vel a Sereniſs. D. N. nec ꝓ aliquod ſtatut. vel decretũ factũ, vel faciẽdũ ĩ cõtrariũ ſtatuti & minus aliqua ꝓſona ꝓ dcĩs D. Prætore & aliquibus de ſua familia poſsit referre in conſiliũ & ſenatũ, quod D Præt. & alii vt ſupra ſtare non dẽant ad ſyndicatũ per dcã tẽpora, & quicquid ſcũm fuerit in contrariũ non valeat, nec teneat ipſo iure quinimmo nouus Præt. teneat̃ vinculo iuramẽti ꝓ viribus ſuis curare cũ effectu, vt ipſe D. Præt. & oẽs alii de ſua familia ſtare debeãt ad ſyndicatũ vt ſupra. Et ſi D Præt. vel aliquis de ſua familia ante finẽ officii ſui, & anteq̃ ſit ſyndicatus, abierit a ciuitate Mu. & ſic paſſus nõ fuerit ſe ſyndicari iuxta formã pñtis ſtatuti, tũc ꝓcedatur ad inſtariã Syndici Ciuitatis ad extractionẽ Syndicorũ vt ſupra. Qui Syndici formare debeãt inquiſitionẽ gñalẽ contra ipſũ ſic abſentem, & citare faciãt ipſũ ad ſuggeſtũ, ſiue ad arẽgheriã publicã Mut. ꝓ Tubicinem, quatenus comparere debeat intra ſex dies continuos iuxta diſpoſita in pñti ſtatuto. Qui ſi non comparuerit ꝓſonaliter, & non ꝓ interpoſitã ꝓſonã intra dcĩm terminũ, & dictæ inquiſitioni non reſponderit, habeatur ꝓ confeſſo, & conuicto de oĩb⁹, & ſingulis contentis in dcã inquiſitione gñali, & petitionibus cõtra eũ formatis, & ꝓductis reſpectiue, quos libellos ꝓduci volumus ꝓ edictum, de quo ſupra, & intra tẽpora, de quibus ſupra, & ſic in prædcĩs oĩo condẽnari debeat ꝓ Syndicatores, & in oĩbus expenſis. Quod ſi formata inquiſitione, & ſic inchoato ſyndicatu ipſe D. Prætor, vel aliquis de ſua familia diſceſſerit, vel aufugerit a ciuitate, vel diſtrictu Mut. ſi nullã dederit fideiuſsionẽ, habeatur pro con-

confesso, & conuicto pro oĩbus contentis in inquisitione generali, & petitionibus contra eũ productis vel porrigẽdis intra tẽpora prædcã. Si vero præstiterit fideiussionẽ vt supra, tunc habeatur ꝑ confesso, & conuicto ꝑ contentis in inquisitione generali concernentibus pœnã corporalẽ, ꝑ contentis vero in petitionibus porrectis contra dcũm fugientẽ minime habeatur ꝑ confesso, & conuicto sed procedatur in eis iuxta formã iuris, & statutorũ, ac si pñs esset in ciuitate. A sententiis aũt absolutoriis, vel condemnatoriis definitiuis, vel habentibus vim definitiuæ, vel mere interlocutoriis de, & super emergentibus, ac incidentibus aliquibus, siue expressæ fuerint, siue tacitæ, non possit per aliquẽ appellari, & de nullitate dici ẽt notoria vel euidenti, nisi nullitas proueniret ex capite alicuius nostri statuti, nec ẽt restitutio in integrũ ex capite ẽt minoris ætatis peti, nec supplicari, vel officiũ iudicis contra dcãs sentẽtias implorari, vel aliud remediũ attentari, sed oĩo, si ipsæ sententiæ definitiuæ fuerint condemnatoriæ, exequantur, ac executioni mandẽtur per ipsos DD. Syndicatores, si hoc voluerint ipsi Syndici oĩbus exceptionibus remotis, & abbreuiatis terminis, & dilationibus in aliis executionibus datis, seu cõcessis, alias ipse D. Prætor nouus ad requisitionem cuiuslibet executioni mandare teneatur omni exceptione remota intra mensem, postq̃ fuerint publicatæ. Declarantes quod Syndicus Illust. Communitatis Mut. quoties fuerit requisitus, teneatur scribere libellũ ꝑ quolibet qui se passũ iniuriã diceret, ac eũdẽ porrigere, ac ꝓsequi cãm, & quæstionẽ ad ipsius passi iniuriã, vel iniustitiã volũtatẽ, & eidẽ præstare gratis patrocinium suũ, vel soluere de suo alteri patrocinanti pro dicto iniuriato.

¶ De electione, & extractione Syndicatorũ Officialiũ Ciui. Mut. RVB. XXIX

Statuimus, & ordinamus quod fiant, & fieri debeãt tres immissiones, siue imbuxullationes per Illu. DD. Conseruatores ciuitatis Mut. pro tẽpore existẽtes. In prima vrna ponãtur, & poni debeant oĩa noĩa, & cognomina omnium DD. Doctorũ de collegio suo. In secunda ponantur viginti ex causidicis, & notariis cum suis nominibus, & cognominibus. In tertia vero ponantur viginti ciues Mut. origine paterna annis xxxx. maiores. Et ipsæ vrnæ ponantur in capsa, in qua seruãtur aliæ capsulæ officiorũ Illu. Communitatis Mut. & vbi contigerit aliquẽ officialem ciuitatis vel districtus Mut. Syndicari, extrahatur per D. Prætorem vnus pro qualibet vrna, & illi sic extracti sint, & esse intelligãtur Syndicatores talis officialis, pro quo Syndicatores extracti fuerint. Et postq̃ oĩa noĩa alicuius vrnæ extracta fuissent, vel non remansissẽt nisi noĩa mortuorũ vel abñtium, tunc dcã vrna repleatur nouis noĩbus modo, & forma prædcis, ẽt si reliquæ vrnæ non essent exhaustæ, vel noĩa penitus extracta non essent. Et sic de singulis urnis obseruetur.

¶ De Salario Syndicatorum, & Notarii officialium Ciuitatis Communis Mut. RVB. XXX.

CVm oĩs labor optet ꝓmiũ. Statuimus quod quilibet Syndicator, & Notarius, de quibus ĩ præcedẽti statuto satis dcũm est, heãt, & habere deãt liiiii. monetæ Mut. ab Illu. Cõitate, si Officialis syndicatus fuerit ciuis Mut. alias a quolibet officiali syndicato, & non ab ipsa Cõitate, siue absolutus fuerit dictus officialis, siue condemnatus. Quod tũ salarium Syndicatorum, & Notarii

possit

posit augeri ex multitudine rerũ contingẽtiũ in huiusmodi syndicatu, prout uisũ fuerit Priori DD. Iudi. collegii, & vni ex Massariis cũ Notar. Mut. ãtiquio ri vsq; ad quantitatẽ lib. x. pro quolibet Syndico, & Notario, & non vltra, quorũ declarationi omnino stari, & pareri volumus. Nec posit Notarius ipsorum DD. Syndicatorũ, qui sit, & esse oío debeat vnus ex Cancellariis Illustris Communitatis Mut. percipere ab ipso D. Prætore pro processibus, quotquot fuerint, vltra dcũm salariũ, nisi pro copiis scripturarũ, & aliter syndicatus ipse non valeat ipso iure. Teneantur tñ dcí syndici condemnare officialẽ in expẽsis, & salario, si de aliquo torto, vel iniustitia ipsũ culpabilẽ reperierint, & nõ aliter

¶ De Syndicatoribus Officialium extra ciuitatem, & districtum. Mutinæ. RVB. XXXI.

STatuimus quod, vbi contigerit aliquẽ officialẽ cuiuscunq; dignitatis, vel nominis extra ciuitatẽ, & districtum Mut. de ducatu tñ dictæ ciuitatis, syndicari debere, prout oẽs syndicari volumus, statim finito officio Commune loci, & seu castri altera die immediate sequenti per nuntium specialem scribat, & scribere debeat Illust. DD. Conseruatoribus ciuitatis Mut. quod finitum est officium sui officialis, & propterea quod instat tempus syndicandi dictum officialem, vnde petit commune, & homines dicti castri, seu loci, quod immediate mittant, & mittere debeant Syndicũ vnum ex Doctoribus collegii DD. Doctorum ciuitatis Mut. ad syndicandũ dcũm officialem. Et DD. Conseruatores mox, & incontinenti congregati, vt mos est, extrahant, seu extrahi faciant ex vrna DD. Doctorũ breue vnum, & ille cuius nomen fuerit extractum, sit syndicus virtute præsentis statuti dicti officialis, & altera die incontinẽti arrepto itinere vadat ad castrum, vel locum illum, & incontinenti formata inquisitione generali procedat, faciat, terminet, & decidat, ac finiat syndicatum modo, & ordine, & prout continetur in statuto sub titulo De Syndicatu Officialiũ ciuitatis Mut. singula suis singulis debite referendo. Et dcõrum Syndicatorum Notarius sit vnus ex Cancellariis DD. Conseruatorum, & per alios, vel aliter syndicari non possint dicti officiales, & si aliter syndicati fuerint, non valeat ipse syndicatus, & nullius sit momenti. Et habeat Syndicator pro se, & famulo equestri, quem secum ducere possit, libras duas monetæ Mut. p quolibet die, & expensas, & notarius ipsius Syndici equester habeat ſoldos xx. pro quolibet die, expensas, & non vltra, aliqua ratione, vel causa soluendas, & faciẽdas per Cõitatẽ, vel Cõitates Potestariæ, vel officii, cuius officialis syndicabitur. Teneantur tñ dicti Syndici condemnare dictũ officialẽ in dictis expensis, & salario, si de aliquo torto, vel iniustitia ipsum culpabilem reperierint, & non aliter.

¶ Quod electio, creatio, ordinatio, & extractio DD. Conseruatorũ, & aliorũ de consilio, spectet, & pertineat ad Commune Mut. RVB, XXXII.

STatuimus, & ordinamus quod ꝑpetuo, & ꝑpetuis, & futuris tẽporibus electio, creatio, imbuxullatio, & extractio DD. Conseruatorũ, & aliorũ de consilio ciuitatis Mut. spectet, & ꝑtineat ad cõe Mu. seu ad electos, seu deputatos ꝑ dcũm Cõe ad faciendũ dcãm electionẽ, imbuxullationẽ, & extractionẽ ita tñ quod anteq̃s dicti DD. Conseruatores, & alii de dicto consilio ponantur in urna, seu buxulla ad id deputata, electi ipsi in vno folio descripti transmittantur

ad Se-

a Sereniſsimo D N. ad effectū, ut per Celſitud. ſuā dicti electi approbentur, vel reprobētur, pro ut ſibi videbitur, p bono, & pacifico regimine dictæ ciuit.

¶ De electione, & officio eligere debentium Dominos Conſeruatores, & alios de conſilio. RVB. XXXIII.

CVpientes remp. Mut. bene iuſte, & ordinate regi, & gubernari, quod euenire putauimus, ſi ad regimen illius eligantur viri probi, honeſti, & idonei pro adminiſtranda rep. Statuimus, & ordinamus quod, regimē ipſius reip. duret, & durare debeat de biēnio in biēnū incipiēdo a calēdis Aprilis, & eūdo ut ſequitur modo infraſcripto videlicet Nā volumus quod Illuſtres DD. Conſeruatores vltimorū triū menſiū cuiuslibet biennii in principio menſis Martii eligant, & eligere debeant vinculo ſacramenti ad ſuffragia octo ciues originarios origine ſaltem paterna præfatæ ciuitatis Mut. bonæ conditionis, & famæ, non partiales, vel ſeditioſos, ſed amatores boni publici, ætatis annorū xl. ad minus, & patres familias, niſi fuerint de collegio DD. Aduocatorū ciuitatis Mut. inter quos ſic eligēdos ſint, & eſſe debeāt duo de collegio prædcō, duo notarii collegii dominorū Tabellionū ciuitatis Mut. & alii quatuor ciues eiusdē ciuitatis. Qui octo uiri electi ſtatim quod cōuocati fuerint ex parte Illu. DD. Cōſeruatorū teneantur iurare in manibus D. Prætoris, & dictorū DD. Conſeruatorū ad ſancta Dei Euangelia manibus tactis ſcripturis ſe electuros illos ciues, quos putauerint idoneos & ſufficiētes, non partiales, vel arrabbiatos & non prohibitos eligi ex diſpoſitione alicuius ſtatuti ciuitatis Mut. Et dicto iuramento præſtito teneantur dicti octo electi intra tempus ſex dierū continuorū eligere Dominos Conſeruatores & Dominos Supranumerarios pro toto ſequenti biennio incipiēdo in calēdis Aprilis proxime ſequentis. Declarantes quod dicti octo uiri non poſſint recuſare officiū ibi commiſſū ſub pœna librarū centū applicanda pro dimidia cameræ Ducali, & pro alia dimidia Communi Mutinæ.

¶ Qui prohibentur eſſe de conſilio. RVB. XXXIIII.

STatuimus, & ordinamus quod infraſcripti non poſſint eligi, vel eſſe de numero DD. Conſeuatorū DD. Adiunctorū, vel Supranumerariorū neque in conſilio generali, vel ſpeciali vocē habere. Qui non ſit ciuis Ciuitatis Mut. originarius origine ſaltem paterna, qui non ſit maior annis xxx. qui non ſit pater familias, exceptis tū Doctoribus collegiatis in collegio dominorū Doctorū ciuitatis Mut. qui quoad regimen, & beneficia, ac officia ciuitatis habeātur pro patribus familias, dummodo ſint maiores annis. xxv. Qui non ſubeunt oīa onera in communi, put ſubeūt alii ciues exceptis tū his, qui habent immunitatē a dictis oneribus ob numerū duodecim liberorū. Et oēs illi qui tempore electionis haberēt officiū cū ſalario a Communi, quinimmo, ſi aliquis non habēs officiū electus fuerit, & tempore quo extrahitur, haberet officiū a Communi cū ſalario ut ſupra, non poſsit eſſe de conſilio, ſed loco ipſius vnus ex Supranumerariis extrahatur. Omnes Gabellarii, ſeu habentes aliquod officiū in gabella D. Iudex victualium. Debitores ipſius Cōis in parua, vel magna quantitate. Affictuarii eiusdem cōis; Habentes litem vel cauſam cū ipſo Cōi. Aduocatus, vel Procurator habentium controuerſiā cū Communi Clericus, Molinarius, Famulus, Gerulus, & Exercens artem vilē, nec Duo de eadē familia ſimul habitantes,

bitantes,nisi unus eorum esset doctor,vel eques.Quicũq; exiuerit de religione aliqua,in qua stetisset per annũ.Condemnatus pro aliquo crimine publico ad pœnã corporalẽ,Concubinarii.Vsurarii.Qui permittunt ludum in domibus suis.Nobiles,Potentes,nec aliquis de eorum familia. Et alii omnes prohibiti ex dispositione aliquorũ aliorũ statutorum.

¶ De electione Dominorum Conseruatorum,& aliorum Dominorum de Consilio. RVB. XXXV.

STatuimus quod præfati Dñi octo electi ut supra Deũ solum præ oculis habentes,& postpositis quouis amore,timore,odio, vel alia humana gratia intenti bono publico legere sibi faciant statutum præcedens per Cancellarium vnũ dicti Cois,ut sciant prohibitos eligi de numero prædctorũ de consilio. Et postea habeant ante se nomina Familiarum ciuitatis Mut & noía virorũ cuiuslibet familiæ,& consideratis bene qualitatibus oíum de dictis familiis, prout melius ipsis videbitur,eligant, & eligere debeant ad suffragia octuaginta viros honestos,& moribus insignes,ciues non prohibitos esse de consilio ex forma statutorum nostrorũ,vel ex censura iuris communis, quos putauerint esse idoneos,& sufficientes ad regendã remp.Mutinensem.Et de dictis octuaginta viris electis faciant seu componant octo ordines,seu mutas,& in quolibet ordine ponant,seu describant decem uiros, inter quos adsit necessario unus doctor de collegio DD.Iuristarum ciuitatis Mut.qui sit & vocetur Prior, & secũdo loco adnotent vel alium doctorem,vel equitẽ de melioribus, & alios octo de melioribus præponendo semper ætate prouectiores in quolibet ordine.Et factis,seu compositis dcis ordinibus considerantes iterum dictas familias, & noía uirorum dictarum familiarum eligant,& eligere debeant alios quadraginta uiros non prohibitos esse de consilio,ut in proximo præcedenti statuto. Et de dictis uiris quadraginta fiant,seu conscribantur duo ordines,seu mutæ & in quolibet dictorum ordinum scribantur noía uiginti de dcis.xl.uiris,inter quos xx uiros adsit unus doctor,seu eques,qui sit Prior in ordine,in quo descriptus fuerit.Et quia intra biennium,quo durãt antedicti ordines, aliqui ex descriptis in breuibus DD.Conseruatorum possent uitam cum morte commutare,seu se absentare longa absentia,ideo ne resp.detrimentum patiatur, volumus præfatos DD. Octo debere eligere. xx. alios viros non prohibitos esse de consilio,qui vocẽtur Supranumerarii,& in singulis breuibus ponãtur eorũ noía Et factis huiusmodi electionibus, dci ordines, & noía prædcõrũ ponãtur in vno folio de ordine tũ in ordinẽ,præmittẽtes ordines DD.Conseruatorũ,deinde ordines DD.Adiũctorũ,& postea noía Supranumerariorũ, & deinde dcũm foliũ mittatur per DD.Gubernatorẽ,vel per aliũ,prout placuerit dcis octo uiris ad Ser.D.N.Ducẽ,ut Celsitudo sua dcãm electionẽ approbet,vel improbet prout eidem videbitur,pro bono,& pacifico regimine huius ciuitatis. Et cũ dcũm folium remissum fuerit,antedicti octo uiri perficientes prouinciam sibi demandatam,incidentes quemlibet ordinem DD.Conseruatorũ DD.Adiunctorũ,& nomina Supranumerariorũ,& dcõs ordines,& noía complicantes,& filo circũligantes,ordines,& noía colligatos,& co ligata coniiciant, seu ponant in urnis suis ad id deputatis.Et quæ urnæ,seu capsetæ reponantur in vna ca-

capsula ad id deputata, quæ habeat duas claues diuersæ sortis, quarum unã tenebit Prior, & alterã Subprior DD. Conseruatorum, & quæ capsula stare habeat in camera æstimi, & nũquã inde amoueatur nisi cũ tẽpus extractionis faciendæ instabit. Et ut sequens muta DD. Conseruatorũ informari valeat de gestis, & factis per præcedentẽ mutã, ordinatur quod duo primi noïati in muta præcedenti semper remaneãt, & adiũcti esse intelligãtur nouæ mutæ, & sedere habeãt post duos primos nouæ mutæ. Declarantes quod, si quis ex descriptis in muta extracta haberi non posset, aut quia præmortuus esset, aut abesset absentia verisimiliter diutius duratura, vel alio iusto esset impedimento impeditus, tũc loco illius sorte extrahat unus de Supranumeratis prædictis q ítelligatur subrogatus loco talis mortui, absẽtis, vel Impediti sedeat tñ extractus post oẽs Conseruatores dictæ mutæ. Volentes quod, extracta una muta de dcis mutis, descripti in ea sint, & esse intelligantur veri Conseruatores, & habeant omnimodã baliã super administratione, & Gubernatione reip. Volentes ẽt quod nullus alius interesse posit consiliis DD Conseruatorũ, vel Adiunctorũ, nisi qui fuerit electus, & descriptus vt supra. Et dictæ mutæ, seu noïa Supranumeratorũ non possint corrigi, vel emẽdari, vel reformari, nec eis adiũgi aliquid sub pœna lib. centũ a quolibet contrafaciente auferenda, & applicanda Cameræ Ducali, & nihilominus contrafaciens perpetuo sit exclusus a Consilio.

¶ De Officio DD. Conseruatorum. RVB. XXXVI.

STatuimus quod Illu. Dñi Conseruatores reip. Mutiñ. tempore, quo præfuerint dictæ reip. solicite debeant inuigilare circa regimen dictæ reip. & tam circa iusdicentes, quam mercatores & artifices, ut dicti Iusdicentes bonã administrent iustitiam, & artifices non utantur fraudibus, & merces suas vendãt iusto pretio, & merces ipsæ sint bonæ, & non fraudatæ, & maximã habeant curã circa Beccarios, Panaterios, & Munarios. Volumus. n. quod ipsi DD. Conseruatores pro tempore ponant suis temporibus calmeria panis, carnium, piscium, & aliorum uictualiũ, & metam imponãt circa moleturas accipiendas per munarios, & nullus alius possit se intromittere circa prædcã, & ad solos DD. Conseruatores spectent electiones officialium, ambasciatorũ, & oĩum aliorũ, quos eligi contigerit ad aliquid negotiũ, vel officiũ ipsius Communitatis. Et in ipsis electionibus non se intromittant Dñi Adiuncti. Habeantque durante eorũ officio potestatem, & arbitriũ in oĩbus aliis, & singulis, quæ sibi permissa reperientur per præsentia statuta, & in oĩbus & singulis negotiis Communis Mut. prouidẽdi, & deliberandi, saluo quod super negotiis arduis Communis Mut. occurrẽtibus, & vbi tractaretur de distributione, seu erogatione facultatũ Cõmunis maioris quantitatis, seu æstimationis librarũ decẽ Mut. tũc enim volumus quod dicti D. D. Conseruatores non possint sine D. D. Adiunctis aliquid prouidere, ordinare, vel deliberare, nec aliquẽ cõtractũ, vel quasi, obligationẽ vel quasi facere p maiori q̃titate lib. x vt supra, seu re, vel facto maioris æstimationis prædictæ in præiudiciũ cõitis, & si cõtractũ fuerit nõ valeat, nec teneat ipso iure, & nihiloĩus quilibet ex dcis DD. Conseruatoribus, qui interfuerit tali ꝓuisioni, alienationi, cõtractui, obligationi, vel quasi, & nõ cõtradixerit expresse, incurrat periuriũ, ac pœnã li. C. applicãdarũ ꝓ dimidia cameræ Ducali,

& pro

& ꝑ alia dimidia ipsi Cõitati. Inuigilẽt ẽt prædicti. D.D. Conseruatores vt ciuitas magis decora fiat, & ædificia fiant eo meliori modo, quo ipsis videbiẽ, & maxime ꝑhibeãt ne parietes fiãt de terricea ꝑ ciuitatẽ, & si aliqui reperiantẽ curent vt destruãtur, & oío fiant de lapidibus. Habeãt ẽt curã viarũ, & stratarũ ciuitatis, & ad ipsos spectet concedere, vel retinere in cõi vacua existẽtia in ciuitate ipsa, Possint ẽt creare ciues ad honores, & cõmoda ciuitatis ĩ forma solita.

¶ De iuramẽto præstando D.D. Conseruatoribus. RVB. XXXVII.

STatuimus quod expensis Communitatis fiat, & fieri debeat vna tabella, & super ea scribantur rubricæ statutorum, & in prima sessione, ꝙua quælibet muta. D.D. Conseruatorũ sedebit, seu se congregabit, teneatur, anteq̃ aliquid possit tractare, vel ordinare, vel etiam loqui de rebus, seu negotiis Communis, iurare in manibus Illu. D. Prætoris ad sancta Dei euangelia manu tactis scripturis super dcã tabella se obseruaturos, adimpleturos, & executuros oía statuta, & prouisiones Communis Mut. & maxime statuta sub rubricis de quibus infra. Quo iuramẽto præstito possint tractare de negotiis Communis, non tñ aliquid determinare, sed teneantur collegialiter accedere ad D. Gubernatorem pro tempore existentem ad notificandum Dñationi suæ, qualiter ipsi fuerunt extracti pro Conseruatoribus in sequenti trimestri, & eidẽ Dñationi suæ offerre se in oíbus, quæ spectabunt ad eorum officium. Statuta aũt de quibus supra, sunt infrascripta.

¶ Quot partita dari possint in vno consilio. Rub. 39.

¶ Quod eo die, quo res proponitur, non possit super ea dari partitum. Rub. 40

¶ Super arduis non possint deliberare DD. Conseruatores sine DD. Adiũctis Rub. 41

¶ Vbi Adiunctos quis requisiuerit sine ipsis deliberatio fieri non possit. Rub. 42

¶ De rebus Communis immobilibus non alienandis. Rub. 43

¶ Quod factum ordinatumue fuerit per vnam mutam Conseruatorum, ꝛreuocari non possit per aliam nisi modo infrascripto: Rub. 44

¶ De Ambasciatoribus, & eorum salario. Rub. 45.

¶ Quod nullus ex numero DD. Conseruatorum, nec Syndicus, nec Thesaurerius, nec aliquis de eorum familiis possit eligi in aliqua legatione, vel ad officium aliquod Communis. Rub. 46.

¶ De expellendis de consilio his, quos negotium tangit. Rub. 47.

¶ Quod in consilio quolibet interuenire habeant ad minus nouem. Rub. 48

¶ De non pandendo facta, vel dicta in consilio. Rub. 49.

¶ Quod D.D. Conseruatores faciant videre rationes Communis per singulos semestres. Rub. 50.

¶ De Officio D.D Adiunctorum. RVB. XXXVIII.

STatuimus, quod D.D. Adiuncti per se sine D.D. Conseruatoribus nullam habeant potestatem, sed cum ipsis D.D. Conseruatoribus omnimodam habeant potestatem prouidendi, & ordinandi de quolibet habere, & dare ipsius Communis & super quibuscunque negotiis arduis Communis Mut. ꝑagendis, præterquam quod non possint aliquam rem immobilem Communis Mut. vel habitam pro immobili ut supra, liuelli perpetui, & huiusmodi, & aliquã iurisdictionem ipsius Communis quoquo modo, vel titulo obligare, alienare,

vel

vel in alium transferre titulo lucratiuo,seu oneroso,nec in emphiteosim,seu|li uellum concedere.Nec etiam possint prouidere,& ordinare|,| siue dispensare contra aliquod statutū, vel legē,prohibens,vel prohibentē posse statui, vel ordinari,aut decerni contrarium eius,quod continetur in aliquo statuto,vel lege. Et prædcā procedāt tam in DD.Conseruatoribus solis,& DD.Adiunctis solis,q̄ insimul.Volumus.n.& prohibemus ne prædictæ alienationes aliquo modo ut supra fieri ualeāt,& bona conseruentur in Communi,& quod factū fuerit non valeat,nec teneat ipso iure,& pro non facto habeatur, & intelligatur. Sed teneantur ipsi deliberantes,statuentes,& ordinātes contra prædicta,|,| vel aliquod prædictorum de suo proprio effectui mandare,& nihilominus incurrant pœnā lib.C pro quolibet,qui dictæ congregationi,& deliberationi interfuerit,& expresse non contradixerit.Et notarius,qui aliquam deliberationem prouisionem,& ordinamentum,factā, & factū contra,vel præter formam præsentis statuti,vel statuti sub titulo. De Officio DD.Conseruatorum scripserit, vel notauerit,incurrat pœnā lib.C.pro qualibet vice. Quæ pœnæ applicētur pro dimidia Cameræ Ducali,& pro alia dimidia Communi Mut. Et ēt ipse notarius ipso iure sit priuatus officio suo,& oī alio officio Cōmunis in|,| perpetuū.

¶Quot partita dari possint in vno consilio. RVB. XXXIX.

STatuimus quod licet plura possint proponi in eodem consilio ut in statuto sub titulo De propositionibus,nolumus tñ quod dari,seu deliberari possint vltra quinque partita in vno,& eodem consilio,siue generali,siue speciali,& si plura data fuerint partita non valeant ipso iure,quæ data fuerint vltra quinq; Et nihilominus quilibet DD.Conseruatorum,& Adiunctorum, si interfuerit cadat in periurium,nec non in pœnam lib.xv,applicandā Cameræ Ducali,Imponentes,& oīo præcipientes D.Syndico,& Cancellariis vt de hoc statuto certiores reddere debeant DD.Conseruatores,&Adiunctos,& quod dicti Cancellarii non scribant dicta vlteriora partita.Declarantes, quod si pro vna re,vel occasione vnius negotii plures ballotarentur,non dicantur plura partita,sed vnum tantum.

¶Quod eo die, quo res proponitur,non possit super ea dari partitum. RVB. XL.

VT res Communis procedant cum maiori deliberatione,& negotia reip.magis atque magis,& cōsultius trutinētur,volumus,& statuimus quod eo die quo res aliqua,vel negotium aliquod propositū fuerit in consilio,(quod quando,& quoties fieri possit,abunde scriptum est in statuto sub titulo. De Propositionibus)non possit res ipsa ballottari,vel super ea haberi partitum modo aliquo sub pœna periurii DD.Conseruatoribus,& lib.x.auferen.a quolibet Conseruatore,& applican.Cameræ Ducali, & nihilominus partitum|,| obtentum non valeat,neque teneat,& quicquid factum est contra formā præsentis statuti sit nullū ipso iure.Quæ aūt supra in præsenti statuto diximus non procedant q̄n periculum esset in mora, & res ipsa non pateretur dilationem, quod oīo declarari prius debeat per D.Prætorem,& dcā declaratio scribi, & notari debeat per Cancellarium in vaccheta actorū,nec aliter partitum, vel ordinatio valeat sub pœna periurii,& lib.x.pro quolibet Conseruatore applican. vt supra

pra. Volentes quod, vbi contigerit euocari DD. Adiũctos ad conſiliũ, quod vocamus gñale Prior ipſorũ DD. Adiunctorũ vocari debeat in conſilio DD. Conſeruatorũ vna ſaltẽ die præcedenti, ãteq; vocentur ipſi DD. Adiuncti, & eidem Priori DD. Adiunctorũ exponatur per D. Priorem DD. Conſeruatorũ res, ſeu negotiũ, & cãnegotii quare dicti DD. Adiuncti vocari debeant, & deſideretur eorum interuentus ad effectum vt Dominus Prior Adiunctorum informare poſsit de re ipſa conſocios ſuos, & negotium procedat cum maturitate.

¶ Super arduis non poſsint deliberare Domini Conſeruatores ſine Adiunctis RVB. XLI.

STatuimus, & ordinamus quod DD. Conſeruatores non poſsint aliquo modo deliberare aliquod arduũ, nec ſuper arduis aliquid diſponere ſine interuentu DD. Adiunctorum. Et ſimiliter non poſsint facere aliquem contractũ, vel quaſi, obligationem, vel quaſi, nec donationem pro maiori q̃ſtitate lib. x. ſeu re, vel facto maioris æſtimationis lib. prædcãrum in præiudicio communis ſine Adiunctis prædcis. Et ſi contrafactum fuerit, quicquid actũ, geſtume fuerit ſcienter, vel ignoranter non valeat, nec teneat ipſo iure, & ſemper dici poſsit de nullitate, nec huic ſtatuto poſsit diſpenſari, ſed ſit præciſum; & truncum.

¶ Vbi Adiunctos quis requiſiuerit, ſine ipſis deliberatio fieri non poſsit. RVB. XLII.

STatuimus quod vbicunq; per aliquem ex DD. Conſeruatoribus poſtularentur Adiuncti, non poſsint dcí DD. Conſeruatores ſine dcís Adiũctis aliquid ordinare, vel deliberare ſuper eo, quo Adiuncti petiti fuerint.

¶ De rebus Communis immobilibus non alienandis. RVB. XLIII.

STatuimus quod DD. Conſeruatores cum Adiunctis, vel ſine non poſsint aliquo modo, ratione, vel cauſa alienare aliquo titulo bona aliqua immobilia vel iuriſdictionem aliquam, nec annuũ perpetuum redditũ Communis Mut. & prout in ſtatuto ſub titulo. De officio DD. Adiunctorum. ſub pœna cuilibet prædictorũ periurii & lib. C. Applican. Communi, & nihilon inus alienatio, vel obligatio, aut contractus ſuper inde confecti ſint ipſo iure nulli.

¶ Quod factũ, ordinatũue fuerit per vnã mutã DD. Conſeruatorũ reuocari non poſsit per aliam niſi modo infraſcripto. RVB. XLIIII.

QVia quod factũ eſt in conſilio decet eſſe manſurum propterea ſtatuimus & ordinamus quod ſi vna mutа, ſeu vnus ordo Conſeruatorum fecerit aliquã prouiſionẽ cuiuis rei vel aliquid ſolum ordinauerit per ſolemne partitum iuxta formã ſtatutorum noſtrorum, alius ordo DD. Conſeruatorum prædictorum non poſsit, vel valeat ordinationem, prouiſionem, vel partitum prædcãm, vel prædictũ reuocare, immutare, vel corrigere, aut aliquo modo emendare, niſi prius vocatis duobus ex magis idoneis mutæ, in qua dcũm partitũ eſt habitum, & obtentum. Quibus vocatis, & venientibus res ipſa diſcutiatur ad plenum, & ſi remanſerint concordes dcí DD Conſeruatores, & vocati, id fiat, & exequatur; in quo concordes remanſerint. Si autem diſcordes fuerint, tunc Illuſt D. Gubernator pro tempore exiſtens cognoſcat de re ipſa, & mandet, & declaret, & exequatur, quod ſibi iuſtum videbitur. Et prædcã, procedant ẽt ſi quid in conſilio gñali cum dcís Adiunctis factum fuerit, quia, ſi tractari con-

tigerit de immutando, & corrigendo, ac emendãdo in totũ, vel in partẽ aliquã ẽt minimam, fiat, & obſeruetur vt ſupra dictum eſt, vocatis tamen, & exiſtentibus in conſilio. DD. Adiunctis mutæ volentis reuocare, vel immutare vt ſupra.

¶ De Ambaſciatoribus, & eorum ſalario. RVB. XLV.

Vide in libro Reformationum 8 C. 1 Rub. 2.

STatuimus quod, quotieſcunque contigerit eligi, vel creari aliquem, vel aliquos Ambaſciatores ad Sereniſs. D. Noſtrũ, vel alium pro re ſpectante ad remp. Mut. in primis cã, & expenſa approbari, & collaudari debeat in conſilio per DD. Conſeruatores, & Adiunctos inſimul, poſito partito ad calculos albos & nigros, nec aliter creari, vel eligi poſsint legati aliqui, & hoc ſit pro forma. Approbata aũt cã legationis, & impenſa, electio de dictis legatis ſpectet, & ſpectare debeat ad DD. Conſeruatores tm̃, & non ad DD. Adiũctos ſimul. Hortãtes ipſos DD. Conſeruatores vt eligant ciues originarios origine ſaltem paterna, quos putauerint eſſe idoneos, ſufficientes, ac vtiles pro ipſa rep. non partiales, vel arrabbiatos, grauantes conſcientiam prædictorũ DD. Conſeruatorum vt ſolum intendant vtilitati reip. non animaduertentes ad parentellas, vel cliẽtellas, ſed ad ſufficientiã, & idoneitatem eorum qui eliguntur. Prohibentes ſub pœna periurii ipſis DD. Conſeruatoribus vt non eligant, vel eligere valeant aliquẽ, qui eſſet de numero DD. Conſeruatorum, vel DD. Adiunctorũ, & electio aliter facta non valeat ipſo iure, ẽt ſi electus fuerit ſine ſalario, & ipſe electus legationẽ acceptauerit ſine ſalario. Nam, vt experientia docuit, variis, & indirectis viis huiusmodi electi obtinent poſtea ſibi præſtari ſalaria, vt aliis ſolẽt præſtari in graue damnum reip. & animarũ eorũ, qui aſſentiũtur petitionibus eorũ inhoneſtis, & iniuſtis, nec poſsit diſpẽſari huic ſtatuto. Et electis dcís Ambaſciatoribus teneantur DD. Conſeruatores in ſcriptis dare legatis quicquid agere habeant, & tractare in ſua legatione, nec poſsint vltra id, aliquid aliud attentare, vel de alio alloqui Principem ſub pœna amiſsionis ſalarii, & priuationis in futurum, quod eligi non poſsint in legatos. Et prædcí legati, q̃ citius poterunt, debeãt ſuã legationẽ expedire, & domum reuerti, & ipſi legati pro ſalario, & expenſis habeant lib. quinq; monetæ Mut. pro quolibet doctore iuris, & ſingulis diebus. Si autem non fuerit huius gradus, vel conditionis habeat vnus quisq; libras tres, & ſoldos decem monetæ Mut. ſingulis diebus.

¶ Quod nullus ex numero DD. Conſeruatorũ, nec Syndicus, nec Theſaurerius, nec aliquis de eorũ familia poſsit eligi in aliqua legatione, vel ad aliquod officium Communis Mut. RVB. XLVI.

STatuimus quod oẽs illi, qui pro tempore fuerint de numero DD. Conſeruatorũ, & DD. Syndici, & Theſaurerii pro tempore, non poſsint aliquo modo eligi in aliqua legatione, vel ad aliud officium dicti Communis exercendũ, vel habendum tempore dictorũ ſuorũ officiorũ reſpectiue, ſiue poſt, vigore electionis, vel nominationis de eis, vel aliquo eorũ factæ, dum eſſent in officiis prædictis. Et ſimiliter aliqui de familia prædictorũ DD. Conſeruatorũ, Syndicorũ, & Theſaureriorum non poſsint eligi, admitti, vel nominari ad aliquod officiũ, vel miniſterium, andatã, vel ambaſciariã, ita quod vigore electionis, & nominationis factæ de dicto tempore, ſeu! temporibus, quibus prædicti DD. Conſeruatores, Syndici, & Theſaurerii erunt in officiis, ſiue eorum officiis finitis, vigore

tamen

tamen electionis factæ de aliquo de eorum familia tempore suorum officiorũ. Et prædicti DD Conseruatores, Syndici, & Thesaurerii, & quilibet de sua familia electi vel noiati vt supra, non possint habere, vel percipere aliquam mercedẽ, salariũ, vel solutionẽ a Communi Mut. vel ab aliqua persona, vel vniuersitate, nec etiam expensas victus sub pœna p quolibet eorum, & qualibet vice librarum viginti applicanda Communi Mutinæ.

¶ De expellendis de consilio his, quos negotium tangit. RVB. XLVII.

STatuimus, quod de consilio quolibet gñali & speciali Communis Mutinæ expelli debeãt personæ de ipso consilio, ad quos negotiũ, quod proponitur, tangit, & pater, & frater, & nepotes, & omnes agnati, & cognati, & affines coniuncti vsq; ad quartũ gradũ inclusiue, connumerando gradũ secundũ ius canonicũ. Et omnis deliberatio, & ordinamentũ, vel prouisio facta in fauorẽ præfati ciuis, si pater vel coniuncti vt supra adessent, non valeat ipso iure, & nihilominus ille talis coniunctus qui pñs fuerit tali deliberationi, ẽt si monitus non fuerit ut discederet, incurrat pœnã lib. x. Mut pro qualibet vice. Et teneatur notarius reformationũ, siue Cameræ Conseruatorũ, qui interfuerit cõsilii congregationi, qũcunq; ante q̃ aliquod proponatur in consilio legere pñs statutũ, & exponere per modũ, quod oẽs de consilio illud intelligant. Et, si aliquid propositum fuerit in consilio, quod tangat aliquem de ipso consilio, vel eius coniunctum in gradum præfatum vt supra, teneatur ipse notarius, cum primum id nouerit, protestari D Prætori, quod ipsum talẽ expellat, & remoueri faciat de ipso consilio sub pœna ipsi notario prædcã non obseruanti pro quolibet, & qualibet uice lib. xxv. Mut. Et nihilominus sub pœna præfata teneatur, si prætor talẽ, vel tales ad eius requisitionẽ nõ expulerit, inde discedere, & nullo modo aliquid scribere, quod contra prædcã deliberaretur, uel fieret, & ipse prætor, qui præfata non obseruauerit, vel in prædictis adimplendis negligens fuerit, incurrat ipso iure pro quolibet & qualibet vice pœnã lib. CCC. Mut. Et idem intelligatur, & fiat, si tractabitur de interesse D Prætoris, uel alicuius de sua familia, quia uolumus eum discedere debere ex consilio prædicto. Et si reuocaretur in dubium, an tale quid, de quo ageretur, tangeret aliquem de consilio, uel coniunctum ut supra, stetur declarationi duorum ex primis Conseruatoribus scriptis in lista. Et hoc statutum sit præcisum, & truncum, & teneãtur DD. Syndicatores ipsum de prædictis Syndicare.

¶ Quod in quolibet cõsilio interuenire déant ad minus nouẽ. RVB. XLVIII.

STatuimus quod Illustris D. Prior III. DD. Conseruatorũ pro tempore, quando consiliũ gñale, uel speciale haberi contigerit ordinarie seu extraordinarie, ordinare debeat, & dicere tempus uocationis dicti consilii & in tẽpore statuto per eũ uocentur, & uocari debeant omnes DD. Cõseruatores, & DD. Adiuncti si eos interuenire contigerit, sono Campanæ, & nuntii, seu nuntiorum requisitione. Et in quolibet consilio speciali interesse seu interuenire habeãt nouẽ ex dictis DD Conseruatoribus & nisi fuerint in dicto numero, non possit haberi, vel trahi aliquod partitũ quantumuis minimum, saluo tamen, quod si unus ex dictis nouem requisitis ex forma præsentis statuti in consilio deesset, alius puta Syndicus, qui in consilio adesset, uel Massarolus, uel alius quispiam

posit subrogari loco deficientis Conseruatoris, & talis subrogatus habeat in oibus vices, & facultatē illius Conseruatoris, in cuius locum subrogatur, præterq̄ quoad salarium. In consilio vero gñali vltra dcōs nouē Conseruatores interesse debeāt ad minus. xiiii. ex DD. Adiunctis ordinariis, si ordinarii haberi poterunt, alioquin ex supranumerariis imbuxullatis, qui supranumerarii, quoties in consilio interuenerint, habeant salarium ordinatum pro quolibet Adiūcto. Excepto tñ quod, vbi vnus tm̄, & non plures ex Adiunctis ordinariis, & extraordinariis in consilio defecerit, posit alius, qui non esset de Adiunctis prædcis subrogari loco deficientis prout supra ordinatū est de DD. Conser.

¶ De non pandendo facta, vel dicta in consilio. RVB. XLVIIII.

STatuimus quod acta, gesta, vel dicta in consilio DD. Conseruatorum debeant teneri, & haberi in secretis per oēs dictos DD. Conseruatores, & alios in consilio existentes, ut liberius negotia Communitatis agantur, & practicæ remoueantur, & inimicitiæ non surgāt. Et si quis manifestauerit dicta, aut gesta in dicto consilio, si fuerit de numero DD. Conseruatorū cadat in pœnam periurii, & lib. centū applican. pro dimidia Cōi, & p alia dimidia Cameræ Ducali, & nihilominus non sit amplius de numero DD. Conseruatorū pro illo tēpore, seu muta. Si autem fuerit alius cadat in allegatam pœnā applican. ut supra. & nihilominus priuetur officio suo, & amplius non posit admitti ad tale officium, in quo esset, nec ad alia officia dictæ Illustris Communitatis.

¶ Quod DD. Conseruatores faciant videre rationes Communis per singulos semestres. RVB. L.

STatuimus, ne rationes Communitatis inueteraſcant, & eant in obliuionē, quod Illu. DD. Conseruatores sub pœna periurii debeant omnino singulo semestri, quo essent Conseruatores, operari quod D. Thesaurerius Communitatis Mut. ostendat, & faciat rationes Communitatis, & referat Syndicus DD. Conseruatoribus in fraſcriptis in quo statu sit, & esse reperiatur Communitas cum ipso Thesaurerio circa il dare, & l'hauere Communis. Et unus ex Cancellariis sit rogatus de relatione, vt omnibus sit notum de statu reip.

¶ De Propositionibus in consilio generali, vel speciali. RVR. LI.

VOlumus, & permittimus, quod oēs tam ciues, quam aduenæ cuiuscunq̄; status, vel conditionis, posint, & eis liceat, congregato consilio siue generali, siue speciali, intrare in dictum consiliū, seu congregationē Illu. DD. Conseruatorum, anteq̄ ipsum consilium sit clausum, & post clausum consilium cū licentia DD. Conseruatorum. Et huiusmodi intrans, & Prior DD. Conseruatorū, & qlibet alius de dcis DD. Conseruatoribus posit, & valeat, & eis & cuilibet ipsorum liceat proponere coram ipsis DD. Conseruatoribus omne, quod proponens putauerit utile, & proficuū reip. vel aliter tendere ad vtilitatem publicā, seu spectare ad officium præfatorū DD. Conseruatorū, & dictas propositiones quomodocunque, & de quacunque re fiant, debeant ipsi DD. Conseruatores benignis auribus auscultare, & eas propositiones admittere. Et vnus ex Cancellariis dictorum DD. Conseruatorum scribat, & scribere teneatur per ordinem in quinterno ad id deputato oēs seriatim propositiones, quas fieri contigerit in consilio, & posint quinque vel plures propositiones fieri. Prohibentes eas

fieri

fieri posse nisi demum pulsata campana consilii,& adunatis ipsis DD. Conseruatoribus,vel saltem D.Priore,& tribus a iis de numero DD.Conseruatorum Quæ proposita debeant tunc & in consilio sequenti examinari & discuti cum oi possibili diligẽtia,quibus ad plenum discussis inter ipsos DD.de consilio speciali,vel generali, prout materia patietur,debeant dictæ propositiones singulæ de per se,nec eo die,quo eas fieri contigerit decidi,& terminari ad calculos albos,& nigros,prout in statuto sub titulo.De calculis pro partitis dandis.

¶ De calculis pro partitis dandis. RVB. LII.

STatuimus,& ordinamus,quod de qualibet propositione facta in consilio, siue fiat per aliquem ex DD.Conseruatoribus,siue per quemlibet alium, & de quauis re ẽt minima,seu negotio cuiuis,debeãt partita dari modo infrascripto ad calculos albos,& nigros,non aũt possit aliquid terminari, vel decidi p ipsos DD.Conseruatores,vel Adiunctos voce,seu partito non interueniẽte,& quicquid in contrariũ fuerit factũ vel gestũ per ipsos DD. Conseruatores cum DD.Adiunctis,vel sine,prout acciderit,non valeat,nec reneat,sed ipso iure sit nullũ,& semper possit de nullitate dici,& repeti quod datũ, vel solutũ fuerit vigore partiti contra formã pñtis statuti,non obstante ẽt quod facta esset executio,& lapsum esset tẽpus longissimũ. Et vlterius ipsi DD.Conseruatores, & Adiuncti,si interuenerint,cadãt in pœnã librarũ quindecim pro quolibet eorum,& in pœnã periurii in animarum suarũ detrimentũ ipsa aũt partita sint, & esse debeant modo infrascripto. Nam volumus quod re ipsa bene discussa, & habitis sermonibus inter ipsos de consilio prout contigerit, vnus ex Cãcellariis DD.Conseruatorũ legere debeat singulas propositiones primo in ordine scriptas alta voce,distincte,& clare,& termone materno, ut merito bene oẽs intelligant,& interim si admonitus fuerit Massarolus,vel alius quispiam ex seruientibus præfatæ Illu. Communitati vt præstet ciuilibet calculos,ipse inseruiens acceptis calculis in numero sufficientibus tradat oĩbus, & singulis in solidũ DD.Conser.& Adiunctis,si interuenerint,duos calculos,albũ vnũ,& alium nigrum.Et præstitis calculis vnicuiq; vt supra,legat vnus ex Cancellariis vt supra,& dicat cui videtur,& placet quod tale fiat,det calculũ album,& cui videtur quod non, det calculũ nigrũ.Et tunc inseruiens prædictus primo accipiat in buxullũ coopertũ a quolibet Conseruatore, seu Adiuncto calculũ votiuũ cuiuslibet,& incontinẽti receptis dcis calculis in buxullo eos oẽs spargat in vase deputato corã D.Prætore,seu eius D.Locuntenẽte,qui videre habeat, & dinumerare quot sint calculi albi, & quot sint nigri, & sic an partitum sit obtentum, nec ne,ut infra dicetur.Et collectis dictis calculis vt supra idem inseruiens colligat in buxullo alios calculos,& eos spargat in dicto vase ad effectũ,vt D.Prior,seu eius D Locuntenens cognoscere possit,an fraus sit facta in dictis calculis,seu partito.Et Cancellarius suo tẽpore incontinẽti ad dictan ẽ, seu vocẽ D.Prætoris,seu eius D.Locũtenentis scribat,& scribere teneatur sub vinculo iuramenti,& pœna lib.xxv. applican.in totum cameræ Ducali, quot calculi albi fuerint,& quot nigri. Prohibentes quod nullus ex dictis DD. Conseruatorib is,vel Adiunctis possit dare, seu ponere in buxullo nisi vnum calculũ p vice,& si plures calculos imponat tunc cadat in pœnã lib.L. applican. vt

supra,& vlterius priuatus sit officio conseruatoratus tunc & in futurũ in perpetuũ. Volentes quod, qñ aliqua res,vel negotiũ cuiuscũq; importantiæ ponitur ad partitũ D.Prætor ciuitatis Mut.seu eius Locuntenens debeat interesse in consiliis ad effectũ,vt si aliqua controuersia oriretur in pónendo partito,vel alias quomodocunq; huiusmodi dubiũ possit decidi per præfatũ D. Prætorẽ in dicẽ ordinariũ in consiliis Cõmunis Mut.& vt oĩa etiã procedant sine fraude.

¶Quando partitum dicatur obtentum. RVB. LIII.

VIgesimoterzo. Gli Sindici eletti, ouero estratti per sorte come di sopra giurino insieme con gli altri vfficiali in mano delli Sig. Conseruatori di fare gli vffici loro diligentemente con lealtà, & faccino i detti Sindici fare le gride come si usa per gli altri vfficiali del Commune, & possano hauere il salario consueto, quietato che hauranno il Massaro, o uero condotto a rẽdere quello, che hauerà in mano esso, & quei altri suoi vfficiali, o, pur condannati. La qual sentẽtia habbia paratissima essecutione, & sia fauorita dauanti a qualũque Giudice.

VIgesimoquarto. Che si eleggano per gli S. Conseruatori due visitatori, & curatori d'ãno in anno huomini pietosi, & d'authorità, quali possano ad ogni loro arbitrio sopraueder ogni cosa, & ricordare a tutti gli vfficiali il debito loro, & specialmente che alle persone dell'hospitale sia proueduto delle cose, di che hauranno bisogno, & doue ammoniti gli detti vfficiali ritrouassero duri, & negligẽti riferire al loro superiore, & curare che facciano opportuna punitione. Anchora lodare essi, & commendare questa santa opera, & persuadere, & far persuadere alli Predicatori, & altri l'utilità di questa opera al popolo, & rimouerlo da l'altre uie non cosi certe d'impetrare la remissione delli peccati, & la sententia fauoreuole del di del giudicio per quella fede, che si ha in Dio Padre per quello suo figliuolo, & Sig. Nostro Christo Giesũ.

VIgesimoquinto. Che per gli soprascritti Capitoli non si intẽda fatto pregiudicio alcuno all'authorità, & sopraintendentia dell'Ordinario, laquale è de iure Communi massime per la Clemẽtina. Quia contingit. De religiosis domibus. anzi sempre sia in facultà di visitare, & correggere come di ragione sopra gli è conceduto.

VIgesimosesto. Si facciano due authentici di questi Capitoli, dinãzi alli quali sia scritta l'authorità delli Compositori, & uno stia all'hospitale, & l'altro nella Camera degli atti della Illustre Communità, alli quali si possa giungere, & scemare, secondo che parerà agli Illu.ⁱ Conseruatori che il tempo ricerchi, seruando il modo, & l'ordine, secondo che hora si è fatto nella compositione delli detti Capitoli, cioè accedente il consenso, & l'authorità del Serenissimo Signor Duca, & dell'Ordinario, qui pro tempore erit.

ET

ET per sodisfare agli huomini della Compagnia della confraternità della morte, si ordina che i Sig. Presidenti, che vsciranno fuori, hauuta diligente informatione di quello, che verisimilmente possano spendere ogn'anno gli detti huomini per bisogno della detta compagnia, debbano in denari contati pagare alli detti huomini ogn'anno la metà al Natale, l'altra metà à San Pietro, tanti che bastino alli bisogni della detta Compagnia.

QVia sæpenumero experiẽtia docet ea in quibus lex lata deficiat, prut euenit in capitulis præcedentibus, in quibus non fuit prouisum quod aliqui ex ordine seu numero præcedenti remanerent, & esset adiũcti Muræ subsequẽti, a quibus nouus ordo, siue muta habere posset imformationem de gestis per ordinem præcedentem. Propterea adiungentes præcedẽtibus Capitulis dispo nimus quod in perpetuum Massarius, & Procurator Mutæ præcedentis sint de confirmatis in subsequenti muta, & habeant uocem, prout alii de muta subsequenti, & sedeant, & sedere habeant, videlicet Procurator confirmatus post Procuratorem nouum, & Massarius confirmatus post Massarium nouum. Disponimus tamen quod ipsi confirmati nullum habeant salarium, sed inseruire habeant amore Dei, & intuitu pietatis.

¶ De vectigali non exigendo per Datiarios Terræ Carpi pro rebus conductis per Mutinenses per viam aggeris Panzáni per sententiam.

RVB. XCVI.

IN Christi nomine amen. Nos Ioánes de Ventis iuris utriusque doctor Ferrarien. & potestas Ducalis Terræ Carpi, ac in præsenti causa auditor Cameræ Ducalis Carpi.

Cogniror, & decisor litis, causæ & quæstionis versæ, & vertentis per, & inter Magnificum D. Ioãnem Franciscum Barzellam affictuarium introituum Terræ Carpi, ac Camerarium eiusdem Cameræ ex una, & Ioannem Montanarium, Mattheum Villanum, & Nicolaum Moranum de villa Panzani partibus ex altera se defenden. mediantibus eorum procuratoribus. Vnde primo visis Capitulis productis pro parte dictorum de Panzano, ac ẽt pro parte dictæ Cameræ, visis que testibus in præsenti causa examinatis per dictas partes, visoque toto processu in præsenti causa coram nobis agitato per dictas partes, & eius publicatione, visaque monitione per nos facta dictis procuratoribus pro præsenti die, & hora ad hanc nostram audien. sententiam, uisisque omnibus uidendis & cosideratis considerandis, &c.

Christi nomine repetito. Quia nos Ioannes de Ventis in hac parte Ducalis Cameræ Carpi Auditor, & cætera, dicimus, pronunciamus, declaramus, & sententiamus D. Io Franciscum Barzellam Camerarium non habere ius aliquod colligendi vectigal, seu gabellam aliquam de bonis recollectis ex villa Panzani territorii Mut. quæ conducuntur ad territorium Mutinæ, seu Mutinam, super aggere Panzani, & ei perpetuum silentium imponimus iustis de causis, de quibus in processu. Iccirco pronunciamus Ioannem Montanarium, Mattheum Villanum, & Nicolaum Moranum de villa Panzani nullum contrabannum cõmisisse, & sic pro dictis rebus suis, de quibus in processu, non teneri aliquam

gabellam ſoluere,ſeu aliquod aliud pro contrabanno eis imputato. Et partes ab expenſis ob iuſtas cauſas animum noſtrorum mouentes abſoluimus,& liberamus,præterquam a ſalario noſtro,noſtrique notarii, in quo utramque partē pro dimidia condemnamus. Et ita dicimus omni meliori modo, quo poſſumus,& debemus &c.

Ioannes de Ventis.

Lata,lecta,data,& in his ſcriptis ſententialiter pronūtiata,& promulgata fuit ſupraſcripta ſententia per præfatum D. Poteſtatem, ac auditorem ſupraſcriptum pro tribunali ſedentem ad ſuum ſolitum iuris bancum in mane hora iuris dicendo, & ſententiādo ut ſupra oī meliori modo &c. Currētibus annis D. N. Ieſu Chriſti milleſimo quingenteſimo quadrageſimo, Indictione tertiadecima,Die Veneris primo Octobris.Præſente Præfato D.Nicolao Maria Coccapano Procuratore prædictorum de Panzano, & prædicta acceptante in parte,& partibus,& cætera.

Præſente Ser.Nicola parmen.Syndico,& Procuratore Cameræ præfatæ, ſeu præfati D.Ioannis Franciſci,& prædictis non conſentiente,&c.& viua voce appellante ſaluo iure appellandi in ſcriptis,&c.

Qui Mag.D. Poteſtas auditis antedictis prædicta admiſit ſi,& in quātum,&c.

Præſentibus D.Leonello Coccapano D.Michaele Sauano, & Ser Ludouico Parmē.notariis publicis Carpē teſtibus idoneis ad præfata vocatis, & rogatis.

EGo Franciſcus filius quondam Spectabilis uiri D. Hieronymi de Zuchulis de Carpo publicus apoſtolica, imperialique authoritatibus notarius Carpen.prædictis omnibus,& ſingulis, dum ſicut ſupra fierent,& agerentur, ſemper præſens fui,vidi,audiui,intellexi,& rogatus ſcripſi,& in hāc publicam formam redegi,& ideo in fidem omnium præmiſſorum me ſubſcripſi,& ſolito meo ſigno ſignaui.

¶ Quod Iudices obſeruent ſtatuta. RVB. XCVII.

STatutum eſt quod,quandocunque D.Prætor,aut alius quiuis Iudex Mut.faceret,vel facere intenderet quod eſſet contra ſtatuta,ordinamenta,vel prouiſiones Communis Mut.aut reformationes conſilii DD.Cōſeruatores, & Syndicus doctor teneantur,& debeant,antequam dictum negotium fiat, ſi ſcinerint,aut poſtquam actum fuerit, intra triduum a die ſcientiæ denuntiare D. Prætori,vel alteri Iudici ſeu officiali, quod in tali negotio, nec in alio faciat contra formam dictorum ſtatutorū. Et quod reuocare debeat omnino quod eſt factum contra ſtatuta,demoſtrando eidem,& legēdo ſtatutū,contra quod eſt factum,vel forte facere intendebat. Et ſi dictus D Prætor, ſeu iudex alius non reuocauerit,vel non deſiterit poſt dictam denuntiationem factam ſtatutū, quod factum eſt contra formam prædictam ipſo iure,& facto ſit nullum,& reuocatum. Quinimmo volumus quod cuilibet perſonæ ſit licitum denuntiare cuiuis officiali, ac contra eum proteſtari,quod obſeruet,& obſeruari faciat ſtatuta,prouiſiones,& ordinationes,ac reformationes Communis Mut. Et quilibet notarius teneatur rogari de huiuſmodi denuntiationibus,& proteſtationibus ſub pœna lib.C.applican.pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio dicto Communi. Et officialis ipſe non debeat iraſci de huiuſmodi denuntiis,

eiis,& proteſtationibus,& minus aliquem condemnare,vel grauamen aliquod alicui inferre occaſionibus præfatis,& ſi quempiam condemnauerit Prætor ip ſe teneatur ſoluere dictam condemnationem, & conſeruare indemnem condemnatum,contra quem aliqua executio fieri non poſsit occaſione condemnationis prædictæ.

¶ De obſeruantia ſtatutorum. RVB. XCVIII.

STatuimus quod omnia & ſingula ſtatuta nouiter ædita,publicata,atque in volumine præſentium ſtatutorum regiſtrata valeant, teneant, ac obtineãt validam roboris firmitatem & perpetuo ſeruari debeant in futurũ, & non alia ſtatuta inantea condita contraria præſentibus ſtatutis,vel poſita ſub eiſdem in effectu titulis,ſeu Rubricis,illa.n.volumus eſſe ſublata,ac correcta,& præsẽtia præualere ita ut nec ſtilus aliquis,vel mos,aut aliqua conſuetudo, antiquus, vel antiqua, nouus,vel noua ſuperueniens contra ipſa ſtatuta, vel aliqua eorũ, vel formam traditam ab eis,vel aliquo eorum,tacitus,vel expreſſus,tacita,vel expreſſa aliquo modo,valeat nec eorum diſpoſitioni derogari poſsit, immo ſi quid actum fuerit etiam prætextu ſtili,moris,vel conſuetudinis,contrarii,ſeu contrariæ,ſit ipſo iure,& ipſo facto nullum, neq; quoquo modo obſeruari debeat. Derogantes ex nunc omnibus legibus municipalibus, ſtatutis, ꝓclamationibus,prouiſionibus,& reformationibus quibuscunque,quæ leges, ſtatuta proclamata,prouiſiones,& reformationes contradicerẽt; & ſeu contra eſſent præſentibus noſtris ſtatutis,vbi.n.eſſent contrariæ, vel contraria his noſtris ſtatutis volumus ea,& ſeu eas infringere,& annullare. Et ut efficatius ſtatuta ipſa obſeruentur per DD. Iuſdicentes volumus,& ſtatuimus quod D. Syndicus Communitatis Mut.doctor ſingulis duobus menſibus ex ſuo officio, & quãdocunque ad inſtantiã particularis perſonæ teneatur, & debeat denũtiare dictis DD. Iuſdicentibus,& cuilibet eorum quod debeãt obſeruare ſtatuta, & prouiſiones dicti Communis,& eiſdẽ ꝓteſtari,quod í ſyndicatu íſtabit & ꝓuidebit eos puniri,& condemnari propter inobſeruantiam ſtatutorum, quatenus ea non obſeruauerint Et quilibet notarius teneatur facere inſtrumẽtũ de huiusmodi denuntiatione,& ꝓteſtatione. Volẽtes quod dictus Syndicus debeat tẽpore ſyndicatus dcõrũ Officialiũ porrigere querelas Syndicis de oĩbus & ſingulis quibus ipſe Poteſtas contrafecerit ſtatutis,vel ipſa non obſeruauerit.

¶ A quo tempore incipiant ligare præſentia ſtatuta. RVB. XCVIIII.

STatuimus quod poſt publicationem præſentium ſtatutorũ dicta ſtatuta apprehendãt,& ligent,& appræhendere,& ligare intelligãtur oẽs ciues,diſtrictuales,& oẽs, & ſingulos de comitatu poſt menſem a die publicationis factæ ſolemniter. Et poſt dictum menſem dicta ſtatuta locũ habeant,& robur, & firmitatem ſuam operentur,& ſeruari debeant in omnibus,& ſingulis caſibus, præterquam in cauſis criminalibus.vel miſtis pẽdentibus tempore publicationis præfatæ, & in cauſis appellationum,querelationũ, nullitatis dictionũ,ſeu reſtitutionũ,& reductionũ quarũcunq; depẽdẽtibus, natis,ſeu ꝓcedentibus a ꝓceſſibus agitatis,factis, ſeu pendentibus ante publicationẽ huiuſmodi,ſeu tẽpore eius publicationis.In quibus omnibus caſibus,& cauſis vetera iura municipalia de his tractantia tam quoad ordinationem proceſſus, quam quoad

decisionem negotii,& causæ principalis debeant obseruari donec ipsæ lites fuerint finitæ,& extinctæ.Mandantes præsentia statuta transmitti ad omnia loca Ducatus Mutinæ,& in illis de cætero obseruari.

¶ De electione Nuntiorum. RVB. C.

STatuimus, & ordinamus quod nuntii Communis Mut. possint esse vsq; ad numerum xxiiii.& quolibet anno de mense Ianuarii debeant eligi per DD. Conseruatores dicti mensis.Qua electione facta infra octo dies teneantur, & debeant in manibus. D. Potestatis, uel eius Vicarii,uel notarii cameræ. DD. Conseruatorum iurare solemniter quod facient,& fideliter adimplebunt omnia,quæ erunt eis commissa,& incumbentia eorum officio. Et de prædictis fideiussionem idoneam præstare,quam notarii deputati recipiant, & recipere teneantur.& debeant portare biretum rubeum in capite cum signis domini nostri.D.Ducis,nec non.D.Potestatis Communis Mut. Et quicunque repertus fuerit sine ipsis biretis saltem cum duobus ex dictis insignibus condemnetur pro qualibet uice in quinque soldis Mut. Et si in illo interim aliquid acceperit pro aliquo exercitio dicti officii teneatur ad restitutionem dupli eius, quod acceperit. Bireta autem eis dentur expensis Communis Mutinæ in festo Beatissimi Geminiani patroni nostri, vel in eius uigilia: Et teneantur Domini Conseruatores eligere usque ad numerum duodecim nuntiorum ad minus,si habiliter haberi poterunt,& fiat inquisitio,& proclama in locis consuetis,si poterunt reperiri.Et si contigerit aliquos deficere dicto numero.xii.post electionem factam aliqua de causa,tunc DD. Conseruatores illius mensis ex noua electione numerum supplere possit ut supra.& vsque ad dictum numerũ DD.Conseruatores, qui pro tempore essent, referendo suprascripta siugula singulis,a D.Potestate arctari,& cogi possint modo prædicto. Vt autem facilius possint inueniri,statuimus,quod dicti nuntii descripti ad cameram. DD. Conseruatorum,& exercentes officium, quod exercere teneantur per vnum annum completum a die acceptationis computãdum, sint, & esse intelligãtur penitus immunes,& exempti ab omnibus oneribus realibus, & personalibus, & mistis etiam,vt consuetum est.

¶ De his,ad quæ tenentur nuntii. RVB. CI.

STatuimus quod quilibet nuntius Communis Mut.sit,& esse debeat fidelis in oĩbus spectantibus ad eorum officium D.Potestati, & eius Iudicibus Palatii dicti D.Potestatis,nec non facere custodias consuetas in palatio,& officio D.Potestatis,& Vicarii,Iudicis maleficiorum, & Iudicis victualium. Et qui contrafecerit puniatur,& mulctetur inspecta qualitate delicti, & contumaciæ,vel contemptionis,vel inobedientiæ,per eum, cuius mandata neglexerit adimplere,sit quiuis ita tñ quod non excedat mulctas a statutis limitatas, seu pœnas impositas a iure Communi,vbi non forent a statutis limitatæ, vel impositæ. Citationes autem fideliter faciant,& referant sine dilatione, & quam citius poterũt ſm formã statutorũ Communis Mut.& si aliqui prædictorũ contrafecerint ꝓ qualibet vice condẽnentur in v.sol.Mut.& nihilominus teneantur ad restitutionẽ dupli eius,quod acceperint, & ad oẽ dãnũ,& interesse parti læsæ. Super quibus omnibus,& singulis fiat ius sola facti veritate inspecta sine

ne datione libelli infra terminum octo dierum per iudicem, qui dictæ cauſæ præerit, ſub pœna periurii, & x. lib. march. & plus, & minus inſpecta qualitate facti, parte inſtante, & ita proteſtante. Et hæc omnia uendicet ſibi locum in præceptis ſequeſtrationibus, tenutis dandis, notificationibus pignerationibus quibuſcunque, & aliis ſibi commiſſis, quæ relationem exigunt. Volumus etiam quod nullus poſſit pignerari ab authoritatem habente pro prima uice, & ex contumacia, niſi cum uno nuntio. Pro debito autem poſſit quandocunq; præhabita licentia cũ nuntio Communis, & vno ex familia D. Poteſtatis, ſi tñ dictũ debitũ non exceſſerit ſummã C. ſol. Ab inde vero ſupra pignerari poſsit toties, quoties viſum fuerit iudici, & parti, inſpectis primo quãtitate debiti, & qualitate facti, & conditione ꝑſonæ, & hoc ſi facultas capiendi ipſum adeſt, alias pignerari poſſit toties, quoties viſum fuerit actori, & vna via electa poſſit reuerti ad aliam. Et ſi pignerandus, vel quiuis de eius familia non permiſerit pignus accipere, tunc teneatur, & debeat referre iudici, & notario dictæ cauſæ dictam prohibitionem, & facta relatione poſsit iterum pignerari, ſi creditor voluerit cum nuntio, & uno ex biruariis D. Poteſtatis. Quibus ſi ſimiliter ꝑhibitum fuerit ne pign'accipiant, illico tunc teneantur eis proteſtari, quod reuertentur cum familia D. Poteſtatis, qua proteſtatione, & relatione facta ut ſupra, de quibus credatur eius ſimplici dicto in actis redigendo; tunc demm teneatur, & debeat iudex dictæ cauſæ mittere familiam dicti D. Poteſtatis. Qiubus ẽt ſi prohibitum fuerit vt ſupra, & poteſtatione præmiſsa per principalem de dicta familia Poteſtatis, quod ab illa hora inantea, ſi D. Iudex ſibi mãdabit abſque alia pigneratione ipſum perſonaliter capient, & ad ipſum D. Iudicem ducent. Et ſubſequenter dictus D. Iudex teneatur, & debeat ipſis de familia ſic mandare, & eum capi facere abſque alia pigneratione, dummodo in domo propria, vel conducta non capiatur, nec etiam in alia quacunque inuito habitatore, qui non relaxetur, niſi prime refectis oĩbus expenſis ſuper inde factis, & ſatisdatione præſtita de parendo iuri. Adiicimus tñ quod vnoquoque præmiſſorũ facto ad aliud minime ꝓcedatur, & ſic de actu in actũ niſi parte inſtãte, & petente. Et ſi contingeret per partem ſtare, quominus poſt primũ contẽptũ prædicta exequãtur, teneatur ſatisfacere nuntio, & biruariis de mercede ſua ſecundũ limitationẽ factã in pignerationibus, & non vltra. Proceden tes aũt actus, & quilibet eorũ fiat, & fieri debeat diuerſis horis, niſi iuraretur ſuſpectus, & aliter facti non teneãt, & fieri faciẽs, vel ꝓcurãs condẽnatus ſit fictione pñtis ſtatuti in x. ſoldis Mut. & in expenſis ſuper inde factis, & faciendis.

¶ De electione Maſſaroli pignorum. RVB. CII.

INnouamus ẽt, & ſtatuimus quod & anteceſſores noſtri ſalubriter ꝓuiderũt, videlicet quod eligatur vnus Maſſarolus ꝑ DD. Conſer. Cõis Mut. penes quẽ deponentur oĩa pignora, quæ per nuntios, & biruarios accepta fuerint &, quæ pignerari contigerit. Qui Maſſarolus ipſa pignora cuſtodire, & ſaluare teneatur, & debeat, & nemini præter q̃ eius dño, cui accepta fuerint tradere, niſi primo integraliter ſatisfactũ fuerit nũtiis, & biruariis ꝑ mercede ſua. Et qui Maſſarolus teneaṫ, & debeat ſcribere in lib. dcã pignora, & ſigna pignorũ, & ꝑ quẽ nũtiũ fuerint accepta, & ad cuius petitionẽ, & nomẽ illius, cuius fuerit pignus

&

& de cuius iudicis, vel officialis mãdato fuerit accepta, & die consignationis ip sorũ sibi factæ, & breue ad pignora ponere, in quo sit descriptũ nomen psonæ, cuius fuerint pignora, & soluere teneatur nuntio, & biruariis de eorum viatico, & labore secundũ formã præsentiũ statutorũ. Et habere debeat dictus Massarolus pro qualibet pigneratione, et si in ea fuissent plura pignora accepta, dũ modo pro una persona, & vno debito tm̃, ab eo, cui facta fuit dicta pigneratio, denarios sex Mut. pro suo labore. Pignora uero sic consignata maneant, & manere debeant penes dictum Massarolum, illo, cuius sunt, non exigente, vsq; ad sex menses inclusiue. Quo termino elapso liceat ipsi Massarolo, licentia tamen præhabita a Iudice, de quo supra, vel eius successore, de qua appareat in actis, vendere ad incantum sine tuba tamen, ut euitentur expensæ, in platea Communis Mut. plus offerenti, & si quid superfuerit, deductis expensis, teneatur, & debeat illud plus dare, & consignare illi cuius dicta pignora erunt, infra octo dies, vel saltem illi notificare. Et si in aliquo prædictorum fuerit negligens, vel remissus incidat in pœnã sol. x. pro quolibet pignore, & pro qualibet uice,, qua contrafecerit. Et teneatur dictus Massarolus, facta electione de eo, incontinenti legie, promittere, & satisdare notario cameræ DD. Conseruatorum dicti Communis, qui notarius dictam satisdationem recipiat de dictis pignoribus custodiẽdis, & saluãdis, & de prædictis oĩb. obseruãdis, & de his bonã reddere rationem, & de eius officio in oĩbus, & per omnia bene, & legaliter exercendo. Et illius officium duret per annum, quo elapso teneatur rationem designare deputãdo, vel deputandis per Commune Mut. & librum ipsius Massaroli dimittere, & consignare notariis Cameræ actorũ, qui ipsum in cameram ipsam accipiant, & deponant. Et si contigerit dictum Massarolũ officiũ explere ante sex menses, ex quo pignus recepit, quod tunc teneatur dicta pignora eius successori in officio consignare, & de eis rationem ut supra facere, recepta tamen eius mercede, nisi fuerit confirmatus & pro rata temporis, & omne id, quod soluit pro dictis pignoribus, a successore suo exigat, & exigere possit.

¶ Quod Cõitas Mut. sit immunis a solutione Gabellarum. RVB. CIII.

STatuimus quod Communitas Ciuitatis Mut. non teneatur, vel cogi possit ad solutionem gabellæ pro parte spectante ad ipsum Commune, prout hactenus dicta Communitas immunis fuit a solutione prædicta vigore concessionis sibi factæ vsque de anno M. CCCC. LXXIIII. & de mense Iulij.

Finis primi Libri.

LIBER SECVNDVS

DE FERIIS, ET TEMPORIBVS, QVIBVS IVS REDDI DEBEAT.

RVBRICA PRIMA.

IVS REDDATVR OMNINO PER TOTVM ANNVM exceptis diebus infrascriptis feriatis, vel in honorem Dei, vel ob necessitates hominum ut infra, Dies feriati in honorem Dei sunt infrascripti. videlicet.

MENSIS IANVARII.

Dies prima propter festum Circunciſionis Domini Nostri.
Dies VI. propter festum Epiphaniæ
Dies XVII. propter festum Diui Antonii.
Dies XX. propter festum Beati Sebastiani.
Dies XXII propter festum Sancti Vincentii.
Dies XXV. propter festum Conuersionis Sancti Pauli.
Dies XXVI propter festum diui Geminiani contra Attilam.
Dies XXVIII. XXIX. & XXX. & XXXI. propter festum Sãcti Geminiani, &
Dies Dominici.

MENSIS FEBRVARII.

Dies prima propter festum beati Seueri, & ferias Sancti Geminiani.
Dies II. propter festum Purificationis Deiparæ Virginis; & ferias prædictas
Dies III. propter festum diui Blasii, & ferias antedictas
Dies V. propter festum diuæ Agathæ.
Dies XVIII. propter festum miraculi Sancti Geminiani contra Gallos.
Dies XXII. propter festum Cathedræ Sancti Petri.
Dies XXIIII. propter festum Sancti Matthiæ Apostoli, &
Dies Dominici.

MENSIS MARTII.

Dies XII. propter festum Sancti Gregorii.
Dies XVIII. propter festum Sancti Ioseph.
Dies XXV. propter festum Annuntiationis diuæ Virginis, &
Dies Veneris omnes, &
Dies Dominici.

MENSIS APRILIS.

Dies II. propter festum S. Francisci de Paula.
Dies XXIIII. propter festum beati Georgii.
Dies XXV. propter festum Sancti Marci.
Dies XXVII. XXVIII. XXIX. & XXX. propter solemnitatem diui Geminiani, &
Dies Dominici.

MENSIS MAII.

Dies prima propter festum S. Iacobi & Philippi, & ferias S. Geminiani.
Dies II. propter ferias Sancti Geminiani.
Dies III. propter festum Inuentionis Sanctæ Crucis, & ferias S. Geminiani.
Dies XX. propter festum Sancti Bernardini, &
Dies Dominici.

MENSIS IVNII.

Dies XI. propter festum Sancti Barnabæ.
Dies XIII. propter festum Sancti Antonii de Patauio.
Dies XV. propter festum Sancti Viti & Modesti.
Dies XXIII. propter festum Sancti Ioannis Baptistæ.
Dies XXIX. propter festum Sancti Petri, & Pauli, &
Dies Dominici.

MENSIS IVLII.

Dies XI. propter festum Consecrationis Ecclesiæ Cathedralis, & Sanctorum Naboris, & Felicis.
Dies XX. propter festum Sanctæ Margaritæ.
Dies XXII propter festum Sanctæ Magdalenæ.
Dies XXV. propter festum Sancti Iacobi Apostoli, &
Dies Dominici.

MENSIS AVGVSTI.

Dies prima propter festum Sancti Peregrini.
Dies V. propter festum Sanctæ Mariæ a Niue, & S. Dominici.
Dies VI propter festum Transfigurationis Domini Nostri.
Dies X. propter festum Sancti Laurentii.
Dies XII propter festiuitatem Sanctæ Claræ.
Dies XV. propter festum Assumptionis Beatæ Mariæ.
Dies XVI. propter festum diui Rochi.
Dies XXIIII. propter festum Sancti Bartholomei Apostoli.
Dies XXVIII. propter festum diui Augustini, &
Dies Dominici.

MENSIS SEPTEMBRIS.

Dies VIII. propter festum Natiuitatis Virginis Mariæ.
Dies XIIII. propter festum Exaltationis Sanctæ Crucis.
Dies XVI. propter festum Sanctæ Euphemiæ.
Dies XXI. propter festum Sancti Matthei Apostoli.
Dies XXVIIII. propter festum Sancti Michaelis.
Dies XXX. propter festum Sancti Hieronymi, &
Dies Dominici.

MENSIS OCTOBRIS.

Dies IIII propter festum Sancti Francisci.
Dies XVIII. propter festum Sancti Lucæ.
Dies XXVIII. propter festum Sancti Simonis & Iudæ Apostolorum, &
Dies Dominici.

Dies Dominici.

MENSIS NOVEMBRIS.

Dies prima propter festum omnium Sanctorum.
Dies II. propter officium mortuorum vsque ad nonas.
Dies XI. propter festum Sancti Martini.
Dies XXV. propter festiuitatem Sactæ Catherinæ Virginis.
Dies XXX. propter festum Sancti Andreæ, &
Dies Dominici.

MENSIS DECEMBRIS.

Dies VI. propter festum Sancti Nicolai.
Dies VII. propter festum Sancti Ambrosii.
Dies VIII. propter festum Conceptionis Virginis Mariæ.
Dies XIII. propter festum Sanctæ Luciæ.
Dies XXI. propter festum Sancti Thomæ Apostoli, &
Dies XXII. XXIII. XXIIII. ob festiuitatem Natiuitatis Domini nostri.
Dies XXV. propter Natiuitatem ipsam Domini Nostri.
Dies XXVI. propter festum Sancti Stephani.
Dies XXVII. propter festum Sancti Ioannis Euangelistæ.
Dies XXVIII. propter festum Sanctorum Innocentium.
Dies XXIX. XXX. propter reuerentiam Natiuitatis Domini Nostri.
Dies XXXI. propter festum Sancti Syluestri, &
Dies Dominici.

Item Dies Pentecostes, Ascensionis, Corporis Christi, & rogationum.

Item primus dies Quadragesimæ, & omnes dies ipsius Quadragesimæ vsq; ad nonas propter diuina officia. Isti tamen dies, & dies mortuorum habẽtur pro die integra.

Item omnes dies a Die Dominica Palmarum inclusiue, & per totam octauam inclusiue Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi.

Feriæ autem ob necessitates hominum sunt videlicet,

Dies Iouis, Veneris, Sabbati, Lunæ, & Martis Carnis priuii. Item

Dies omnes ab XI. die Iunii inclusiue, vsque ad diem XX. Iulii inclusiue. Item

Dies oẽs a XVI. Augusti inclusiue, vsque ad diẽ XX. Septembris inclusiue. Vide Reform. Carol.

Omnibus enim his feriis ius reddi aut omnino dici non possit, nisi aliud statutum fuerit siue a iure communi, seu Municipali, vel nisi partes ipsæ prædictis feriis renunciauerint, siue eas irritas vno consensu fecerint, quod ab ipsis partibus fieri posse statuimus. Sed ut facilius dierum iuridicorum cognitio haberi possit, mandamus, & volumus quod omnes, & singuli notarii, qui præsunt officiis iuris, vel appellationum communis Mutinæ, debeant habere vnam vachettam, & in ea tantummodo scribere, & notare dies omnes feriatos, & iuridicos ita ut ex ipsius lectione manifestum fiat, qui dies fuerint feriati, & qui iuridici, & qua de causa, sub pœna decem soldorum quoties contrafactum fuerit, a quolibet contrafaciente auferenda, seu subeunda, & applicanda, seu persoluenda Collegio dominorum notariorum, & Massarii Collegii prædicti teneantur diligentiam adhibere, & accurate inquirere, an notarii ipsi huiusmodi vachettam habeant nec ne, & a quocũque contrafaciẽ-

te

te pœnam ſupradictam exigere. Statuimus etiam quod ius reddatur, aut dicatur ſolum ſemel in die, mane, aut veſperi, vti conſtitutum fuerit a Syndico Palatii, & habeatur pro die integra, & quod omnes termini, & temporum ſpatia aſſignata, ſiue data a Iuſdicētibus, ſiue a ſtatutis noſtris ſint, & eſſe intelligantur dierum vtilium, niſi de diebus continuis expreſſe facta fuerit mentio. Nullus autem ciuis, vel diſtrictualis Ciuitatis Mutinæ (exceptis debitoribus camerę, ſeu fiſci Ducalis) poſsit, & valeat ad inſtantiam ciuis alicuius, vel forenſis durantibus feriis Sācti Geminiani, quæ ſunt in fine menſis Ianuarii, & Aprilis, de quibus etiam ſupra diximus, pignorari, vel grauari, ſeu in carcerem duci occaſione cuiuſcunque debiti ciuilis, etiam ſi eſſet ſuſpectus, aut fugitiuus, immo ſi debitum etiam eſſet iuratum, vel renūtiatum eſſet huic præſenti ſtatuto. Iuramentum .n. & renuntiatio ipſa, quicquid contra prædicta factum fuerit, doloſe, & malitioſe actum eſſe cenſeatur, & ſit ipſo iure nullum, & qui contrafecerit teneatur, & debeat ſoluere parti læſæ damna, & intereſſe, & expenſas, & ſtatim a carcere liberabitur, & ipſi reſtituentur pignora ſine aliqua ſolutione executori, vel notario facienda.

Vide aliam prouiſionem de feriis paſcalibus In lib. Refor. a car. 4.

¶ Quibus caſibus ius reddi, aut dici poſſit feriis non obſtantibus, & ſine figura iudicii. RVB. II.

DOminus Prætor, & alii magiſtratus Ciuitatis, & Ducatus Mutinæ debent cognoſcere, & iudicare cauſas infraſcriptas ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & feriis ob neceſſitates hominum non obſtantibns, cauſas ſcilicet ſalariorum, ſeu mercedes, penſionum, rerum acceptarum a reuenditricibus, & reuenditoribus, & rerum relictarum ad pias cauſas, dotium, depoſiti, rei emptæ, ſeu venditæ, mezadriæ & alimentorum etiam præteritorum, & omnes cauſas, quæ maiorem ſummam librarum quinquaginta non contineāt, nec non & cauſas eccleſiarum, viduarū, pupillorum, & eorum, qui pro alio ſeu aliis ſoluerint, & miſerabilium perſonarum agentium contra alios non priuilegiatos. & intelligantur miſerabiles illi, de quibus in ſtatuto ſub titulo. De pauperibus Item & cauſas Careggiatorum, Mulionum, Nautarum, Hoſpitū actiue, & paſsiue, & Fœneratorū paſſiue tantum. Et omnes denique cauſas de quibus ſic ut ſupra de iure Communi, vel municipali, ius reddi, aut dici poteſt.

¶ De modo citandi, & in ius vocandi. RVB. III.

ORdinamus quod omnes citationes ſupra ſoldos XX fieri debeāt in ſcriptis vna cum nomine, & cognomine eius, qui in ius vocandus eſt, & eius, ad cuius inſtantiam in ius vocatur, & contineant huiuſmodi citationes etiam qua de cauſa citetur, & in ius vocetur, & locum, & tempus, nec non nomen officii Iudicis ita ut is, qui in ius vocatur, ſcire poſſit, vbi, & quando, & coram quo Iudice comparere debeat, & ſint ſubſcriptæ manu Notarii. Præcepta autem ſint etiam impreſſa ſigillo Iudicis, coram quo quæſtio habetur, & ante quam dictæ citationes, vel præcepta tradantur nuntiis, vel bannitoribus, ſeu præconibus notarius ipſe teneatur notare in actis mandata, & commiſſiones Iudicis talia continentes, & ad productionem libelli ſi citandus perſonaliter haberi non poterit (hac enim in re fides nuntio præſtanda erit) citabitur bis ſecundum formam præſentium noſtrorum ſtatutorum, Item & ad

ſen-

sententiam, dummodo huiusmodi duæ citationes ad sententiam sint pro eadem die, & hora. In cæteris autem omnibus, & singulis actis sufficiat unica citatio tantum.

¶ De modo Citandi, & in ius vocandi ciuem, vel districtualem habitantes in ciuitate Mutinæ, vel districtu.

RVBRICA. IV.

STatuimus, & ordinamus quod, vbi oportuerit in ius vocari aliquem ciuem, vel districtualem habitantes in ciuitate, vel districtu Mutinæ respectiue, personaliter citari debeat per nuntium Communis Mutinæ, si personaliter haberi poterit, sin minus ad domum suæ habitationis palam, & alta voce, saluis tamen his, quæ tractata sunt in statuto proxime præcedenti. Vide Reform. Car. 1. Rub. 4.

¶ De modo Citandi, seu in ius vocandi Ciuem, vel districtualem alias habitantes in Ciuitate Mutinæ, vel districtu.

RVBRICA. V.

SI quis ciuis, vel districtualis non habitans in Ciuitate, vel districtu tempore citationis emanatæ in ius vocandus sit, si quidem habuerit eo tempore, quo citatio facta erit, habitationem in ipsa ciuitate, vel districtu is siue ciuis, siue districtualis, si personaliter haberi non poterit, citabitur ad habitationem prædictam palam, & alta uoce, & pulsato ostio cum affixione citationis in scriptis. Si vero habitationem eo tempore non habuerit, tunc citari debebit, si personaliter haberi non poterit, ad domum suæ vltimæ habitationis palam, & alta voce, & ostio pulsato ut supra, & ad Arengheriam per vnum Tubicinem, seu Præconem Communis Mutinæ sono tubæ præmisso, & ad scalas palatii plateas versus cum affixione citationis in scriptis ad dictam domum.

¶ De modo Citandi Forensem, vel nullo modo subiectum.

RVBRICA. VI.

ORdinamus quod, si quis Forensis, vel non subiectus iurisdictioni Communis Mutinæ ad instantiam alicuius ciuis vel districtualis vocandus sit in ius coram D. Prætore, vel aliquo Iusdicentium in ciuitate, vel districtu Mutinæ, is vocari debeat per vnum Tubicinem communis Mutinæ ad Arengheriam palatii ipsius Comunis alta, & intelligibili voce, sono tubæ præmisso, & per vnum nuntium Communis prædicti ad scalas Palatii plateas versus cum affixione citationis in scriptis.

¶ De modo Citandi hæredes.

RVBRICA. VII.

STatuimus quod, si quis ut hæres alicuius in ius vocari debuerit, si quidem certus fuerit ipse hæres, ipse certus vocari debeat personaliter, si personaliter haberi poterit, sin minus ad domum habitationis ipsius hæredis, si tunc habitationem habebit in ciuitate, uel districtu, sin minus ad domum suæ ultimæ habitationis, & prout in statutis sub titulo. De modo citandi ciuem, vel districtualem habitantem in ciuitate Mutinæ, vel districtu, & sub titulo proxime sequenti. Si vero hæres incertus sit, tunc citari debeat unus ex affinitate ipsi defuncto coniunctis, si aliquis ei forte fuerit affinitate con-

coniunctus in ciuitate vel districtu, sin minus vicinus magis propinquus vltimæ habitationi dicti defuncti, & ad scalas Palatii Communis Mutinæ plateas versus per vnum ex nuntiis dicti Communis cum affixione citationis respectiue ad loca prædicta, & ad Arengheriam Communis per vnum Tubicinem, seu præconem Communis Mutinæ alta, & intelligibili voce, sono tubæ præmisso, & cum affixione dictæ citationis, ipse quoque affinis, vel vicinus personaliter citari debeat, si personaliter haberi poterit, sin minus ad domum habitationis vniuscuiusque eorum secundum contenta in prædictis statutis. Tenor autem dictæ citationis sit, quatenus sit, vel esse velit hæres talis defuncti, alioquin hæredes, si qui sunt, vel esse volunt talis defuncti.

¶ De modo citandi Commune, Collegium, Vniuersitatem, aut Capitulum. RVB. VIII.

A alias citatis debet fieri Collegio, seu vniuersitati capitulariter congregatis. dec. 308 n. 2 et ut congregati regulariter ibique quæ spectant alias congregare, si ne quo tunc non congregati valeat citatio nisi collegialiter facta ut ibi notat Baldus in auth n. 6.

A STatuimus quod si oportuerit in ius vocare aliquod Commune, Collegium, Capitulum, Villam, vel Vniuersitatem, satis sit facere citare Massarium, vel Syndicum, seu alium Administratorem quouis non ine nuncupatū huiusmodi Communis, Collegii, Capituli, Villæ, vel vniuersitatis ꝑsonaliter, si personaliter hēri poterit, sin min⁹ ad domū suæ habitationis, & ad eccl'am magis ꝑpinquà dicto administratori cū affixione citationis ad prædicta loca. Si autem Massarium, aut Syndicum, vel Caput aliquod non habuerit huiuscemodi Commune, Collegium, Capitulum, Villa, vel vniuersitas, tunc citari debeant duo homines dicti Communis, Collegii, Capituli, Villæ, vel vniuersitatis, qui sint Patresfamilias, & maiores annis xxx. maiores autem, & patresfamilias censeantur esse nisi contrarium probatum fuerit.

¶ De dando litis Curatore. RVB. VIII.

Vide Reform. Car. 1. Rub. 5

STatuimus, & ordinamus quod si oportuerit dare Impuberi, vel Furioso, vel Prodigo vel Mentecapto, vel Surdo, vel Muto, sui iuris existentibus, & curatorem generalem non habentibus aliquem curatorem, seu defensorem litis in quemlibet eorum illatæ, vel inferendæ seruentur, & seruari omnino debēt modus, & ordo infrascripti. Nā ad instām eius, qui mouet, seu litē mouere intendit cuilibet eorum, citentur, & citari debeant coram Iudice competenti duo affines eius, cui dari oporteat litis Curator, maiores annis xxv. minime suspecti, & quorum nihil interfit, si duos affines fortassis habuerit, sin minus satis sit vnum tātum citare, & si nullus tandem ei affinitate coniūctus esset, duo eius vicini prædictæ ætatis, & qualitatis citari debeant ad prouidendum expēsis eorum, vel eius qui curatore indiget, intra biduum utile immediate sequēs eis, vel ei præsenti, vel absenti, volenti, nolentiue de curatore idoneo, seu litis defensore, quæ in eos, vel eorum aliquem infertur, vel inferenda est. Qui affines, seu affinis, vel uicini si intra dictum tempus de idoneo curatore, seu litis defensore prouiderint, in huiusmodi curatorem, & litis defensorem iudicium, & actio dirigatur, sin minus prouiderint, Iudex ipse ex officio eis, vel ei præsenti, vel absenti prouidebit de dicto idoneo litis curatore, qui sit de numero Dominorum Causidicorum Ciuitatis Mutinæ. Qui curator teneatur suscipere huiusmodi curæ officium & ad id suscipiendum cogi possit ab ipso Iudice multa indicta, & captis pignoribus, recipiens tamē in suprascripto casu, & non in

aliis

aliis debitã mercedẽ ab eo, ad cuius instãtiã curator ipse, seu litis defensor decretus, seu datus est, quã mercedẽ solutã ipsi curatori agẽs ipse repetere possit a victo pro ea parte, quã in lite obtinebit, & quã mercedẽ victus ipse teneatur virtute præsentis statuti soluere dicto agenti. Curator interea, seu litis defensor teneatur bona fide, & summa cũ diligẽtia ea agere in huiusmodi lite, quæ ad eius officium maxime spectabunt, & pertinebunt. In adultis autem sui iuris, non furiosis, neque prodigis, neque mente captis, surdis, seu mutis, satis sit citare ipsum adultum ad prouidendum sibi de curatore, seu litis defensore intra biduũ proximum vtile cũ comminatione quod, vbi ipse adultus sibi non prouiderit, seu prouideri non fecerit de dicto curatore, seu litis defensore. Iudex ex suo officio prouidebit ipso amplius non requisito, & ita cogimus ipsum Iudicem ad prouidendum dicto adulto de curatore idoneo, seu litis defensore, qui sit de numero Dominorum Causidicorum vt supra. At si quis conuenire, vel agere uoluerit contra aliquẽ Filiumfamilias, si quidem ipse Filiusfamilias fuerit minor annis xxv. satis sit eum citare, in cuius potestate est ipse Filius familias, vti legitimum administratorem, si uero fuerit maior annis xxv. satis sit facere, vt is citetur, in cuius potestate est Filiusfamilias, ad consentiendum dicto filiofamilias, qui si contumax fuerit, vel nullam probabilem ad arbitriũ domini iudicis causam attulerit, habeatur ipso iure pro consentiẽte. Interim autem donec pupillis, & aliis, de quibus supra, prouisum fuerit de curatore, seu litis defensore prædictis, vel consensum fuerit vt supra, instantiæ, & tempora non currant, seu prætereant in præiudicium partium, sed stent in suspenso virtute præsentis statuti.

¶ De in ius vocatis, & non venientibus.

RVB. X.

STatuimus quod, si aliquis experiri, vel agere contra aliquem voluerit, citare eum legitime faciat cum copia libelli, seu qualisqualis petitionis pro certis die, & hora secundũm tradita in Statuto sub Rubrica. De modo citandi. quibus die, & hora agens ipse producere teneatur libellũ, seu qualẽ qualẽ petitionẽ corã ipso Iudice competenti, cuius mãdato reus ipse citabitur, & si quidem ciratus, vel legitima pro eo persona in iudicio legitime comparuerit, tũc seruentur tradita in statuto sub titulo. De in ius uocatis, & venientibus. Si vero citatus ipse, vel alia persona pro eo legitime non comparuerit, tunc producto libello, seu quali quali petitione, & accusata citati contumatia, si ipse agẽs voluerit procedere vsque ad definitiuã sniam contra ipsum citatũ, notificabitur in scriptis eidẽ reo productio ipsius libelli, seu qualis qualis petitionis, eũdẽ admonẽdo, quod intra triduũ iuridicũ immediate sequens post relationem dictæ notificationis debeat ad ipsam petitionẽ rũdere, sin minus ipso non respondente lis habeatur pro contestata, prout elapso dicto triduo eã pro contestata haberi uolumus uirtute pñtis statuti, & ulterius procedatur usque ad definitiuam sententiam inclusiue, seruatis tñ terminis, seu temporibus de quibus in dicto statuto. De in ius uocatis, & uenientibus. Verum si intra dictum triduum, & ante litem contestatã citatus ipse comparuerit nequaquã admittatur, uel admitti debeat, nisi soluerit expensas ipsi agẽti factas occasione con-

tumaciæ, quas expensas taxamus, & esse uolumus soldorum decem pro Procu ratore, pro notario autē, & nuntiis prout in statutis nostris, & si huiusmodi expensas continuo soluerit admittatur, & eidem concedatur, & detur, & concessus, & datus esse intelligatur terminus, seu spatium respondendi ad dictum libellum, seu qualem qualem petitionem duorum dierum vtilium, & prout traditur in statuto prædicto. De in ius vocatis, & venientibus, si uero dictas expensas statim non soluerit, procedatur, & procedi debeat ad alia in dicta causa, ac si ipse reus non comparuisset. Et si agens, vel petens elegerit sibi dari tenutam, seu possessionem bonorum non comparentis, tunc si actum fuerit reali, seu ad rem, producta petitione, & accusata non comparentis contumacia, seruentur tradita in statuto sub titulo. Quonam modo agendum sit reali. Si vero actum sit personali, seu Iudicis officio, tunc agens fidem faciat eorum, quæ continentur in libello seu quali quali petitione saltem per iuramentum, qua fide facta, committatur, & commiti debeat a Iudice causæ parte instante eidem dari tenutam, seu possessionem bonorū non comparentis pro summa, seu pretio, vel æstimatione contentorum in petitione, & expensarum factarum, & faciendarum, & successiue detur ipsa tenuta, seu possesio bonorum non comparentis mobilium, vel immobilium, iurium, & actionum, & etiam nominum debitorū ipsius non comparentis, & prout maluerit, aut elegerit ipse agens, & ea electio valeat & ab ea deinde recedere nequaquam possit, & ea data ad ulteriora procedatur secundum tradita in statuto proxime sequenti. De primo, & secundo decreto contra contumacem.

¶ De primo, & secundo Decreto contra contumacem.

RVBRICA. XI.

STatuimus quod data agenti ipsa tenuta, seu posseſſio bonorum contumacis vt proxime præcedenti statuto ordinatum est, si quidem data fuerit possessio nominis debitoris ipsius non comparentis seruentur tradita in statuto sub titulo. De modo procedendi in accipiendo tenutam, seu possessionem nominis debitoris. Si uero data fuerit rerum mobilium obseruentur tradita in statuto sub titulo De licitatione, & venditione pignorum. Si autem data fuerit bonorum immobilium procedatur ad alia, modo, & forma infrascriptis. Possessio enim, seu ipsius possessionis datio in scriptis notificabitur, & notificari debebit ei, de cuius bonis ipsa possessio data fuerit, exprimendo in ipsa notificatione ea bona, quorum data fuerit possessio, situm, & confinia, summam, pretium, seu æstimationem rei, vel facti, quorum causa data fuerit ipsa possessio, & in eadem notificatione requiratur ipse reus contumax quatenus debeat ipsam possessionem recuperare intra decem dies vtiles proxime sequentes, & ipso non comparente, neque dictam possessionem recuperante procedatur ad venditionē scilicet, & ad publicos incantus, vel ad adiudicationem ex secundo decreto ipsi agenti faciendam pro integra summa, pretio, vel extimatione rei, vel facti, & pro expensis factis, & faciendis. Qui reus si intra dictum tempus comparuerit admittatur ad se se defendendum, ac si a principio comparuisset, & successiue recuperata sit, & esse intelligatur possessio data ut supra, quoties reus ipse dicto agenti soluerit omnes expensas nuntiorum, & processuum eo usque factorum,

ac

ac procuratoris, quas procuratoris expensas taxamus, & esse volumus soldorũ viginti, & non aliter admittatur, vel admitti possit. Si vero intra terminum dictorum decem dierum non comparuerit, vel comparens re ipsa, & in effectu expensas non soluerit, teneatur Potestas, seu Iudex, coram quo dicta quæstio habetur, ad instantiam agentis depellere quam primum manu etiam militari ipsum reum conuentum de possessione bonorum, quorum possessio data fuerit, & ipsum agentem, vel eius legitimum procuratorem possessorem verum constituere, & i ipsa possessione manu etiam militari (si opus fuerit) manutenere, seu retinere, & eã omnibus iuris remediis tueri, ac defendere, & is, qui missus erit in possessionem, elapso tempore dictorum decem dierũ lucretur fructus rei ipsius, cuius data fuerit possessio, pro ea rata, seu portione summæ, & pretii, vel æstimationis rei, vel facti, quæ vel quod petitur, & expensarum, & pro rata, seu portione temporis, quo permanserit in possessione prædicta. Creditor autem elapsis dictis decẽ diebus, & possessione ab ipso reo, seu debitore non recuperata teneatur intra annum proxime sequentem a die elapsi termini, seu spatii dictorum decem dierum suam porrigere, seu producere petitionem, citato ipso prætenso debitore, quo anno elapso, & non producta petitione prædicta prætensus creditor amplius non lucretur fructus, sed eos teneatur computare, seu compensare cum sorte, vel restituere prout iustum fuerit, & a iure concessum, & in dicta petitione debeat petere a Iudice, vt sibi liceat vendere pro Communi Mutinæ ipsam rem, seu res, quarum data fuerit possessio, ad publicum incantum plus bona fide offerenti, & emptore non inuento, vt sibi liceat eam, vel eas emere, seu in solutum pro Communi Mutinæ ex secundo decreto adiudicari secundum æstimationem faciendam ab æstimatoribus vti infra eligendis, seu id dictarum rerum tantum, quod satis sit, & sufficiat satisfactioni summæ crediti æstimationis rei, vel facti petitorum, & expensarum, ea de causa factarum, & faciendarum, quæ omnia suprascripta, & infrascripta valeant, etiam si bonorum curator datus nequaquam fuerit, dummodo seruetur solemnitas infrascripta. Nam volumus quod petitione producta ut supra, & reo citato, & non comparente Iudex causæ teneatur impartiri licentiam, seu dare potestatem antedicto creditori vendendi dictas res, & faciendi ea omnia, quæ supra, & infra statuta sunt. item & quod eius mandato fiant, & fieri debeant duæ proclamationes ab vno ex nuntiis Communis Mutinæ publice, & alta voce ante tribunal iuris Iudice pro tribunali sedẽte hora iuridica, & ad arengheriam Palatii dicti Communis, & ad locum vbi citationes fieri debent cum affixione earum ad scalas Palatii prædicti plateas versus infrascripti tenoris. verum inter unam, & alteram proclamationem intermedius sit terminus, seu spatium trium dierum vtilium proxime sequentium, & volumus quod in singulis proclamationibus exprimatur nomen Iudicis, coram quo quæstio habetur, & eius, ad cuius instantiam data fuerit bonorum possessio, & eius, de cuius bonis data fuerit, & summa debiti, seu æstimationis rei, vel facti, quorũ causa data est possessio, & res, cuius data est possessio prædicta, nec non ipsius rei situs, & confinia, exprimatur etiam si debitor ipse, vel aliqua alia persona sit quæ sua putans interesse velit opponere dictæ possessioni, vel petitioni produ-

ct æpossessioni,vel petitioni productæ vt supra,comparere debeat coram ipso Domino Iudice intra triduum vtile proxime sequens post singulas proclamationes ad excipiendum,contradicendum,& opponendum,quicquid excipere,contradicere,& opponere voluerit,ne præmissa fiat, & si aliquis tertius sua putans interesse comparuerit,admittatur ad se se defendendum,& ad demonstrandum iura sua,& seruetur in ipsa oppositione,& contradictione ordo nostrorum statutorum,ipse autem prætensus debitor admittatur,& admitti ualeat vti infra. Qui debitor,vel quiuis alius si intra dictum tempus non comparuerit,vel etiam comparuerit,tunc probata intentione agentis legitime,eligátur ab ipso D.Iudice tres æstimatores maiores annis XXV.boni nominis,& famæ,qui sint vicini,& propinqui loco,vbi ipsa bona,quorum data fuit possessio sunt posita,& ibidem possideant bona immobilia,qui æstimatores amoto omni odio,amore,& humana gratia æstimare teneantur vna, nec non diligenter, & accurate deã bona,& ad id cogi possint mulcta indicta,& captis pignoribus, & postquam dicta bona æstimauerint ut supra, tunc citato ipso prætenso debitore referant eorum iuramento, & referre debeant in scriptis coram ipso D.Iudice pro tribunali sedente æstimationem prædictorum bonorum clare, aperte,& distincte,qua relatione facta reliqua fiant,& fieri debeant, quæ tradita sunt in statuto sub titulo. De primo,& secundo decreto contra non contumacem.Quæ quidem omnia ibidem dispositа post relationem a dictis æstimatoribus factam habeantur hic pro repetitis,& ad verbum notatis, eo tamen semper saluo,quod quotiescunque ante auctionem, & venditionem factam plus offerenti,vel ante adiudicationem ex secundo decreto prætenso creditori factam prætensus debitor comparuerit admittatur,& admitti debeat ad dicendum causam,& ad omnes,& qualcunque defensiones oppositiones, exceptiones,& ad demonstrandum iura sua,præterquam ad recuperandum tenutam,ita ut ipse reus reuera soluere teneatur ipsi prætẽso creditori omnes expẽsas aduocatorum,procuratorum,nuntiorum,& processuum, & ipso debitore admisso,vel tertio aliquo,cuius interfit,comparente,quo ad instantiam & modum procedendi seruentur tradita in statuto sub titulo. De instãtia causarũ, in quibus non porrigitur libellus.

¶De modo procedendi in accipiendo tenutam, seu possessionem nominis debitoris. RVB. XII.

SI Agens petierit sibi dari tenutam, seu possessionem nominis debitoris Rei conuenti contumacis,siue,non contumacis in aliquo casu,quo tenuta, seu possessio bonorum debitoris prætensi danda,& concedenda erit,seruentur,& seruari debeant infrascripta.Nam ad instantiam ipsius Agentis citari debet debitor Rei conuenti,ut compareat coram Iudice ad dicendum, & suo iuramento respondendum, an ipse citatus sit debitor Rei conuenti alicuius quantitatis,rei,vel facti,& quantum,vel quam rem,seu factum debeat,& si comparuerit,& confessus fuerit se esse debitorem prætensi debitoris tantæ quantitatis, rei,seu facti,tunc dictum nomen debitoris assignabitur dicto creditori p̃ concurrenti quantitate crediti,æstimatione,seu valore facti,vel rei petitæ,& expẽsarum factarum,& quæ in futurum fient loco pignoris,& hypothecæ,dicendo

cre-

creditori, habeas hoc nomen debitoris loco pignoris, & hypothecæ, præcipiẽdoque debitori dicti debitoris, ne alteri soluat. Quo peracto citetur reus conuentus ad recuperandam tenutam, seu possessionem dicti nominis debitoris data ut supra intra x. dies vtiles, & prout in statuto sub titu. De primo, & secundo decreto contra contumacem. & sub titu. De primo, & secũdo decreto contra non contumacem respectiue qui reus conuentus si ad ipsam recuperãdã intra dictũ terminũ comparuerit, seruentur respectiue quæ in dictis statutis disposita sunt. Si aũt non comparuerit ipse principalis debitor, vel minus legitime, tũc a D. Iusdicente iterum præcipiatur debitori prædicti debitoris, ne alicui soluat sine licentia, seu mandato expresso ipsius D. Iusdicentis; & instante creditore fiant duæ ꝓclamationes, ut ordinatũ est in prædictis statutis. & si intra terminũ aliquẽ dictarũ ꝓclamationũ reus, vel alius sua putãs interesse comparuerit, seruẽtur tradita in dictis statutis respectiue, & in statuto sub titulo. De instantia cautarum, in quibus non porrigitur libellus. Si vero reus principalis non comparuerit, vel comparuerit, & exclusus fuerit, tunc, si tenuta nominis debitoris data fuerit contra contumacẽ, agens ipse ꝓbare, ac ꝓbasse teneat legitime intentionẽ suã intra decem dies utiles, & ꝓbata dicta intẽtione, & elapsis ẽt terminis proclamationum, si tenuta data fuerit vigore statuti sub titulo. De primo, & secundo decreto contra non contumacẽ. tunc debitor ille principalis debitoris cogatur oĩbus iuris remediis ad soluendum, seu consignandũ prætenso creditori omne id quod confessus fuerit se se debitorem, & ipse debitor principalis debitoris soluens ut supra plenariam consequatur absolutionem, nec in posterum ab aliqua persona quoquo modo molestari possit occasione dicti debiti rei, vel facti. Si vero debitor ipsius debitoris principalis citatus vt supra negauerit se esse debitorem dicti debitoris in quantitate, re vel facto petitis, vel in parte quantitatis rei, vel facti petitorum, & agens probauerit debiti quantitatẽ, rem, vel factum, vel eorum partem aliquam per publicum, & authenticum instrumentum, seu per aliam scripturam, cui plena fides adhibeatur, ut libris camporum Ciuitatis Mut. tũc exhibito huiusmodi instrumẽto, seu scriptura prædicta Iudex ipse ad instantiam agentis teneatur assignare dictum debitorẽ debitoris principalis loco pignoris, & hypothecæ dicto agenti pro concurrenti quantitate debiti, vel æstimatione, seu valore, facti, vel rei petitæ, & expensarum, quæ & factæ sunt, & in futurum fiẽt, & præcipere dicto debitori vt supra ordinatum est. Et ipsa tenuta data ut supra dicti nominis debitoris citetur principalis debitor, quod recuperare debeat intra decẽ dies vtiles dictam tenutam, & alia fiant, & seruentur quæ supra tradita sunt in tenuta data nominis debitoris confitentis, & actis, seu processu facto contra debitorẽ principalem, seu contra alios sua interesse putantes ut supra, tunc agens ipse censeatur, & intelligatur virtute præsentis statuti constitutus verus procurator in rem suam dicti nominis debitoris, & possit & valeat creditor agere contra debitorem ipsius debitoris principalis omnibus iuris remediis, put, & quẽadmodum debitor ipse principalis agere potuisset. Si vero debitor ipse debitoris principalis citatus ꝓsonaliter non comparuerit, habeatur perinde ac si confessus fuisset tantam quantitatem, rem, vel factũ, quæ, vel quod ex aduerso pe-

titur,& contra eum seruentur disposita superius in confitentem. Declaramus etiam quod debitor principalis contra quem in contumaciam data est tenuta prætenso creditori nominis debitoris sui uigore statuti sub titulo. De in ius vocatis,& non venientibus. possit quandocunque ante solutionem, seu traditionem debiti,rei,vel facti coram Iudice comparere,& admitti debeant eius defensiones,ac si a principio comparuisset, solutis tamen expensis ab ipso reo dicto agenti tam aduocatorum & procuratorum,quam processuum.

¶ De primo,& secundo decreto contra non contumacem. RVB. XIII.

STatuimus,& ordinamus quod,si ab aliquo petatur,vel peti contigerit secũdum formam nostrorum statutorum sibi dari tenutam bonorum alicuius non contumacis condemnati,vel habiti pro condemnato, mobilium,vel immobilium iurium,vel actionum,seu nominum eius debitorum, seruetur, & seruari debeat modus infrascriptus. Nam si actum fuerit reali,seu ad rẽ, actor ipse petet a Iudice,ut mittat se in possessionem rei in sentẽtia, vel in præcepto contentæ, qua re petita mittatur a prædicto Iudice in possessionem dictæ rei, & in ea manuteneatur,seu retineatur omnibus iuris remediis,etiam manu militari,statimque efficiatur uerus,& legitimus possessor Si vero actum fuerit personali,vel officio Iudicis,ipse creditor,vel eius hæredes petere possint a Iudice sibi dari possessionem bonorum ut supra,& quorum petens ipse maluerit,& potius elegerit,usque ad integram summã debiti,seu æstimationis facti,vel rei, & expensarum factarum,& faciendarum,verum ab ea prima electione bonorum creditor ipse nullo modo deinde recedere valeat. Qui Dominus Iudex tunc teneatur dare ipsi petenti pro integra summa ut supra possessionem bonorum dicti condemnati,vel habiti pro condemnato & eorũ bonorum, quæ non solum possideat reus ipse seu debitor,verum etiam eorum quæ tanquam sua possideat tempore tenutæ,seu possessionis, vel saltem tempore oblationis libelli,seu qualis qualis petitionis productæ contra eum,vel tempore litis contestatæ,vel habitæ pro contestata,nulla etiam facta excussione bonorũ, dicti condemnati,vel habiti pro condemnato. Verum si eadem bona deinde ab aliquo possessa esse reperirentur,nihilominus ipse debitor (si creditori ita placuerit) non obstante possessione supradicta semper,& quoad secuta fuerit bonorum adiudicatio capi possit,& in cãrcerem duci, a quo relaxari, seu liberari nunquam debeat,donec integre satisfecerit,& persoluerit ipsi creditori, vel eius hæredibus totam sortẽ,& expensas omnes antedictas Si vero possessio data fuerit bonorum mobilium tunc seruentur tradita in statuto. De licitatione & venditione pignorum. Si autem nominis debitoris data fuerit,obseruentur contenta in statuto. De modo procedendi ad tenutam,seu possessionem nominis debitoris. At si ipsa possessio data fuerit bonorum immobiliũ ut supra,tunc seruabitur ordo,& modus infrascripti. Nam uolumus quod ipsa possessio, seu potius possessionis datio mandato,seu nomine Domini Iudicis notificetur ipsi debitori,vel eius hæredi personaliter,vel citetur quemadmodum citari debet secundum formam nostrorum statutorum,exprimendo summam debiti, seu pretium rei,vel facti,nomen officii Iudicis,qui possessionem dictarum rerum dederit,nec non ipsarum rerum situm,& confinia, requiratur præterea ipse de-

debitor,seu eius hæres ad instantiam creditoris quatenus recuperare debeat ipsam possessionem intra decem dies vtiles proxime sequentes,quam possessionem recuperari posse tunc tantum volumus,& statuimus, cum debitor, vel eius hæres integre satisfecerit,& persoluerit ipsi creditori summam debiti, vel pretium rei,vel facti,contentum in sententia,seu præcepto,& expẽsas omnes factas,& non aliter,nec alio modo ab ipso debitore vel eius hærede recuperari possit. Elapsis autem dictis decem diebus teneatur D. Iudex ad instantiam creditoris,vel eius legitimi procuratoris depellere manu militari debitorem condemnatum,vel habitum pro condemnato,vel eius hæredem, de possessione eius rei vel rerum, cuius,vel quarum data fuerit possessio, & quas res ipse debitor,vel eius hæres haberet, & teneret tempore oblati libelli, seu qualis qualis petitionis, seu executionis petitæ, vel instantiæ factæ, etiam si postea compertum esset eas a tertio aliquo possideri nulla bonorum executione etiã facta ut supra, & ipsum creditorem, vel eum, qui pro eo esset, manutenere, seu retinere in dicta possessione omnibus iuris remedijs pro rata seu portione crediti,& expensarũ, reseruato iure dicto creditori,vel eius hæredi virtute præsentis statuti adeundi ad alia bona,si ea quorum data fuerit possessio,satis non fecerint summæ dicti crediti,& expensarum factarum, & faciendarum. Et is, qui missus fuerit in possessionem prædictam,tanquam verus, & legitimus possessor post dictos decem dies lucretur fructus rei ipsius, seu rerũ quarum data fuerit possessio,pro rata, seu portione summæ, æstimationis facti,vel rei,quod,vel quæ petitur,& pro rata,seu portione temporis,quo in possessione permanserit. Et si dicta possessio intra dictos decem dies non fuerit recuperata ut supra creditor saltem intra annum peractis dictis decem diebus debeat suum producere libellum, seu qualem qualem petitionem ex secundo decreto,citato ipso condemnato,vel habito pro condemnato,seu eius hærede, quo præterito licet possessio firma,& rata sit,dictus creditor tamen non lucretur fructus dictæ possessionis, & in ea petitione petet a Iudice licentiam, seu potestatem proclamationis faciendæ,nec non licitandi,& vendendi plus offerenti res ipsas æstimatas,& emptore non inuento sibi in solutum ex secundo decreto adiudicari,& prout infra dicetur. Qua petitione producta ut supra procedatur ad alia,& ea etiam valeãt,que fient sine curatore, dummodo solemnitas infrascripta seruetur. Nam uolumus quod mandato Domini Iudicis fiant, & fieri debeant duæ proclamationes per unum ex nuntiis Communis Mutinæ,publice, & alta uoce ante Tribunal Iuris Iudice pro tribunali sedente, & ad arengheriam palatii dicti Communis,& ad locum ubi citationes fieri debent secundum formam nostrorum statutorum,ad quem locum relinquatur,& affigatur cedula infrascripti tenoris,& hoc seruetur in singulis proclamationibus,& inter primam,& alteram proclamationem intersit spatium trium dierum utilium,In una quacunque autem proclamatione,& cedula exprimatur nomen officii Iudicis nomen,& pronomen creditoris,& debitoris, res,quarum data fuerit possessio,situs,& confinia,summa, seu pretium, uel æstimatio rei,uel facti,præterea in ipsis proclamationibus, & cedulis dicatur, quod si quisquam est,qui sua putans interesse velit dictæ possessioni,vel petitio-

tioni coram ipso Domino Iudice productæ opponere, is comparere debeat coram ipso D. Iudice intra tempus dictorum trium dierum vtilium ad opponendum, excipiendum, & contradicendum, ne ea fiant, quæ in petitione petita fuerunt. Et si aliquis sua putans interesse comparuerit, & intra dictum tempus opposuerit, exceperit, & contradixerit, in huiusmodi contradictione, & oppositione seruentur tradita in statuto. De instantia causarum, in quibus non producitur libellus, ipse autem debitor nequaquam admittatur ad opponendum, sed solum ad soluendum vt supra. Si autē aliquis tertius pro suo interesse non comparuerit, vel comparuerit, & exclusus fuerit, tunc producta sententia, seu sententiis, & actis, in qua, vel quibus debitor ipse fuerit condemnatus, vel habitus pro condemnato, eligātur, citato debitore, ab ipso Iudice tres æstimatores boni nominis, & famæ, maiores annis xxv. qui sint vicini loco, vbi posita sunt bona, quorum data fuerit possessio, vel ibidem possideant bona immobilia, qui tres æstimatores amoto omni amore, odio, & humana gratia, simul, & vna æstimare debeant dicta bona, & ad id cogi possint mulcta indicta, & captis pignoribus. Qui postea quam æstimauerint dicta bona, debeant referre, & ad referendum cogi possint æstimationem dictorum bonorum in scriptis eorum iuramento, de quo in actis notarii causæ fiet specialis mentio, & dicta relatione facta fiant, & fieri debeant mandato D. Iudicis tres licitationes ante tribunal iuris. & Iudice pro tribunali sedente hora iuris, per vnum ex præconibus Communis Mut. publice, & alta voce, sono tubæ præmisso, & inter unā, & alteram licitationem interlit, & interesse debeat spatium saltem trium dierum utilium proxime sequentium, tenorem autem cedulæ, & dicendorum p ipsum præconem statuimus talem esse debere. Nam volumus quod in ea exprimatur nomen officii Iudicis, nomen, & cognomen creditoris, & debitoris, summa debiti, seu æstimationis rei, vel facti, res, quarū data fuerit possessio, situs & confinia, & æstimatio dictarum rerum ab æstimatoribus facta. Item, & in ea exprimatur quod, si quisquam est, qui velit ipsam, vel ipsas res emere maiore pretio quam æstimatæ fuerint, is comparere debeat coram ipso D. Iudice intra tempus trium dierum utilium proxime sequentium ad offerēdum quanto pretio illam, vel illas emere voluerit, & quoties licitabitur, toties afferantur cedulæ continentes effectum suprascriptum, & affigantur per vnum ex nuntiis Communis Mutinæ ad scalas palatii Plateas versus, & ad locum, vbi reus citari debet secundum formam nostrorum statutorum. Et comparente vno, vel pluribus plus offerente, vel offerentibus intra tempora dictarum licitationum, a Iudice dabitur ipsi creditori licentia, seu potestas vendendi plus offerenti eam, vel eas res, vel partem eius, vel earum, quæ sufficiat satisfactioni crediti, & expensarum factarum, & faciendarum, & ita plus offerenti a creditore, seu eius hærede vendentur ipsæ res, & emptor in earum possessionem mittetur, & in ea a Iudice omnibus iuris remediis manutenebitur & retinebitur, & habebit ipse emptor bona dicti debitoris, & non creditoris hypotechata pro euictione, ac si ipse debitor ea vendidisset, & bona sua obligasset. Si res autem, quam uendendi licentia, seu potestas facta fuerit ipsi creditori ut supra, commodam diuisionem non caperet, & ideo necesse esset, ut maior pars dictæ rei

uenderetur, quam esset debitum principale vna cum expensis factis, & faciendis, tunc creditor, seu emptor teneatur id omne, quod supereſt, soluere condēnato prædicto vel eius hæredibus, vel deponere penes idoneam personam periculo creditoris ipsius ad eum finem, ut soluatur dicto condemnato, vel habito p condēnato, seu eius hæredibus. Verum si quisquam intra tempus dictarum licitationum plus offerens non comparuerit, tunc Dominus Iudex, corā quo est quæstio, ex secundo decreto adiudicabit creditori, seu eius hæredibus secundum æstimationem ab æstimatoribus factam, rem, seu res, seu earum partem (si commode diuidi possit) quæ sufficiat solutioni crediti, & expensarum factarum, & faciendarum, quas quidem expensas factas, & faciendas idem Iudex taxare teneatur in sententia dictæ adiudicationis secundum tradita in statutis nostris. Si uero res ipsa, cuius data fuerit possessio, & quæ adiudicata fuerit, minus ualeret, habita ratione æstimationis, quam esset creditum principale vna cum expensis, tunc possit creditor proficisci ad alia bona, donec sibi integre satisfactum fuerit. Si autem res quæ commodam non capit diuisionem adiudicata esset, pluſque valeret, quam esset creditum principale vna cum expensis, tunc creditor residuum illud teneatur illico soluere condēnato prædicto, vel eius hæredibus, vel penes idoneam personam deponere ut supra, & in possessione ipsa a Iudice manuteneatur, retineatur, & defendatur omnib us iuris remediis, & habeat bona debitoris hypotechata, & uere, & expresse obligata pro euictione ipsius rei, ac si ipse debitor eam vendidisset, seu in solutum dedisset creditori antedicto, & bona sua expresse obligasset pro euictione prædicta. A prædictis autem contentis in præsenti statuto, vel aliquo prædictorū appellari minime possit, nec de nullitate dici, uel in integrū restitutio peti etiā ex capite minoris ætatis; & is contra quem prædicta fuerint facta, ius aliquod dicere, seu obtinere non possit modo aliquo, ratione, vel causa, nisi si ipsius rei plus uenditum, uel adiudicatum fuisset, quam esset debitum principale una cum expensis ut supra respectiue.

¶ De bonis pignerari prohibitis.

RVBRICA. XIIII.

STatuimus quod bona infrascripta non possint quoquo modo, vel aliqua causa publica, uel priuata pignerari a quouis executore, nec dictorum bonorum capi possit possessio, & si prædicta fierent authoritate alicuius Iudicis uolumus præsumi gestum de facto, & etiam si debitum esset iuratum, quia respectu suprascripto dictum iuramentum præsumitur simulatum, & dolosum, & extortum, sub pœna librarum uigintiquinque a Iudicente, si contrafecerit, auferenda, & applicanda, seu soluenda pro dimidio Fisco Ducali, & pro alio dimidio parti læsæ, & etiam sub pœna librarum decem ab ipso executore auferenda, & applicanda, seu soluenda ut supra, & illico bona infrascripta, si pignerata fuerint restituantur patronis, seu eorum dominis absque aliqua solutione cuiuis facienda, quinimmo ipse executor teneatur satisfacere damnis, & interesse partis, cuius iuramento fidem adhiberi volumus usque ad summam soldorum viginti, saluo iure probandi maius damnum, si forte maius acciperit. Bona autem sunt infrascri-

pta

pta videlicet. Boues, seu vaccæ a iugo, ligones, seu Zappæ, plaustra, & omnia alia instrumenta apta ad agriculturam, libri cuiusuis scientiæ, protocolla, seu quæcunque scripturæ publicæ notariorum, vel aliorum, penes quos essent ipsæ scripturæ, & prædicta sibi locum vendicent, siue data esset possessio, siue pignoris loco accepta essent virtute statuti. De primo, & secundo decreto contra contumacem, seu statuti. De primo, & secundo decreto contra non contumacem. siue pignus conuentionale, siue prætorium esset. Item & dicta bona sequestrari non valeant, & sequestrum, si quod factum fuerit, sit ipso iure nullū, saluo tamen quod, quoties non reperirentur alia debitoris bona, de quibus possit creditori satisfieri, tunc possessio, vel pignus, seu sequestrum prædictorū bonorum, vel alicuius eorum, dari, accipi, ac fieri possit, & data, acceptum, ac factū respectiue valeat authoritate præsentis statuti.

¶ De in ius vocatis, & venientibus.

RVBRICA. XV.

SI quis agere, experiri, vel litem intendere alicui voluerit iuribus sibi competentibus, citato ipso cui litem vult intendere cum copia libelli, seu qualis qualis petitionis prout citari eum volumus, teneatur ipse agens seu agere volens coram Iudice, cuius mandato reus citatus fuerit, & ea hora, qua fuerit citatus, producere, seu porrigere libellum, seu qualem qualem petitionem continentem saltem nomen officii Iudicis, nomen, ac cognomen actoris, & rei, summam, rem, vel ius, quod petitur causam petitionis, & dictum libellum, seu qualem qualem petitionem productam ut supra in actis relinquere. qua petitione porrecta, & in actis relicta ut supra, si citatus ipse non comparuerit, seruentur tradita in statuto. De in ius vocatis, & non venientibus. At si ipse citatus, vel aliquis eius nomine legitime responsurus comparuerit, petere quidē non valeat copiā libelli, seu qualis qualis petitionis ad eū, ut supra diximus, trāsmittam, sed ei statuatur, & statutū esse intelligatur virtute præsentis statuti tēpus duorū dierū utiliū immediate sequentiū ad excipiendū, & respondendū, & opponendū dicto libello, seu quali quali petitioni, intra quod spatiū dierum si reus ipse, vel legitimus eius procurator nihil exceperit, vel opposuerit petitioni prædictæ, seu libello non habeatur pro contumace, verū lis ipsa habeatur, & sit vere contestata, & ad alia procedatur ut infra. Si autem responderit ad contenta in libello, seu quali quali petitioni vel aliquā eorū partē confessus fuerit, tunc procedatur ad id, quod confessus fuerit, prout ordinatum est in statuto. De præcepto in confitentem faciendo. Si vero opposuerit, vel etiam simpliciter negauerit narrata, prout narrantur, vel petita, prout petūtur, vel aliquo modo, conditioneue aliqua confessus fuerit, vel aliis similibus modis usus fuerit, lis similiter habeatur, & sit omnino contestata etiam si protestatū esset ab excipiente litem nolle contestari, si modo exceptio personæ non legitimæ, vel mandati non legitimi, vel exceptio incompetentiæ, seu fori, vel exceptio fideiussionis non præstitæ secundū formam statutorum nostrorū, vel exceptio litis pendentiæ. vel reficiendarum expensarum opposita non fuerit, quo casu lis non habeatur, neque sit contestata, nisi prætorito tempore sex dierum infra-

scri-

scripto, vel nisi postquã a Iudice terminatæ fuerint dictæ exceptiones, quas terminare Iudex debeat intra sex dies vtiles proxime, & immediate sequẽtes sub pœna librarum decem, in quam ipso iure incidat, nec non teneatur satisfacere damnis, & interesse partis læsæ. Quibus exceptionibus terminatis intra dictũ tempus, vel præterito dicto tempore sex dierum, & non terminatis dictis exceptionibus lis habeatur, & sit uere contestata, & procedatur ad alia, non obstãtibus dictis exceptionibus forte non terminatis, reseruatis aliis exceptionibus peremptoriis seu mistis, quibuscunque in tempora disputationis ferendæ sententiæ, prout & sicut continetur sub titulo. De Incidentibus, & emergentibus. Et lite ipsa contestata, vel habita pro, seu vti contestata ut supra, eadem die virtute præsentis statuti intelligatur, & sit ipso iure datum vtrique parti spatium xxv. dierum utilium immediate sequentium ad probandum, & probatum habendum omni genere, & specie probationis, seu defensionis quicquid probare uoluerit, nisi aliqua partium dixerit se habere probationes extra ciuitatem, & districtum Mut. quo casu possit, & debeat Iudex, coram quo est quæstio, tẽpus prædictum probatorium, ac reprobatorium prorogare, prout habetur in statuto. De testibus examinandis extra ciuitatem, & districtum Mut. Et durante tempore dictorum xxv. dierum vtilium possit quælibet pars producere quæcũque iura, instrumenta, monumenta, documenta, & inducere, & facere examinare testes, & probare iura sua, prout sibi melius, & iustius esse uidebitur ad obtinendam in causa victoriam. & dicto termino, seu tempore elapso nihil amplius in dicta instantia produci, uel probari possit, & si productum, probatũue fuerit ipso iure non ualeat. Ipso autem xxv. dierum termino, seu spatio elapso, processus, dicta, & attestationes testium ipso iure sint publicata, & uti publicata habeantur, & currat utrique parti ipso iure tempus xv. dierum utilium immediate sequentium ad habendum copiam testium in causa examinatorum, & instrumentorum, ac omnium in ea productorum, & ad opponendũ, & contradicendum, & excipiendum quicquid pars ipsa uoluerit, & etiã ad reprobãdum testes instrumenta, & singula producta, si reprobare uoluerit, & ad probandum, & probatum habendum dictas reprobationes omni genere, & specie reprobationis. Et vltra dictum tempus nulla partium in præmissis reprobationibus amplius audiatur, vel admittatur, sed si quid post dictum tempus reprobatorium productum, exhibitum, uel probatum fuerit, illud minime valeat, aut possit adiumentum aliquod afferre producenti, vel probanti, hoc præterea addito, quod si quis instrumenta aliqua producere, seu exhibere voluerit, ea producere, & exhibere teneatur intra primos sex dies termini reprobatorii, quæ, & si postea producerentur, non admittantur, neq; prosint. & omnium instrumẽtorũ, documentorum, & scripturarum quarumliber qualibet in parte iudicii productarum copia, seu exemplum petenti immediate detur vna cum die, anno testibus, & loco, si in ipsis scripturis fuerint, & ne dolo, vel iniuria notarii pars impediatur reprobare intra dictum tempus reprobatoriũ testes, seu attestationes testiũ vel instrumenta, seu monumenta, vel alias quasuis scripturas, volumus quod notarius ipsius causæ requisitus ab aliqua partium teneatur intra quatuor primos dies reprobatorii temporis prædicti exemplari, seu

seu describere ipsas attestationes, instrumenta, & quasuis alias scripturas & co pias, seu exempla prædictorum omnium intra dictum temporis spatium trade re, & consignare parti petenti, recepta tamen competenti mercede, sub pœna librarum xx. applicanda, seu soluenda Fisco Ducali pro dimidio, & pro alio di midio parti petenti. Et ita Iudex ad instantiam cuiuslibet partis præcipere de beat notario causæ sub dicta pœna, vel etiam maiori arbitrio suo imponenda, vt intra dictum tempus arbitrio quoque Iudicis statuendum, reuera copiam prædictam tradat parti petenti, & notarius nihilominus teneatur ad omnia damna & interesse partis ea de re læsæ, & quæ copia, seu exẽplum debeat esse auscultatum, & idem esse cum originali, & subscriptum saltem manu ipsius no tarii causæ, & dictæ copiæ, seu exemplo subscripto fides adhibeatur. Termino autem reprobatorio finito, prima die iuridica immediate sequẽti intelligatur processus testes, & dicta eorum publicata, & concluſum esse in causa virtute præsentis statuti, & concluso in causa, seu habito pro concluso nulla partium possit amplius quicquam producere, exhibere, vel quoquo modo probare, adeo quod ipse Iudex non possit ex officio etiam suo quoquo modo aliquid fa cere, vel admittere, sed tantum de iam actitatis valeat interrogare pro ve rita te cognoscenda. Et post dictam concluſionem ipso iure detur vtrique parti spatium xv. dierum continuorum ad habendum copiam totius processus, cui copiæ fides adhibeatur, quoties subscripta sit manu notarii causæ cum eius si gno, quo elapso possit quælibet pars quandocunque intra terminum sex men sium cont nuorum proxime sequentium omnes scripturas, & totũ processum actualiter tantum Iudici præsentare, seu offerre ad finem ferendæ sententiæ. & si intra dictum terminum sex mensiũ ut supra minime præsentatus, vel ob latus fuerit instantia causæ actori pereat, & periisse omnino intelligatur. Di cta autem præsentatione facta Iudex ipse in qualibet causa tam ordinaria, quã delegata etiam a Principe habeat terminum xx. dierum vtilium ad ferendam sententiã definitiuã, clarã, & apertã, non in confuso, neq; per relationẽ ad acta, nisi consilium sapiẽtis ab aliqua partium petitum fuerit intra primos quatuor dies utiles dictorum xx. dierum vtiliũ iuxta tradita in statuto. Intra quæ tem pora consilium sapientis peti valeat. quo casu id fiat quod in statutis nostris est ordinatum, & sententia lata post ipsum tempus xx. dierũ sit nulla, & si intra dictos xx. dies sñtia lata non fuerit, ipsi instantia pereat, & Iudex in prædictis negligẽs, vel in aliquo prædictorũ teneatur satisfacere de damnis, & interesse, & de libris x. parti læsæ. Declarantes quod, vbi instãtia causæ perempta fuerit, si actor ipse omnes ipsius processus expensas in effectu reo persoluerit, instantia renouetur, & ipso iure renouata sit, & dictus actor teneatur processum & scri pturas intra x. dies utiles ipsi Iudici præsẽtare ad finẽ ferẽdæ sñtiæ, quibus præ sentatis seruẽtur, & seruari debeant quæ supra diximus post præsentationẽ scri pturarũ. Declaramus etiã quod si contigerit aliquã causam alias ordinariã, vel extraordinariã delegari ẽt a Principe, vel subdelegari expressis verbis illis, sum marie, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicii, vel aliis verbis dicta causa sic delegata habeat eandem instantiam, quam haberet si delegata non esset, & quo ad solutionem sportularũ habeatur pro non delegata. Insu-

per

per ſtatuimus quod cauſas,vel quæſtiones non excedentes ſummam, vel pretium,vel intereſſe librarum xv. ſolummodo cognoſcere debeat D. Iudex ad minora,& non alius,& eis finem debitum imponat,prout traditur in ſtatuto. De officio Iudicis ad minora.Cauſas vero excedentes ſummam,vel pretiũ, ſeu intereſſe dictarum lib xv. vſque ad lib.L. inclusiuẽ D. Prætor,& cæteri alii Iudicentes cognoſcant,& terminent,& decidant ſummarie, de plano ſine ſtrepitu,& figura iudicii,& ſola facti veritate inſpecta. Et pũtis ſtatuti beneficio gaudeant etiã Forenſes, niſi aliud ſtatutum ſpecialiter eos audiri non debere conſtitueret. Et hoc ſtatutũ in procedendo ſeruetur etiã in actionibus natis ex contractibus ante præſentis ſtatuti adiectionem celebratis, at in decidẽdo ſtatuta tempore confectionis ipſorum contractuum vigentia obſeruentur.

Prorogata fuit iurisdictio Iudi. ad minora.ut in lib.Ref.C.14

¶ De reſeruatione exceptionum,incidentium, vel emergentium. RVB. XVI.

QVoniam nobis curæ eſt lites,quæ immortales iam fere factæ ſunt, diminuere,ac laboribus,& diſpendijs(quoad fieri poteſt) litigantes leuare, ic circo mutata deliberatione ſtatuimus quod,vbi in aliqua lite, ſeu cauſa ciuili vel miſta,ordinaria,vel extraordinaria,vel delegata ét a Principe,ſeu ſubdelegata,oppoſitæ fuerint aliquæ exceptiones dilatoriæ preremptoriæ, vel miſtæ, vel emerſerint aliqua incidẽtia, vel emergentia etiam falſitatis, ſiue in prima, ſecunda vel vlteriori inſtantia,ſiue in principio litis,ſiue tẽpore litis conteſtatæ,ſiue poſtea quandocunque,Iudex ipſe, coram quo eſt quæſtio,teneatur,& debeat huiuſmodi exceptiones,incidentia,vel emergentia ſtatim reſeruare tacite,vel expreſſe in tempus ferendæ ſententiæ de & ſuper negotio principali. At ſi a Iudice reſeruatæ,ſeu reſeruata non fuerint, ipſo iure virtute præſentis ſtatuti reſeruatæ,ſeu reſeruata eſſe intelligantur, ut citius cauſæ finis imponatur ſaluis tamen, & exceptis iis,quæ in aliis ſtatutis ordinauimus, & maxime in ſtatuto De in ius vocatis & venientibus.& in ſtatuto.De temporibus appellationum.dummodo huiusmodi exceptiones oppoſitæ, vel dicta incidentia, ſeu emergentia oppoſita,ſeu euenientia,ut in principio præſentis ſtatuti,ex natura ipſorum,& ex negotii qualitate in dictum tempus reſeruari poſſint Nam ſi dictæ exceptiones, ſeu incidentia, vel emergentia huiuſmodi reſeruari non poſſint ut ſupra, tunc ea terminari, & decidi omnino a Iudice volumus intra ſex dies vtiles immediate ſequentes a die oppoſitionis, uel deductionis eorum. & ſi opus fuerit aliqua probatione pro deciſione exceptionum prædictarum, vel incidentium, vel emergentium, eam fieri mandamus intra primos quatuor dies dictorũ ſex dierum vtilium ſummarie, & de plano, & ſine figura iudicii,& extra tribunal Iudicis, & eo etiam non ſedente pro tribunali. Quod tempus dictorum quatuor dierum nullo modo, nullaue ratione ſuſpendi,vel prorogari valeat reſpectu etiã poſitionum in cauſam, ſeu incidẽs vel emergens forte productarum,& quæ exceptiones incidentia,vel emergentia ſi intra dictum tẽpus a Iudice deciſa non fuerint, ad ulteriora procedatur non obſtantibus dictis exceptionibus,incidentibus,vel emergentibus. Decernentes quod ubi in caſibus antedictis exceptiones ipſæ,vel emergentia,ſeu incidentia tacite,ſiue expreſſe reſeruatæ,ſeu reſeruata fuerint ut ſupra, & de eis

reseruare an exceptio priuiq; reseruata dicat mihi negatiua Mascard. & ab angelis cap. 66 n. 410 et 422

in ſententia de & ſuper negotio principali lata aliqua mentio facta non fuerit, penitus reiectæ, ſeu reiecta eſſe cenſeantur virtute præſentis ſtatuti.

¶ De atteſtationibus, & confeſſionibus poſt peremptionem inſtantiæ.

RVBRICA. XVII.

STatuimus quod, & ſi inſtãtia alicuius cauſæ ordinariæ, ſeu extraordinariæ, vel delegatæ etiam a Principe, uel ſubdelegatæ aliquo modo expirauerit, vel perierit, confeſſiones tñ partiũ tacitæ, vel expreſſæ, & depoſitiones teſtium receptorum in dicta inſtantia non expirẽt, etiam ſi ipſæ depoſitiones non fuerint publicatæ, & poſſint in aliam inſtantiam produci, & confeſſiones prædictæ, & atteſtationes probent, & ualeant inter eaſdem perſonas.

¶ De inſtantia Cauſarum in quibus non porrigitur libellus, & extraordinarie, vel ſummarie proceditur. RVB. XVIII.

STatuimus, & ordinamus quod oẽs dilationes, & tempora, quæ ſeruãtur, & ſeruari debent in cauſis ordinariis iuxta tradita in ſtatuto. De in ius vocatis & venientibus. dimidiatæ, ſeu dimidiata eſſe intelligãtur ipſo iure in omnibus cauſis, ſeu quæſtionibus, in quibus non porrigitur libellus, ſeu qualis qualis petitio, & proceditur extraordinarie, vt exempli gratia. Si quis ratione ſui intereſſe impugnaret tenutam, pignus, ſequeſtrum, recommendationem, poſſeſſionẽ. ſiue executionẽ & in oĩbus caſibus, in qbus de iure cõi, vel municipali procedi poteſt ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii. Et dictæ cauſæ cognoſcantur, & decidantur intra dicta tempora ſic ut ſupra dimidiata, ſin minus inſtantia pereat, & impugnans, ſeu petens in expẽſis omnino condẽnetur Declarantes primam comparitionem impugnantis haberi loco libelli, ſeu qualis qualis petitionis.

¶ De reficiendis expenſis peremptæ inſtantiæ. RVB. XIX.

STatuimus, & ordinamus quod peremptæ inſtantiæ cauſæ principalis ordinariæ, uel extraordinariæ &, ſeu delegatæ etiam a Principe, actor ipſe in alio iudicio nequaquam audiri debeat, niſi in primis, & reuera reo ſoluerit expenſas totius proceſſus, ac mercedem procuratorum, & aduocatorum, ſi ei cauſæ interfuerint, iuxta taxationes ſtatutorum noſtrorum. Et idẽ obſeruetur, ſi actor tacite, vel expreſſe renuntiauerit inſtantiæ dictæ cauſæ, nihilominus enim reus quandocunque ipſas expenſas, & mercedem petere, & exigere poſſit, etiam ſi actor ipſe aliud iudicium non incohauerit, vel litem aliam non inceperit.

¶ De iureiurando, quod iurare debent Iudices tempore ferendæ ſententiæ.

RVB. XX.

IVſiurandi religio ab omnibus ſummo ſemper in honore eſt habita ita, vt qui eam neglexerint periuri, & maxime impii in perpetuum exiſtimati fuerint, pœnasque impietatis, & periurii Deo ipſi, hominibusque quam grauiſſimas merito dederint. Ideo ſtatuimus quod Iudices prius quam ferant definitiuam aliquam ſententiam, vel habentem uim definitiuæ teneantur, & debeant palã manibus tactis ſcripturis per Euangelium Dei iurare, quod rite, & recte iudicabũt omnibus precibus, pretio, & humana gratia poſthabitis. Hoc ãt iuramẽtũ in actis præſertim a notario cauſæ deſcribetur, & de eo ſimiliter in ipſa ſentẽtia mentionẽ faciet, Iudice enim non iurante ſententia contra formam præſen-

tis

præsentis statuti ab eo lata non valeat, nec teneat, & pro nulla habeatur.

¶ De calculatoribus. RVB. XXI.

QVoniam tempora, vt litibus nũquam finis imponatur, sæpenumero dicũtur lapsa esse, & aliquando adhuc non esse lapsa, & sic nimis propere. Ideirco statuimus quod, vbi aliquod prædictorum in iudicio, vel compromisso alias emerserit, notarius causæ ipso iure intelligatur electus uigore præsentis statuti ad calculandum, seu dinumerandum dicta tempora, qui notarius suo iuramento manibus tactis scripturis intra biduum vtile proxime futurum suũ referat in actis calculum sub pœna ipsi notario non referenti intra dictum tẽpus librarum x. applicãda, seu persoluenda parti in cuius damnum, & contra quam prædicta, vel aliquod prædictorum allegaretur & adduceretur. & nihilominus intra aliud biduum vtile calculum suum in actis referre debeat sub eadem pœna, & a calculatione, seu dinumeratione, & relatione prædictis appellari, de nullitate dici non ualeat, vel in integrum restitutio peti etiam ex capite minoris ætatis. Declarãtes quod, vbi ex calculo relato aperte non constaret de lapsu, vel non lapsu dictorum tẽporum, vel dubium aliquod ex lectione ipsius calculi emerserit, tunc Iudex ipse intra aliud biduum vtile pronuntiare clare debeat, an dictum tempus lapsum, seu præteritum sit nec ne, sub pœna librarum x applicanda, seu persoluenda ut supra, a qua declaratione similiter non possit appellari, nec de nullitate dici, vel in integrũ restitutio peti ut supra. & quoties intra dictum biduum pronuntiatum non esset, ad alia in causa procedatur. Declarantes etiam quod, si actor vel reus, durante adhuc probatorio, vel reprobatorio tempore respectiue, ideo opposuerit lapsum esse probatorium, seu reprobatorium tempus respectiue ut impediat examen testiũ, & ut pars expensis frustretur. & postea compertũ fuerit ex dictis temporibus respectiue aliquid supereſſe, tũc pars, quæ opposuerit lapsum probatorii, seu reprobatorii temporis, cadat ipso iure in pœnam librarum x. applicandam, seu persoluendam alteri parti, prout eas dictæ parti ascribimus, & applicamus loco damnorũ, & interesse, ita ut commissum sit grauamen, & esse intelligatur & nulla adiuuetur excusatione qui aliquod prædictorum opposuerit, neque audiatur in causa nisi reuera solutis dictis libris x. vt supra. Et de prædictis procurator censeatur hũiusse legitimum mandatum, prohibentes expresse partib. ne possint eligere calculatorem alium, quam notarium causæ. Et hoc statutũ sit præcisum, & truncum.

Vide Reformat. lib. a Car. 6. Rub. xxvi.

¶ De testibus examinandis extra ciuitatem, & districtum. Mutinæ. RVBRICA. XXII.

STatuimus quod, si aliqua partium litigantium in causa ciuili vel ordinaria, vel extraordinaria seu delegata etiam a Principe, dixerit se habere probationes extra ciuitatem, & districtum prædictum, & indigere dictis probationibus & ideo dixerit, ut obtineat infrascripti termini probatorii seu reprobatorii, prorogationem Iudex coram quo lis est, dictam prorogationem concedere teneatur seruatis tamen infrascriptis. Nam in primis principalis ipse, si præsens fuerit in ciuitate vel districtu, si autem absens fuerit, eius legitimus procurator iurare teneatur manibus tactis scripturis per Euangelium Dei se non dolo, vel ca-

calumnia,nec animo litem longius producendi prædicta petere, vel dicere, sed quia certo nouit se se indigere in causa dictis probationibus. Et præterea teneatur nominare saltem ipsi iudici nomen, & cognomen omniũ testiũ,quos vult examinare & nomẽ,seu nomina locorũ,vbi in animo ei est velle facere huiusmodi probationes,vel conficere instrumẽta,seu documenta aliqua habere, seu velle releuare,tunc enim ipse Iudex tenebitur tam probatorium,quam reprobatorium tempus prorogare,& quantum sibi videbitur, considerata locorum distantia,ac itineris longitudine, & habita ratione multitudinis testium non inatorum. Et si pars,quæ dictum terminum probatorium seu reprobatorium sibi prorogari obtinuerit ut supra,aliquas probationes per instrumenta, seu testes in dictis loco,seu locis habitantes examinan. vel reuelan. respectiue non fecerit in loco,seu singulis locis nominatis,si plura loca fuerint nominata vel eas deinde,durantibus dictis temporibus respectiue,coram Iudice prædicto in Ciuitate Mutinæ actualiter non produxerit,tunc ipso iure incidat,& incidisse intelligatur in pœnam librarum x. pro quolibet loco nominato, in quo probationes, vti dixerat se velle facere,non fecerit,vel eas non produxerit,seu præsentauerit Iudici ut supra,applicandam,seu persoluendam prout applicamus & ascribimus alteri parti loco damnorum,& interesse. Quam pœnam Iudex ad instantiam partis intra triduum vtile, postquam requisitus fuerit,exigere teneatur,teneaturque committere grauamen reale, & personale contra partem,quæ petierit sibi prorogari terminum prædictum,sub pœna tantundem soluendi ab ipso Iudice prædicta non adimplente auferenda & applicanda ut supra.& nequaquam pars ipsa,contra quam grauamen fuit commissum audiatur,vel audiri possit in causa,nisi in effectu persoluerit pœnam, seu pœnas prædictas & expensas ea de causa legitime factas, & suprascripta habeant locum,nisi per duos testes idoneos probatum fuerit coram Iudice in Ciuitate Mutinæ iustum impedimentum probationis seu productionis non factæ. Et ut occuiatur calumnijs huiusmodi, declaramus quod, ubi quis testes, vel instrumenta,vel plura loca nominauerit,quorum locorum alter Ciuitati fortasse propinquus sit, alter vero ab ea longe absit,& tamen in loco propinquiori solum examinare fecerit ipsos testes,cum temporis prorogatio concessa fuerit habita ratione loci remotioris,is, qui nominauerit & probationes non fecerit in prædictis omnibus locis a se nominatis & eas non produxerit,incidat ipso iure in pœnas suprascriptas. Et hæc omnia suprascripta vendicent sibi locum in præsenti casu,in quo etiam procurator intelligatur habere legitimum mandatum ita ut faciat principalem suum incidere in dictam pœnam, licet haberet mandatum ad causas tantum.

¶ Quomodo agendum sit reali. RVB. XXIII.

ORdinamus quod quicunque reali actione,seu ad rem agere voluerit,is citare faciat possessorem,seu detentorem rei petitæ secundum formam nostrorum statutorum,& si pars citata comparuerit,tũc procedatur secundum formam statuti.De iuris vocatis,& venientibus.sin minus comparuerit, & contumax fuerit tunc accusata citatæ partis contumacia & misso libello ad locũ, vbi citari debuerit, statutus sit ipso iure terminus trium dierum vtilium ipsi par-

parti conuentæ ad respondẽdum libello,seu quali quali petitioni quo termino elapso lis quidẽ habeatur pro contestata. Verũ si agens voluerit procedere ad definitiuã sententiã secundum qđ prouisum est supra in agẽte personali in statuto. De in ius vocatis,& non venientibus.tunc in causa ipsa procedatur ad alia seruatis tamẽ dilationibus,& terminis de quibus in statuto. De in ius vocatis,& venientibus.Si vero actor ipse maluerit immitti in possessionem rei petitæ,tunc post terminum lapsum trium dierum probabitur ab ipso actore eius intentio saltem per iuramentum.Et deinde mandato, & authoritate Domini Iudicis,coram quo est quæstio,immittetur per vnũ ex nuntijs Communis Mutinæ in possessionem dictæ rei petitæ,statueturq; dicto reo spatium decem dierum vtilium ad ipsam possessionem recuperandam quemadmodum dictũ est in agente personali in statuto. De primo,& secundo decreto contra contumacem.Elapsis autẽ dictis decem diebus vtilibus,& non recuperata ipsa tenuta, amplius ipsam recuperare non possit,sed efficiatur ipse conuentus de possessore petitor,super quo petitorio audiatur vsq; ad tempus,quo de iure communi audiri debet,& potest.Declarantes quod si immissus in possessionem voluerit post dictos decem dies etiã procedere super dominio,vel quasi,rei petitæ, vel hypothecaria competẽti vsq; ad definitiuã sententiã possit hoc facere,& currãt tempora ad probandũ,& quoad omnia alia sequentia obseruentur contẽta in statuto.De vocatis in ius & veniẽtibus.Tenuta aũt in præmissis recuperari possit,prout in statuto.De primo,& secundo decreto contra contumacem.

¶ De licitatione,& venditione pignorum. Rub. XXIIII.

SI quis habebit penes se aliquod pignus rei mobilis ab aliqua persona,& elapsum sit tempus soluendi debitũ,cuius causa datum fuerit pignus,& is, qui habet pignus,voluerit sibi satisfieri,teneatur comparere coram Iudice competente,& eius mandato interpellare debitorẽ in scriptis per vnũ ex nũtijs Communis Mutinæ,quod ipse debitor debeat intra tẽpus decẽ dierum continuorũ soluere,& soluisse creditori debitũ,& expẽsas,quorũ causa dictũ pignus fuerit ipsi creditori datum,& luere, & luisse dictũ suum pignus cum comminatione quod si non reluerit dictũ pignus intra dictũ tẽpus,dabitur licẽtia,seu potestas ipsi creditori vẽdendi illud ad publicũ incantũ plus offerenti, & vnus ex notarijs iuris tũc notabit sigillatim deliberationẽ scilicet,& pretiũ,& cui venditum fuerit pignus ipsum,& solutionem crediroris,& si dictum pignus pluris,vel minoris venditũ fuerit,saluum sit ius suum vtriq; parti.Si autem captum fuerit pignus vigore primi decreti contra contumacem,vt in statuto.De in ius vocatis, & non venientibus.tunc facta fide debiti ab ipso creditore aliter quam per iuramentum procedatur ad incantũ,& venditionem vt infra proxime dicetur. Si vero dictũ pignus captũ fuerit vigore primi decreti contra non contumacẽ, tunc ponatur huiusmodi pignus penes Massarolum,vel alium idoneum depositarium,quo deposito facto citetur debitor in scriptis, quod debeat intra tempus quatuor dierũ continuorũ soluere debitum,& expensas, & luere pignus cũ comminatione quod elapso dicto tempore vendetur ad publicum incantum plus offerenti.Qui debitor si intra dictum tempus non soluerit concedatur licentia,seu potestas a D.Iudice creditori vendendi ipsum pignus ad publicum

incantū bona fide,& sine fraude aliqua,qua licentia, & potestate concessa pignus ponatur ad publicū incantum,& deliberetur plus offerenti, & si pignus ipsum factis dictis tribus incantis diuersis diebus vendi non poterit a creditore oppignerari possit publico Fœneratori pro satisfactione debiti,& expensarum factarum,saluo iure creditori eundi ad alia bona,si integre sibi satisfactū non fuerit. Et dicta licentia,seu potestas in casibus prædictis,& quolibet prædictorum dari non possit nisi seruatis suprascriptis.

De interrogatione,& responsione in Iudicio facienda,& quo modo res efficiatur litigiosa. RVB. XXV.

STatuimus quod in omni Iudicio,in quo agitur reali,seu ad rem, & qualibet eius parte possit ab actore reus conuentus, vel conueniendus coram Iudice competenti interrogari,an rem totam,cuius causa conuenitur vel conueniendus est,possideat,vel teneat,& si non totam,quam partem ipsius possideat, vel teneat,narrando totius rei,seu partis sitū & confinia, ad quā interrogationem reus ipse statim teneatur respondere,& eius responsio notabitur a notario causæ. Si aūt reus responderit se non possidere dictā rē,neq; eius partē tenere, contra ipsum negantē ad instantiā interrogantis procedatur iuxta a iure tradita. Si vero dixerit se totū dictæ rei,vel partē eius possidere, res ipsa statim efficietur litigiosa in eo toto,seu parte,quod, vel quā dixerit se possidere, ita vt non possit ipse conuentus dictā rē,vel eius partē alienare, vel aliquo alio titulo in alium transferre,& alienatio,vel ipsius rei translatio,vel possessionis traditio ipso iure non valeant in præiudicium agentis,vel agere volentis vt supra, immo teneatur ipse reus respondere, & conueniatur ac si semper possedisset, & possideret,& contra ipsum fiat executio,ac si res esset penes ipsum,non obstante alienatione,& possessionis traditione vt supra, & nihilominus contrafaciēs alienando totū,vel eius partē incidat in pœnā librarum xxv. cuius pœnæ dimidium applicabitur Fisco Ducali & aliud dimidium actori. Et quæ dicta sunt supra de re ipsa,quæ fit litigiosa per responsionē prædictam, item & alia superius scripta habeant ēt locum ante responsionē,citatione tamen facta in quolibet iudicio reali,seu ad rē,& interrogatio,vel responsio non præiudicet quominus Iudex non possit vt suspectus recusari a qualibet partiū. Volentes tamē, & mandantes quod quicunq; aliquem citare fecerit vt supra, post citationē ipsam intra decē dies teneatur libellū,seu qualē qualē petitionē reo legitime citato offerre, & causam persequi intra instantiā a nostris statutis limitatā super re,cuius causa actor ipse voluerit ipsum citatum conuenire alioquin interrogatio prædicta,& responsio,ac citatio pro nullis habeātur,& liceat citato,vel interrogato facere alienationem,obligationem,traditionem ipsius rei, & ipsius possessionis translationem pro libito suo,ipsa citatione,interrogatione,responsione,& præsenti statuto,atq; in eo contentis non obstantibus.

De iureiurando,& pœna peierantis. Rub. XXVI.

STatuimus quod, si quis ante, vel post litem contestatam stare, seu credere voluerit iuramento alicuius de aliqua pecuniæ summa,seu re, vel facto, is coram Iudice competenti producere teneatur formam ipsius iuramenti vt infra,citato eo,cuius iuramēto stare, seu fidem adhibere voluerit personaliter

ter saltem semel, si debitum, seu æstimatio rei vel facti erit infra summam librarum x. si autem dictum debitum erit supra prædictam summam bis citabitur personaliter. Iuramentum vero nequaquam fit, vel esse debeat, an actor, seu authornumerauerit, dederit, & consignauerit reo pecuniam rem, vel factum, vel per verba eiusmodi, quæ præteritum tempus designant, sed dictum iuramẽtum omnino sit huiusmodi, an actor in præsenti creditor sit, vel reus in præsenti sit debitor nec ne, & sub alia forma nulla partium cogi possit iuramentũ præstare, vel referre. Et si citatus vt supra non comparuerit D. Iudex teneatur deferre iuramentum prætenso creditori, si iurare voluerit. Si autem comparuerit, si quidem ipsa forma iuramẽti factum proprium ipsius citati contineat D. Iudex tunc, & non alias teneatur cogere illum, cuius iuramento altera partium dixerit se velle stare, seu credere, ad subeundum iuramentum, seu referẽdum. Verum quoties ille, cui delatum, vel relatum fuerit iuramentum, peieraverit, & pars aduersa intra decem dies vtiles proxime sequentes a die delati, seu relati iuramenti per veras, & legitimas probationes probauerit, quod peieraverit, vel veritatẽ non responderit, statim incidat in pœnã librarũ xxv, si debitũ fuerit infra summam, seu æstimationem librarum C. si autem maior fuerit incidat in pœnam librarum L. tantum. Quæ pœnæ applicentur, & ascribantur, & applicatæ, & ascriptæ esse intelligantur pro dimidio Fisco Ducali, & pro alio dimidio parti læsæ; & eas teneatur exigere D. Iudex intra spatium decem dierum continuorum a die quo requiritur, alioquin incidat etiam ipse Iudex in eandẽ pœnam applicandam, seu ascribendam vt supra. Præterea dictum iuramentum ei, qui iurauerit, & peieraverit, nullum afferat commodum, nec præiudicium aliquod faciat parti, contra quam iuratum fuerit. Declaramus etiã quod illum amplius pœnitere non possit, qui in iudicio semel dixerit se velle stare, seu credere iuramento alicuius, & volumus, quod si super eodem facto plures testes deposuerint, qui tamen sint singulares singularitate non obstatiua, non obstante testium singularitate possit deferri a Iudice iuramentum in supplementum semiplenæ probationis.

¶ De positionibus & Capitulis. Rub. XXVII.

STatuimus quod quibuscunq; in causis ẽt criminalibus, in quibus procederetur per accusationem, fieri, & produci possint positiones a principalibus litis, vel ab alijs mandatũ habentibus a lege, vel ab homine, & iurari de calumnia in cã, in qua dictæ positiones producuntur, prius tamẽ iuramẽtũ calumniæ iurabitur ab eo, qui eas producit. Quælibet autẽ positio debeat esse simplex, & continere vnicum factum tãtum, sin minus, ẽt si responsum fuerit, responsio ipsa ipso iure non valeat, nisi positio ipsa ante responsionem faciendã fuerit diuisa. Et positiones ipsæ statim a Iudice, arbitro, seu arbitratore admittantur, & admissæ esse intelligantur saluo iure impertinentiũ, & non admittendarũ, qui bus impertinentibus, & non admittendis si fuerit responsum, responsio ipsa ipso iure non valeat, quod reseruatum sit virtute præsentis statuti tpe disputationis, & ferendæ sentẽtiæ. Et si forte eo tpe, quo producũtur dictæ positiones is, q̃ respondere tenet, aderit, vel præsens fuerit in iudicio, & corã Iudice arbitro, seu arbitratore, ab eis cogi possit, anteq̃ discedat ab eorũ præsẽtia, ad respondẽ

dū illis positionibus, quæ ex facto proprio pēdēt, quibus quoties non respondeit habeātur ꝑ confessis, vel negatis ad vtilitatē eius, qui eas posuerit prout eas haberi volumus Si aūt pēdeant ex facto alieno, tūc seruentur ea, quæ inferius dicētur de citato ad respondendum positionibus pendentibus ex facto alieno. Verū si is, qui respondere tenetur, & contra quē positiones producunt, absens fuerit a prælentia Iudicis, arbitri seu arbitratoris, tunc dimissis dictis positionibus penes notariū causæ citabitur ad instantiā partis, quatenus prima die iuridica sequēti comparere debeat corā Iudice, arbitro, seu arbitratore ad respondendū dictis positionibus cū iuramēto calūniæ cū comminatione quod si non comparuerit, & dictis positionibus non respondrrit intra spatiū aliorū duorū dierū vtiliū proxime sequentium Iudex, arbiter, seu arbitrator pronūtiabit eas pro confessis. Et si quidē dictæ positiones, vel earū pars pendeat ex facto ꝑprio eius, qui respondere tenetur, copia seu exemplū earū ad eū minime transmittē dū erit, si aūt ex facto alieno pendeāt, tunc earū copia trāsmitti debeat tpe comminationis, de qua supra. Qui citatus si non comparuerit & contumax esse perseuerauerit, tūc D. Iudex, arbiter, seu arbitrator teneatur vltima hora dictorū duorū dierū ad instantiā eius qui positiones produxerit eas pronūtiare ꝑ confessis. Si vero comparuerit, & paratus sit ad respondēdū dictis positionibus productis vt supra, in primis respondere teneatur eis, quæ ex facto proprio pēdeāt, quibus cū responsum fuerit, Iudex deinde teneatur decernere copiā earū, quæ ex facto alieno pendent, parti, contra quā productæ fuerint, & statuatur a Iudice, arbitro seu arbitratore tēpus duorū dierum vtiliū a die decretæ copiæ, & plus, & minus, vti Iudici videbitur, inspecta qualitate facti, & personæ, ad sese informandū, & consulto respondendū, quæ si intra dictos duos dies non respondeit, Iudex arbiter, seu arbitrator ipsas pro confessis pronuntiare debeat. Et suprascriptæ pronuntiationes, scilicet quod positiones habeantur pro confessis, ratæ sint, quatenus ad ipsam causam, nec ab ea, vel eis possit appellari, nec de nullitate dici, nec in integrū restitutio peti etiam ex capite minoris ætatis. Responsio autem positionibus facienda sit, & esse debeat clara, & aperta, per verba hæc credit, vel non credit, confitetur, vel negat absq; conditione aliqua, reiecta illa responsione. non credit vt ponitur, quam fieri posse omnino prohibemus. Declarantes quod in causis in quibus proceditur ad definitiuam sentētiam contra contumacem, non possint positiones pronuntiari pro confessis, quemadmodū supradictum est nisi dicto contumaci personaliter traditæ fuerint cum comminatione de qua supra. Statuimus itē quod omnia, & quæcunq; capitula producta a qualibet partium in principali instantia criminali, vel ciuili admittantur, & admitti debeant a Iudice causæ, saluo iure impertinentiū, & non admittendorum, Et si hoc Iudex nequaquam dixerit pro dicto habeatur, nisi tamen dicta capitula essent palam impertinentia, quod relinquimus arbitrio D. Iudicis iudicandum.

conditione, q̄ sit de natura actus, alias secus, nam q̄s interrogatus an ederit, aut audiderit prędicta, respondit emisse, aut audisse, prodesse responsio non debet contraria huic statuto Pacian. q̄ alios refert cap. 21. n. 24 et 25. lib. 1. Stat.

¶ De his qui admittuntur, & positionibus respondere tenentur.

RVB. XXVIII.

STatuimus quod principales personæ, contra quas producuntur positiones, habiles ad iurandum de calumnia, eis respondere debeant, si modo fuerint

in

in ciuitate, vel districtu Mut. tempore litis inceptæ. Si vero discesserint a dicta ciuitate vel districtu post litem inceptam sine causa euidenti & necessaria dicto absenti, vel eius legitimo procuratori a Iudice, arbitro, seu arbitratore dabitur & dari debebit spatium temporis competens, consyderata loci distantia, & itineris longitudine, intra quod temporis spatium dictis positionibus respondere debeat in ciuitate, vel loco, vbi tunc fuerit, expensis quidem illius, qui abest, & positionibus prædictis respondere teneatur, quo tempore præterito, & nulla responsione ipsis positionibus ab eo facta pronuntientur pro confessis, vel negatis in commodum & vtilitatem eius, qui eas produxerit. Si autem ille, contra quem producuntur positiones, a ciuitate, vel districtu aberit ante litē inceptam, tunc (si Iudici placuerit) is expectetur, aut ad eum earum copia, seu exemplum mittatur expensis ipsius ponentis, aut admittatur procurator dicti absentis ad respondendum dictis positicnibus, dando eidem procuratori earū copiam, seu exemplum, & spatium temporis duorum saltem dierum ad sese informandum, qui si intra spatium prædictum eis non responderit, pronuntiētur pro confessis. Declarantes quod Curator datus bonis indefensi, vel absentis positionibus respondere non possit nec teneatur, nec eius confessioni fides adhibeatur in præiudicium indefensi, vel absentis. Et quoties principales litis positionibus respondent ex facto proprio pendentibus volumus quod eorum procuratores, vel aduocati adesse nequaquam possint, vel debeāt, nisi principalis esset aut mulier, aut rusticus. Nam huiusmodi personæ respondere positionibus minime teneantur nisi cum præsentia, & consilio sui procuratoris, vel aduocati, qui quidē procurator, vel aduocatus iurare teneantur, quod eos mulierē scilicet, & rusticū semper suadebūt ad veritatē dicendā. Declarātes ēt quod, cum oportuerit hoīem infirmū, vel honestā mulierē respondere positionibus, vel interrogationibus, sufficere debeat ad probandam hominis infirmitatem, vel honestatem mulieris, si procurator eorum iurauerit, quod ipse homo infirmus sit, vel ipsa mulier sit honesta. Et tunc mittatur notarius ad deferendum dicto infirmo iuramentum, & ad scribendum ipsius responsiones super eisdem positionibus, mulier autem accedat ad locum sibi a Iudice constituendū, quo ēt accedet iudex ipse, & dictæ mulieri iuramentum deferet, & scribet ipse, aut notarius responsiones eius omnes, & idem seruetur in deferendo iuramento calumniæ, vbi de calumnia ab infirmo, vel honesta muliere iurandum erit. Quæ iuramentorum delationes, & interrogationes, ac responsiones, non obstāte partis absentia valeant, ac teneant perinde ac si factæ essent in Palatio Communis Mutinæ coram Iudice, & præsente parte ponente, vel interrogante, & prædicta fiant expensis eorum, qui respondere debent.

¶ De mutis positionum. Rub. XXIX.

QVia sæpenumero producuntur a partibus positiones ad suspendēdā, seu impediēda causarum fata, & ad quamlongissime protrahēdas lites, iccirco, vt huiuscemodi dolis occurratur, statuimus quod ante litē contestatā, vel habitā pro contestata non possint quoquo modo ab aliqua partiū produci positiones, quæ impediāt, vel suspendant cursum tēporis. Post vero litem contestatam, vel habitā pro contestata, duæ tantum mutæ positionum a qualibet parte

produci posſint in prima inſtantia, quæ ſuſpendant, vel retardent curſum fatalē, & poſt dictas duas mutas eadem pars in eadē inſtantia item poſsit producere alias poſitiones, verū non impedietur, nec retardabitur ipſius inſtantiæ curſus, ēt ſi a Iudice cauſæ in contrariū fuerit pronuntiatū, quæ pronuntiatio quo ad prædicta non valeat ipſo iure, & ea non obſtante tempora currant. In ſecunda vero inſtātia, vel vlteriori vna tantū muta a qualibet partiū produci poſsit, quæ impediat, & impedire valeat ne tēpora inſtantiæ currant. Aliæ vero poſitiones, quotquot produci contigerit, minime efficiant, vel efficere poſsint ne inſtātia currat non obſtāte ēt Iudicis, arbitri, ſeu arbitratoris ſentētia vt ſupra.

¶ De pœna negantis poſitiones. RVB. XXX.

STatuimus quod ſi in aliqua cauſa ciuili, vel criminali coram Iudice, arbitro, vel arbitratore contigerit partē ſuo, vel alieno nomine poſitionibus reſpondentem negare per verbum non credit, vel tantundem valens, earum aliquā pendentem ex facto ipſius reſpondentis, vel eius, pro quo quis reſponderit, & a parte aduerſa fuerit e contra legitime probatum, negans ſuo, vel alieno nomine incidat in pœnam librarum quinq; pro vna quaq; poſitione negata, & a parte aduerſa probata, applican. ſeu aſcriben. in totū parti probāti. Quam pœnā poſitionum coram Iudice, arbitro, ſeu arbitratore negatarum D. Prætor omni iuris, & facti exceptione, appellatione, nullitatis dictione, in integrum reſtitutione reiectis, & abſq; alia condemnatione faciē. cogere debeat realiter & perſonaliter partem, quæ ita negauerit, ad ſoluendum alteri parti probanti intra octo dies vtiles a die quo fuerit requiſitus ſub eadem pœna applican. vt ſupra, non obſtante etiam quod lata fuerit ſentētia in negotio principali. Statuimus etiam quod, ſi quis poſitionibus reſpondēs ſuo, vel alieno nomine per verbum non credit vel ſimile, vel ſub conditione tacita, vel expreſſa negauerit alicuius mortem, vel ætatem, agnationem, vel cognationem vſq; ad tertium gradum inclusiue ſecundum ius ciuile, affinitatem, matrimonium, vel fraternitatem alicuius, vel quem eſſe, vel fuiſſe ciuem ciuitatis Mutinæ, vel diſtrictualem eiuſdem, vel quem fuiſſe, vel eſſe in poſſeſſione, vel quaſi matrimonij filiationis, vel fraternitatis, incidat in pœnam librarum quinq; pro qualibet poſitione negata applican. alteri parti prædicta legitime probanti. Et intelligantur prædicta eſſe legitime, & plene probata etiam ſi probata fuerint ſecundum tradita in ſtatuto. De probationibus. quam pœnam D. Prætor vt ſupra exigat, & exigere debeat iuxta ſuperius dicta in præſenti Statuto, & ſub eadem pœna applican. vt ſupra.

¶ De probationibus. Rub. XXXI.

PRobationes ampliandæ quidem ſunt, & non in anguſtum deducendæ iccirco ſtatuimus quod, ſi quis probare voluerit ætatem alicuius, ſufficiat eā ab eo probari ex libris, ſeu vacheris ſcriptis manu Capellanorum Eccleſiarum parochialium, qui ex conſtitutione ſynodali tenentur habere vnam Vachetam, & in ea ſeriatim ſcribere nomina, & cognomina eorum omniū, qui ab ipſis baptizantur, nec non nomina, & cognomina Compatris, & Commatris. Cui Vachetæ quoad dictam ætatem proban. in iudicio, & extra fidem adhiberi volumus, & p deſcriptione ſingulæ poſtæ capellanus ipſe habeat ſoldos quinq; pro

eius mercede. Ex dicta etiã vacheta, in qua similiter sic statuentẽ synodali constitutione Capellani tenentur manu sua scribere nomina, & cognomina eorũ omnium, qui sepeliuntur in Cœmiterijs suarum ecclesiarum, volumus probari posse mortem dictorum descriptorum, & tempus mortis eorum descriptum in dicta vacheta, & dicti Capellani pro mercede sua habeant soldos quinq; ꝓ qualibet posta descripta, & subscripta manu sua. His etiam modis mors alicuius ꝓbari possit, nam si aliquis, vel de iure communi, vel modis infrascriptis dicetur mortuus in ciuitate, vel districtu, vel alibi iam decem annis elapsis sufficiat ꝓbare eius morrem publica voce, & fama per tres testes maiores annis xxv. boni nominis, & famæ, testantes vocem, & famam publicam esse de morte illius in ciuitate Mutinæ, vel loco vbi dicitur mortuus. Si autem diceretur mortuus citra minus tẽporis spatium in Ciuitate ipsa, vel districtu, vel alibi infra L. millia passuum satis erit probare eius mortem per tres testes boni nominis, & famæ, qui testentur se interfuisse exequijs illius, vel alicui diuino officio celebrato in mortis illius memoriam, vel per vnum testem testantem se vidisse illũ mortuum, & alios duos testantes esse publicam vocem, & famam mortis illius qui fertur vita defunctus in Ciuitate Mutinæ, vel alio loco. Si vero dicatur mortuus extra Ciuitatem, & districtum vltra L millia passuum, tunc siue iam peractum sit prædictum decennium, siue non satis sit mortem eius probare publica voce, & fama per tres testes vt supra dictum est. Et in prædictis casibus distãtia loci eodẽmet modo, & forma probetur, & supradictæ probationes ratæ sint nisi contrarium probatum fuerit. Statuimus etiam quod ad probandas infrascriptas coniunctiones, consanguinitates, & affinitates, probare sufficiat infrascriptas personas vt infra publice, & palam affines esse, & sese mutuo tenere, & appellare, seu sese inuicem tenuisse, & appellasse, & ab omnibus vicinis, & eorum notis ita creditos, & appellatos semper fuisse, licet nomina vicinorum, vel notorum non nominentur, modo personæ prædictæ, quæ inter sese affines existimantur, non fuerint mortuæ iam annis xxv. peractis. Nam si mortuæ fuerint peractis dictis annis xxv. probare sufficiat dictas coniunctiones, cõsanguinitates, affinitates publica voce, & fama per quatuor testes boni nominis, & famæ, & eos tales existimari volumus nisi contrarium probatum fuerit Personæ, de quibus supra sunt videlicet, Pater, Mater, Filius, & Filia, Nepos, & Neptis, & omnes descendentes vtriusq; sexus, Fratres, & Sorores, & consanguinei, seu vterini tantum, Fratres patrueles, maritus, & vxor, socer, & socrus, sororius, & sororia, & omnes affines infra quartum gradum de iure canonico. Sufficiat autem ad probandum aliquem esse Ciuem Mutinæ, si ipse, vel pater eius habitet de præsenti, & iam ab annis quinq; in Ciuitate Mutinæ cum tota eius familia, & hoc quoad ius in iudicio consequendum, & obtinendum, quoad alia vero beneficia, & honores assequendos intelligantur ciues Mut. tantum illi, de quibus dictum est in statuto. Qui intelligantur esse ciues. Sufficiat itẽ ad probandum aliquem esse, vel fuisse districtualem ciuitatis Murin. si ipse, vel pater eius descriptus esse reperiatur in æstimo alicuius villæ, vel loci districtus Mut. Quæ omnia sibi locum vendicent tam in præteritis, quam in futuris.

¶ De examinatore, & Notario eligendis ad examinandum. RVB. XXXII.

STatuimus, quod in cauſis non excedẽtibus ſummã librar. xv. a partibus non eligatur nec eligi poſſit aliquis examinator teſtiũ ſed D. Iudex ſit, & eſſe debeat Examinator, & loco examinatoris. In cauſis aũt excedẽtibus dictã ſummã a partibus eligatur & eligi debeat examinator vnus tantũ, alioquin nullum ſit examẽ ẽt ſi de communi conſenſu plures eligerẽtur, & huic ſtatuto a partibus ipſis renũtiari non poſſit. Et examinator eligẽdus ſit, & eſſe debeat notarius deſcriptus in matricula notariorũ ciuitatis Mutinæ, aliter eligi non poſſit, vel facere officiũ examinatoris in ciuitate, vel diſtrictu Mutinæ, & ſi fecerit, examẽ ipsũ ſtatim ſit nullũ, & præterea teneatur reſtituere dãna, & intereſſe parti læſæ. Et ſi in eligẽdo dicto examinatore ipſæ partes fuerint concordes, is ſit examinator, & examinare debeat teſtes ab ipſis partibus producẽdos, ſi aũt non erũt concordes, teneantur ambæ partes dare ſuos confidentes notarios vt ſupra, iuxta modũ inferius dictũ in ſtatuto. De electione Conſultoris, & huic examinatori vt ſupra electo non poſſit ab aliqua partiũ ſocius adiũgi, examẽ aũt fiat ordine infraſcripto. Nã ante oĩa notarius cauſæ teneatur ſcribere teſtis producti nomẽ cognomẽ ciuitatẽ, locũ, cinquantinã, & viciniã & breuiter omne id, ex quo facilius & melius teſtis ipſe cognoſcatur, nec non annũ, menſẽ, & diẽ, ac locum examinis, & receptionis prædictæ. Quo facto examinator ipſe electus vt ſupra teneatur, & debeat dicto teſti diſtincte, & clare legere, & vulgarizare id, cuius cauſa producitur & de quo teſtimoniũ dicere debet, & ẽt admonere ipſum teſtẽ, vt dicat ſyncere, & ſine dolo quicquid ipſi vere conſtet, & ſciat de contentis in articulis Qui quidẽ teſtis, ſi dixerit quod vera ſunt, vel quod credit vera eſſe quæ continentur in articulis, dictũ huiuſmodi a notario minime ſcribatur, & ſi ab eo ſcriptũ fuerit non valeat ipſo iure. Verũ ſi poſtea ipſe teſtis redderet rationẽ dicti ſui, & ore proprio diceret quid ſciat de contentis in articulis, tũc dicetur, & ſcribatur vt infra. Nã volumus quod in caſibus ſupra dictis reſpectiue examinator ipſe dicẽt, & dictare debeat ad verbũ notario ſcribenti totũ ipſius teſtis dictũ clare, & aperte, & non per notas, cuius teſtis dictũ ẽt ipſe notarius apertũ, & non aliter ſcribere debeat, & anteq̃ ipſe teſtis recedat ab examine, ſub pœna ipſi examinatori, & notario librarũ xxv. auferen. & applicã. Fiſco Ducali, & ſi ipſius teſtis dictũ a notario ſcriberetur poſt eius diſceſsũ, examẽ ipsũ, & ipſa teſtificatio a notario notata, & ſcripta ſit nulla, examinator præterea interroget teſtẽ de cauſa ſciẽtiæ dicti ſui, loco, tp̃e, & conteſtibus, & ſucceſſiue ſuper interrogatorijs alterius partis, prout examinatori & eius prudẽtiæ, ac conſcientiæ videbitur, reſponſiones aũt huiuſmodi ſcribantur a notario clare, & q̃ latiſſime. Et ſi pars inſtiterit interrogatoria exhibita ab altera parte tanquã ſuperflua, & calumnioſa, aut ad probandũ tendẽtia reſecari, & corrigi. Poteſtas, ſeu Iudex corã quo eſt quæſtio, dicta interrogatoria emẽdet, & corrigat, prout ſibi videbitur, adijcientes quod ſi aliqua pars inſtiterit, quod Iudex cauſæ intereſſit, vel ipſe Iudex ſua ſponte intereſſe voluerit, volumus ipſum Iudicem intereſſe debere, & poſſe examini prædicto, nihil tamen hac de cauſa percipere poſſit, Iuramentum autem examinatoris, & notarij ſit vt infra. Nam ipſe examinator

nator iurare debeat per Euangelium Dei, quod bene, diligenter, ac fideliter examinabit, & interrogabit testes examinandos, & ipse notarius quod fideliter, & sine dolo scribet dicta, & responsiones testium iuxta suprascriptam formam & præterea quod nullus eorum publicabit dicta testiū directe, vel indirecte, verbo, motu, scriptura, vel ostendet alicui partium, vel alteri personæ, donec fuerint publicata, sub pœna librarum xxv. applican. vt supra, & similiter testis iurabit in manibus notarij sese nequaquam diuulgaturum dictum suum vt supra sub pœna prædicta. Et huiusmodi iuramenta examinatoris, & notarij scribantur in actis iuramentum autem testis ipsius ideo scribatur in principio, vel in fine examinis, quod si contigerit eos, vel aliquem eorum diuulgare testificationes suas possint de periurio puniri, verum si dicta iuramēta notata non fuerint non iccirco testificationes receptæ vitientur. Adijcientes quod notarius electus ad scribendum exam ē possit sibi subrogare alium notarium, qui subrogatus iurare, & facere ea omnia teneatur, quæ notarius principalis facere tenetur vigore præsentis statuti.

¶ De Petitione Consilij Sapientis. RVB. XXXIII.

STatuimus quod in quauis petitione ordinaria, vel extraordinaria, vel delegata etiam a Principe, seu subdelegata excedente summam, vel æstimationem libr. xv. a qualibet parte peti valeat Consilium Sapientis tam super meris interlocutorijs incidentibus, vel emergentibus, quam super definitiua, vel habente vim definitiuæ, & tam super causa principali, quam appellationis, seu appellationum. Et Iudex causæ, corā quo petitum fuerit Consiliū, eadē die, qua petitum fuerit & antequā a tribunali recedat illud decernere teneatur, non obstāte ēt quod ab altera parte diceretur illud peti calūniose, vel super articulo iuris, vel re clara, & eadēmet die, vel sequenti teneat̄ compellere partes ad dādū suos confidētes iuxta tradita in statuto De electione Consultoris. Et Consilio petito vt supra Iudex ipse non possit in cā ad vlteriora ꝓcedere sed suspēsa cēseatur eius Iurisdictio virtute præsentis statuti q si ad vlteriora in cā ꝓcedere voluerit, quicquid ab eo actū fuerit ipso iure non valeat, sed statim incidat in ꝓnā librarū xxv applicā pro dimidio parti læsæ & pro alio dimidio Fisco Ducali. Et etiam teneatur persoluere damna, & interesse parti ea de re læsæ.

¶ Intra quæ tempora Consilium Sapientis peti valeat. RVB. XXXIIII.

STatuimus quod Consilium Sapiētis peti valeat intra tempora infrascripta. Nam si illud peti contigerit super meris interlocutoria emergenti, vel incidenti si quidem huiusmodi incidens vel emergens non egeat probatione, consilium sapientis peti valeat intra biduum vtile a die quo dictum incidens, vel emergens inciderit, vel emerserit. Si vero aliquas probationes ex natura incidentis, vel emergentis ipsius requirat, & dilatio petita, & assignata fuerit, tunc elapso tempore assignato ad faciendas huiusmodi probationes dictum consiliū peti possit intra triduū proxime sequens vtile. Si aūt dictū consilium petitū fuerit super definitiua, vel habēte vim definitiuæ, si quidē in dicta causa ex forma nostrorū statutorū necessaria fuerit scripturarū præsentatio, consiliū prædictū peti valeat intra quatuor dies vtiles post dictā scripturarum præsentatio-

tationē. Si vero dictarū scripturarū præsentatio ex forma dictorū statutorū necessaria minime fuerit, tunc peti valeat intra tres dies vtiles a die primæ monitionis seu citationis ad audiendum sententiam. Decernentes quod post prædicta tempora dictum consilium peti minime possit ab aliqua parte, & si petitū fuerit Iudex causæ illud minime decernere debeat nisi de consensu alterius partis, sub pœna dicto Iudici librarum xxv. applican. Fisco Ducali. Et si intra dicta tempora ad petendum consilium sapientis concessa vt supra Iudex ipse sententiam tulerit, vel ad vlteriora procedere voluerit in causa, sententia ipsa, & processus ipso iure non valeant.

¶ De Confidentibus, & suspectis. RVB. XXXV.

STatuimus quod omnes Doctores habitantes in ciuitate, vel districtu Mutinæ descripti in Matricula Mag. Collegij DD Doctorum Ciuitatis prædictæ dari possint a qualibet parte in consilijs Sapientum petendis, exceptis tamen aduocatis cuiuslibet partis, quotquot fuerint, & agnatis & cognatis citra quartum gradum de iure ciuili, & etiā exceptis illis, qui alicui parti inimici essent. Oēs autē alij doctores non habitantes, sed tamen collegiati vti confidētes dari non possint nisi forte de communi consensu partium eligerentur, quo casu statutum sit tempus decem dierum continuorum vtriq; parti, intra quod Consultor electus certiorem reddere debeat Iudicē causæ de onere consulēdi a se suscepto aut recusato, quo tēpore præterito procedatur ad electionē noui consultoris intra tempora de quibus in statutis nostris, ac si dictus non habitās, sed tamen collegiatus electus non fuisset. Verum si notificauerit dicto Iudici se dictum onus consulendi accipere, tunc ipse Consultor teneatur præsentare, & deponere seu præsentari & deponi facere consilium penes notarium causæ intra tempora de quibus in statuto, Intra quæ tempora debeat deponi consiliū a consultoribus. Et declaramus quod quoties consultor esset aduocatus, agnatus, vel cognatus, vel inimicus parti, & pars ipsa hoc non opposuerit tēpore electionis, vel etiam opposuerit, & non probauerit intra duos dies vtiles, & consilium suum dederit, consilium, & sententia iuxta illud lata non sit nulla, immo valida, ac si ipse consultor aduocatus, agnatus, vel cognatus, vel inimicus parti non esset. Et prohibemus collegium prædictum posse recusari, vel dici suspectum, & argumentum ipsum suspicionis calumniosum censeatur ratione præsentis statuti.

¶ De Electione Consultoris. RVB. XXXVI.

STatuimus quod ad eligēdos consultores ordo infrascriptus seruari debeat. Nā volumus quod ille, qui consilium petierit, primo teneatur dare Iudici, & notario causæ in scriptis nomina duorū doctorum, eorū scilicet, de quibus in proxime præcedēti statuto facta est mentio, deinde & aduersarius eius illud idem facere teneatur, ex quibus quidem doctoribus, is consultor sit, in quo ambæ partes forte consenserint. Verum si partes ipsæ in aliquo eorum consentientes minime fuerint, ille, qui consilium petierit, denuo teneatur dare in scriptis Iudici, & notario antedictis noīa aliorum duorum doctorū vt supra, quod i ē fiet ab aduersario, & ex his iterum dat s, is consultor esto, in quo ambæ partes fuerint consentientes. Si vero in his dictæ partes ēt dissentientes erunt, iam

cui-

euilibet earum liceat dare alios doctores, & quotquot sibi magis placuerit, inter quos si aliquis eorum, qui primo atq; iterum dati sunt, fortasse fuerit in quo consenserint, is consultor constituatur. Postremò si dictæ partes in omnibus his a se nouissime datis etiam dissentirent, tunc volumus quod Iudex publicare teneatur eos doctores, qui primo atq; iterum ab ipsis partibus dati sunt ad hunc finem, vt sors huic rei finem imponat. Nam quælibet pars eliget vnũ doctorem ex publicatis a D. Iudice, quorũ nomina in vno pileo a Iudice ipso ponentur, ex quo hic, qui primum a notario causæ extrahetur, consultor omnino sit, & esse debeat. Declarantes quod nulla pars recusare possit, quin det, & dare debeat semel atq; iterum suos confidentes, & quoties eorum aliquis recusauerit, tunc Iudex debeat omnino eligere vnum eorum, qui dati sunt ab altera parte, & hic a Iudice hunc in modum electus sit consultor, nec recusari possit vt suspectus.

¶ De Socio Consultori adiungendo. RVB. XXXVII.

STatuimus quod Consultor electus super aliqua mera interlocutoria, incidẽti, vel emergenti ab aliqua partium recusari non possit, vel peti socium ei adiungendum. Quoties vero electus fuerit super definitiua, vel habenre vim definitiuæ tunc quidem peti possit a qualibet parte dictum socium consultori adiungendum intra quatuor dies vtiles ex dictis octo diebus ipsi consultori concessis vt in statuto Intra quæ tempora consilium deponi debeat. Quo casu Iudex coram quo est quæstio, eadẽ die, qua hoc petitum fuerit, teneatur ad electionem dicti socij procedere, vt in statuto proxime præcedenti dictum est, & eum, qui petierit compellere ad mercedẽ dicti socij deponendam, quæ quidẽ eius quantitas erit, cuius est consultoris merces. Ambo autẽ teneantur, & debeant intra octo dies vtiles proxime futuros a die quo socius consultori ipsi adiunctus fuerit, & acceperit, deponere eorum consilium penes notarium causæ, si in consulẽdo consentiẽtes fuerint, vel notificare Iudici in actis eos esse inter sese dissentientes. Tunc Iudex eadẽ die, qua ei notificatum fuerit, teneatur taxare mercedẽ tertij consultoris eligendi, & ad eius electionẽ procedere iuxta a nobis tradita in statutis nostris, & vtranq; partẽ omnino compellere ad dictam mercedẽ deponendã intra duos dies continuos penes notariũ causæ. Qui tertius consultor vna cũ consultore, & socio, & eorũ quilibet teneat̃, & debeat intra octo dies vtiles pxime futuros a die, quo dictus tertius sui electionem acceperit, eorũ consiliũ seu consilia penes notariũ prædictũ deponere, & præsẽtare sub pœna libr. xxv. monetæ a quolibet contrafaciente auferenda, & fisco Ducali ꝓsoluenda. Nulli eorũ præterea liceat dicere, vel protestare, quod consilio alterius non consentiat, ne consiliũ, vel sentẽtia sit nulla, & si hac, vel alia aliqua de cã nulla fuerit, is, cuius culpa hoc acciderit, teneat̃ restituere oẽs expẽsas litis, dãna, & interesse, nec non pœnã librarũ x monetæ parti læsæ persoluere, in quã ipso iure incidisse intelligatur, quã tamẽ diminuendã, moderandamq; arbitrio D. Iudicis permittimus. Qui quidẽ Iudex teneatur quemlibet eorum contrafacientẽ compellere ad soluendum dicta damna, interesse, ac pœnam parti prædictæ intra xx. dies continuos a die quo ipse requisitus fuerit sub pœna librarum L. monetæ ab ipso auferenda, & Fisco Ducali applicanda.

De

¶ De mercede Consultoris, & Notarij, & de eius depositione.

RVB. XXXVIII.

STatuimus quod merces D. Consultoris electi super mera interlocutoria in quacunq; parte iudicij emergente sit, & esse debeat soldorū L. Notarij vero soldorum XXV. Quæ quidē merces tam consultoris, quā notarij deponi debeat a petente consilium penes notarium causæ ea die, vel sequenti qua petitū fuerit. Merces aūt consultoris electi, seu eligendi super definitiua, vel habēte vim definitiuæ taxari debeat ab ipso Iudice causæ iuxta tradita in statutis nostris ea die, vel sequenti, qua consilium petitum fuerit, sub pœna ipsi Iudici XX. librarū applican. pro dimidio parti, & pro alio dimidio Fisco Ducali, at notarij merces erit dimidium mercedis taxatæ ipsi consultori, & die tertia depositum dictæ mercedis fieri debeat a petente dictum consilium penes notariū prædictum. Quod depositum si in prædictis casibus, & vt supra non fuerit factum, consiliū vti non petitum, vel etiam non decretum habeatur, & amplius peti, vel decerni non possit, sed Iudex causæ procedat ad eius expeditionem, ac si dictum consilium petitum, vel decretum non fuisset. Depositum vero, & solutio mercedis consultoris facta vt supra non possit repeti, vel exigi ab altera parte etiam si in expensis fuerit condemnata, & a taxatione mercedis huiusmodi, vel a lapsu tēporis, vel depositione non facta vt supra non possit appellari, vel de nullitate dici, nec in integrū restitutio peti ēt ex capite minoris ætatis, declarantes quod non possit aliquis consultor habere mercedem sibi statutā nisi prius suū consilium deposuerit penes notarium, qua omnino contentus esse debebit.

deponi, et si à parte ns petat Pacian. late cons. 157. n. 17 et 18.

¶ De compellendis Consultoribus ad consulendum.

RVB. XXXIX.

STatuimus quod Consultor a partibus electus habitans in ciuitate, vel districtu Mutinæ, & matriculatus in Collegio DD. Doctorū dictæ ciuitatis non possit quoquo modo recusare electionem de eo factam ad consulēdum, immo compelli possit a iudice causæ realiter, & psonaliter, & sub pœna lib. x. applic. Fisco Duc. ad accipiendam dictam electionem, & ad consulēdum in causa, & consiliū suū deponēdū penes notariū causæ intra tēpora, de quibus in statuto. Intra quæ tēpora deponi consilium debeat nisi tamen dictus electus iustam arbitrio D. Iudicis cām recusationis haberet, cuius causæ improbatio resideat in arbitrio Iudicis quando ipsum eligent, & si cognitum fuerit per D. Iudicētem electū iustā causam recusationis habere, tunc ad electionē alterius consultoris procedetur modo, & forma, de quibus in statuto. De electione Consultoris.

cām. ut ea timeat nō consulendo aliqd damnū sibi afferat Sard. cons. 433. n. 7 nisi pars caueat & futuro quocūq; damno Sard. d. n. 7.

¶ Super quo sit Consulendum. RVB. XL.

STatuimus pro faciliori litiū expeditione quod minime necesse sit formare articulum, super quo sit consulendum sed consultor hac de cā semper electus esse cēseatur, vt Iudici consulat, quæ sint, & esse debeant eius partes in Iudicādo eo, super quo dictus consultor electus est. Volētes, quod consultor ipse consulere teneat sup oibus, & singulis sup qbus electus fuit ad consulendū sub pœna lib. x. applic. Fisco Duc. Et si qua ab eo omissa fuerint, teneatur ea die, vel sequenti, qua sententiatum fuerit iuxta consiliū sup omnibus consulere, & eius consilium deponere penes notarium causæ sub eadē pœna, & sub refectione

ne damnorum,& expensarum parti læsæ,absq; noua electione de ipso faciēda, vel aliqua alia mercede ab eo percipienda. Verum si consultor dolose, vel imperitissime,vel quoquo modo contra formam iuris,vel statutorū consuluerit, siue super principali,siue super emergenti,vel incidenti, teneatur reficere dāna,& interesse parti ea de re læsæ. Et etiam incurrat in pœnam lib.v. ipso iure applic.pro dimidio parti læsæ,& pro alio dimidio Fisco Ducali.

Intra quæ tempora deponi consilium debeat. RVB. XLI.

STatuimus quod si electus ad consulendum habitauerit in ciuitate,vel districtu Mut.si quidem electus fuerit super mera interlocutoria emergenti, vel incidenti,teneatur præsentare,& deponere penes notarium causæ intra v. dies vtiles a die acceptationis per ipsum factæ,consilium suum in scriptis clausum, & eius solito signo obsignatum,& condemnare semper victum in expēsis victori reficiendis,antequam victus ipse audiri possit.Si vero habitans vt supra electus fuerit super definitiua,vel habente vim definitiuæ,dictum consilium præsentare,& deponere debeat penes notarium prædictum vt supra, intra terminum octo dierum vtilium a die suæ acceptationis. Si autem consultor habitauerit extra ciuitatem,& districtum, & electus fuerit super mera interlocutoria,siue super definitiua,vel habente vim definitiuæ,teneatur consilium suum deponere,seu deponi facere expensis partium penes notarium causæ intra terminum xx.dierum continuorum a die suæ acceptationis. Et si in aliquo casuū prædictorum consultor non præsentauerit,& deposuerit penes notarium causæ consilium suum intra tempora in præsenti statuto contenta, cognitio ipsius causæ reuertatur ipso iure ad Iud. coram quo antea vertebatur, & in ijs terminis scilicet,in quibus esset reperiebatur tēpore consilij petiti,nec vlterius consilium sapientis peti,vel dari possit super eo,super quo petitum fuerat.

¶ De Sententia ferenda iuxta Consilium Sapientis, & intra quæ tempora, & num ab ea appellari possit. RVB. XLII.

STatuimus quod in omnibus casibus,in quibus ex forma nostrorum statutorū contigerit consiliū sapientis præsentari,& deponi penes notariū causæ,Iudex,qui cām cognoscit,teneatur,& debeat ad instantiā partis die depositi consilij p consultorē,vel intra duos dies vtiles post consiliū depositū immediate sequentes suā ferre sententiā,siue pronuntiationē iuxta consiliū consultoris, seu consultorū,vel maioris partis respectiue,& aliter lata non teneat ipso iure. Et si lata fuerit super mera interlocutoria,incidenti,vel emergenti, non possit ab aliqua partiū appellari,nec de nullitate dici,vel in integrū restitutio peti ēt ex capite minoris ætatis. Et si appellatū,vel dictū de nullitate,vel restitutio in integrū petita fuerit,pro non interposita,vel dicta,vel petita restitutione habeatur,& procedatur in causa perinde ac si appellatum,vel de nullitate dictū,vel in integrum restitutio petita non fuisset non obstante ēt quacunq; inhibitione. Si vero dictum consilium fuerit super definitiua, vel habente vim definitiuæ, & iuxta illud sentētia lata fuerit,ab ea appellari possit,vel non possit, prout appellaretur,si ipse D.Iud.sententiā ipsam tulisset absq; consilio Et similiter non possit peti,quod eligatur peritior,qui denuo consulat, sed sententia ipsa exequatur,prout exequeretur si Iudex sententiam ipsam tulisset vt supra.

ferre sententiam non & sola relatione ad consilium sibi debitum recitando fore recitari faciendo Mart. King. 529

¶ Vi-

¶ Victus Victori in expensis condemnetur. Rub. XLIII.

STatuimus,& ordinamus quod in omnibus, & quibuscunq; causis victus victori semper condemnetur in expensis, non obstante aliquo iuramento de calumnia, vel veritate, vel credulitate per partes, vel aliquam earum præstito, nisi tamen victus habuerit iustam causam litigandi, quod relinquimus arbitrio D Iud. Verum quoties victus expresse non fuerit a Iudice in expensis condemnatus vel absolutus, tunc ipso iure condemnatus esse intelligatur virtute præsentis statuti. Et in executione dictæ sententiæ possint peti ipsæ expensæ perinde ac si in sententia de eis victus ipse condemnatus esset, reseruato tamen iure dicto habito pro condemnato petendi eas ab ipso Iud. ommittente condemnationem, vel absolutionem ipsam tempore eius syndicatus. Et præmissa vendicent sibi locum in sententia definitiua lata, seu ferenda in prima instantia, in secunda vero instantia, si ille, qui succubuit in prima instantia, succumbat & in secunda, debeat omnino condemnari, nec causa etiam iustissima ipsum victum excusare possit, quin in dictis expensis omnino condemnetur. Si vero ille, qui obtinuit in causa principali, succumbat in causa appellationis, si quidem succumbit in appellatione ex antiquis actis, in expensis omnino condemnetur, si vero ex nouis succumbit in dictis expẽsis condemnari, vel absolui valeat, prout in prima instantia supra dictum est, nisi ipsa noua acta facta fuerint ad probandum propriũ factum ipsius victi negatum tacite, vel expresse per ipsum victũ, quo casu, ne victus ipse ex inficiatione sua, vel malitia beneficium assequatur, ipsum condẽnari omnino debere statuimus, & ordinamus. Et in suprascriptis omnibus casibus merces procuratorum, & aduocatorum, qui causæ interuenerunt, compræhendatur, & taxetur.

¶ De Præcepto in confitentem faciendo. Rub. XLIIII.

SI quis in Iudicio conuentus per se, vel legitimum eius procuratorem, ante litis contestationem, vel in ipsa litis contestatione confessus fuerit pure se debere id totum, vel partem aliquam eius, quod a ipso petitur, Iudex ipse, coram quo prædicta aguntur, præcipere teneatur absq; aliqua alia sententia confitenti, vel eius legitimo procuratori, vt soluat, & soluere debeat creditori id, quod confessus est, intra terminum decem dierum vtilium, nisi quantitas, vel qualitas debiti, vel negotij maiorem dilationem postularet, quod relinquimus arbitrio Domini Iudicis tunc enim dari possit dilatio triginta dierum vtilium, & plus, & minus, arbitrio magistratus, qui prædicta cognouerit. Et si Iudex terminum aliquem non assignauerit, tunc ipso iure terminus decem dierũ vtilium tantum assignatus esse intelligatur, & teneatur Iudex ipse facere notare in singulis præceptis causam præcepti, seu debiti, quibus temporibus respectiue elapsis, si debitor non soluerit grauetur, & grauari possit absq; aliqua executione petita pro sorte debiti, & expensis factis & faciendis, realiter, & personaliter, dummodo debitum excedat soldos quadraginta. Verum si post litem contestatam conuentus confessus fuerit vt supra, Iudex teneatur intra triduũ vtile per suam sententiam deffinitiuam condemnare confitentem in eo, quod confessus fuerit, & in hoc casu intelligatur ipso iure renũtiatum omnibus dilationibus iuris, & statut. Et prædicta omnia in præsenti statuto contenta seruari

uari volumus in quocunque foro, & coram quocũque Iud. tã ordinario, quam extraordinario, seu delegato etiam a Principe, terijs quibuscunq; non obstantibus, exceptis introductis in honorem Dei.

Quo modo fiat excussio. RVB. XLV.

STatuimus, & ordinamus quod in oibus casibus, in quibus, vel ex forma iuris communis, vel statutorum nostrorum excussio bonorum alicuius esset facienda, sufficiat petenti facere excussionem, etiam nemine citato ad comparendũ coram competenti Iud. & exponere, quod nesciat bona aliqua debitoris sui expedita, de quibus, vel super quibus possit satisfieri intentioni ipsius petentis, & ideo instare committi per ipsum Iudicem excussionem dictorum bonorum fieri, & ita, etiam absq; citatione alicuius, Iudex ipse committat fieri excussionem modo, & forma infrascriptis. Primo committatur duobus nũtijs Com. Mut. vt eant, & inquirant a vicinis, & vbi solitus est habitare ille, cuius bona excutienda sunt, vel a vicinis terrarum, vel possessionum, & bonorum, quæ consueuit ipse debitor excutiendus in ciuitate Mut. vel eius districtu tenere, & possidere, an sciant de bonis dicti debitoris, cuius bona excutiuntur, expeditis. Qui nuntij si inuenerint de dictis bonis expeditis, quæ sint sufficientia ad satisfaciendũ intentioni agentis, tunc in & super eis procedatur secũdum formã iuris, & statutorum, si aũt inuenerint bona aliqua expedita vt supra, sed non idonea, nec sufficientia ad integram satisfactionem intentionis ipsius agentis, tunc super dictis bonis expeditis procedatur vt supra, & pro residuo, de quo non possit satisfieri agentis intentioni, si autem bona aliqua, expedita non inuenerint, tunc nuntij ipsi in actis causæ referant, quòd inquisitione facta non inuenerũt bona aliqua expedita, vel nisi pro tãta quãtitate, vel pretio, exprimendo quãtitatẽ ipsam, vel pretiũ. Qua relatione facta, citetur tertius, contra quem est agendũ, & eidem assignetur terminus x. dierum vtilium ad demonstran. de bonis expeditis dicti debitoris, vel de bonis ipsius debitoris alienatis per dictũ debitorẽ post titulũ acquisitionis ipsius citati, existentibus in ciuitate vel districtu Mut. quæ bona sint sufficiẽtia pro integra satisfactione intentionis agentis, & quæ auocari possint per ipsum agẽtem. Et quo ad præsens statutum nomina debitorum intelligãtur esse bona sita in ciuitate, vel districtu Mutinæ si debitor, cuius nomẽ sit ostẽsum, habitet in ipsa ciuitate, vel districtu, & sit subiectus iurisdictioni D. Pot. Mutinæ. Qui citatus si in dicto termino non probauerit, seu ostẽderit de bonis dicti debitoris expeditis, seu alienatis post acquisitionis suæ titulum, & quæ sint ipsi creditori obligata, vel per eum auocari possint, & quæ posita sint in ciuitate, vel districtu Mutinæ, & quæ sint sufficientia pro integra satisfactione crediti, & intẽtionis dicti agẽtis, tunc possit ipse creditor conuenire dictum citatum, & contra eum, & bona per eum possessa experiri iuribus sibi competẽtibus. Si vero ostẽderit, & probauerit ipse citatus de bonis supradictis habentibus qualitates, de quibus supra, & vt supra, eo casu non possit ipse creditor dictum tertium citatum conuenire, vel molestare, sed teneatur prius contra ipsa bona ostensa, & probata procedere. Si autem citatus ostẽderit quidem de bonis, de quibus supra, sed non sufficientibus pro integra satisfactione intẽtionis ipsius agentis, tunc agens teneatur contra dicta bona ostẽsa, & eorũ

possess-

possessionem procedere, & experiri, scilicet pro illa rata, vel portione, vel pretio dictorum bonorum vt supra demonstratorum, & pro concurrenti quantitate pretij, seu communis æstimationis eorum, & pro satisfactione residui iuris & intentionis ipsius agentis, possit ipse conuenire dictum citatum, & experiri iuribus sibi competentibus contra bona dicti sui debitoris possessa per dictum citatum, & vnum iudicium in casu prædicto non impediat aliud, sed vno eodemq; tempore in vtroq; procedi valeat. Et in dicto termino decem dierum, & in præsenti iudicio excussionis, citatus, & conuentus amplius non audiatur nisi ad demonstrandum, & probandum de dictis bonis vt supra, etiam si velit ipse citatus dicere, vel probare se non posse conueniri, vel habere meliora, & potiora iura in ipsis bonis, sed hæc in hypothecaria esse intelligantur, & sint ipso iure reseruata. Et dicto termino decem dierum vt supra elapso, ipse tertius citatus habeat terminum octo dierum vtilium ad faciẽdum per Iud declarari, & pronuntiari se de dictis bonis expeditis vel alienatis vt supra, & de quibus supra, legitime ostendisse, & ad faciendum ferri sententiam super prædictis, a qua sentẽtia appellari possit secundum formam nostrorum statutorum. Et si pronunciatum fuerit in fauorem dicti citati ostensum fuisse de bonis expeditis, vel alienatis vt supra, per ipsam pronunciationem nullum fiat præiudicium ipsi creditori, sed iura sua salua sint & illæsa, si qua habebat, vel habet contra ipsum citatũ, & bona per eum tenta & possessa, & valeat ipse creditor recursum habere, & regressum contra tertium ipsum, & bona prædicta in casu scilicet, in quo super ostensis bonis non posset intẽtioni creditoris satisfieri, & pro eo in quo ipsi creditori satisfieri non possit in & super bonis prædictis Quod si intra dictum terminum octo dierum lata non fuerit sententia eo finito absq; alia sententia vel declaratione, virtute præsentis statuti intelligatur dictam excussionem esse legitime factam contra dictum citatum, & bona per eum tẽta & possessa, & contra ipsum, & bona prædicta iure medio procedi possit, reseruatis nihilon inus ipsi tertio citato cæteris iuribus suis in alio iudicio vel instantia vt supra dictũ est. Et quantum ad disposita in præsenti statuto bona existentia penes debitorem & sita in ciuitate, vel districtu Mut. intelligantur esse expedita & auocabilia, nisi per aduersam partem contrarium fuerit probatum.

¶ Quomodo agendum sit hypothecaria, & qualiter probetur bona fuisse debitoris. RVB. XLVI.

STatuimus quod quicunq; experiri vel agere voluerit hypothecaria procedat & obseruet ea quæ continentur in statuto. Quomodo agendũ sit reali. Ad probandũ aũt bona, ad quæ agitur hypothecaria, fuisse debitoris, sufficiant infrascriptæ probationes & pro plenis & legitimis probationibus habeãtur, & intelligãtur virtute præsentis statuti. Nam si dicta hypothecaria agatur contra principalem debitorem, tunc probari sufficiat ipsum debitorem bona ipsa ad quæ agitur, tenere & possidere de præsenti, vel saltem tenuisse & possedisse tempore Iudicij moti. Si vero agatur contra hæredẽ debitoris, siue ipse hæres inuẽtarium fecerit, siue non, tunc probari sufficiat debitorem defunctũ ea tenuisse & possedisse tpe obligationis vel postea quandocunq; pro suis, & tanquam sua & sic illius fuisse præsumantur, nisi ipse hæres legitime probauerit illa bona ad

se ex

se ex alia iusta cã & iusto titulo spectare,& pertinere. Verum si agatur contra tertium possessorem possidentem bona,quæ asserũtur fuisse debitoris,sufficiat pbatio infrascripta. Nam si de aliquo titulo ipsius debitoris,vel alterius, cuius bona auocarentur,non constaret,tunc sufficiat probare,quod ipse debitor vel ipsa persona,cuius bona auocarentur, tenuerit & possederit ipsa bona pfius, & tanquam sua pacifice & quiete tempore obligationis,vel post, dũmodo possederit per quinquennium continuum. Si vero de titulo ipsius debitoris vel illius personæ,cuius bona auocarentur,probaretur,si quidem ipse possessor nullum titulum habet ab ipso debitore vel ab eo,cuius bona auocarentur, tunc probare sufficiat ipsum debitorem,vel alium vt supra tenuisse,& possedisse illa bona tpe obligationis,vel post,dũmodo per annum continuũ possederit. Sed si habet titulũ ab ipso debitore,vel habente causã abillo, cuius bona auocari velint post tẽpus obligationis,tunc sufficiat,pbare ipsũ titulũ,quem habet ipse possessor a dicto debitore,vel habente cãm ab ipso saluũ tamen sit ius in prædictis ipsi possessori conuento,si meliora & potiora iura in ipsa re habuerit.

¶ A quibus Sententijs liceat appellare. RVB. XLVII.

STatuimus quod a quibuscunq; sententijs definitiuis,vel habentibus vim definitiuæ,in quibusuis causis ciuilibus,seu mistis in Ciuitate,vel Ducatu Mut. latis per D. Prætorem,vel alium magistratum ordinarium, vel delegatum etiã a Principe,vel subdelegatum,siue in prima instantiã,siue secunda, vel vlteriori,appellare liceat donec fuerint duæ conformes, & appellatio ipsa deuoluat prout in statuto. Ad quos appellandum sit. Quod procedat,& obseruetur in qualibet etiam sententia definitiua lata super quouis possessorio,& etiam in casu statuti sub titulo. Quod possessio defuncti continuetur in hæredem. quantũ vero ad appellationes ab interlocutorijs seruetur statutũ. De appellationibus ab interlocutorijs. Declarantes,quod licet principalis, seu procurator citatus etiam personaliter fuerit ad audiendam sententiam & non comparuerit, nihilominus eius appellatio admittatur,ac si comparuisset.

¶ Quando,& intra quod tempus appellandum sit. RVB. XLVIII.

STatuimus quod si quis appellare voluerit ab aliqua sententia definitiua,vel habente vim definitiuæ in causa ciuili vel mista prolata,si quidem appellare viua voce voluerit,appellatio ipsa incontinenti interponatur,videlicet eo hora,qua prolata fuerit sentẽtia,ludice ipso adhuc pro tribunali sedente in loco in quo ipsam tulit sententiam & in casu prædicto. Si postea intra x dies continuos vt infra appellatio in scriptis fuerit interposita,tunc procedatur super appellatione in scriptis,ac si appellatio viua voce facta non fuisset, & huiusmodi appellatio viua voce per testes probari possit. Si vero in scriptis appellare voluerit simpliciter,vel ẽt causa nullitatis annexa, appellationem ipsam intra x. dies continuos a die scientiæ ipsius sentẽtiæ computãdos interponere teneatur, & quo ad hoc sẽtẽtia, p q̃ reus absoluitur ab obseruatione Iudicij,intelligatur definitiua. Si aũt appellare voluerit ab aliqua sentẽtia interlocutoria mera,vel habente vim definitiuæ,quæ expectat aliam sententiam post se,& a qua non sit ex forma statutorum prohibitum appellare,teneatur hoc facere intra tempora de quibus in statuto. De appellationibus ab interlocutorijs. Et in prædictis

appellari pot immediate statim lata sententia definitiua.

postea in scriptis intra decẽ dies continuos.

definitiua intelligitur [illegible] ad appellandũ

omnibus casibus appellans non teneatur apostolos semel etiam petere. Et in appellationibus quibuscunq; etiam ab interlocutorijs appellans causam grauaminis, siue excessus exprimere teneatur.

¶ Ad quos appellandum sit. RVB. XLVIIII.

STatuimus quod a sētētijs in prima instātia latis in ciuitate, vel Ducatu Mut. per quoscunq; magistratus ordinarios, vel extraordinarios, vel delegatos et a Principe primo appelletur, & appellari debeat ad D. Iud. Maleficiorū Ciuitatis Mut. qui in ipsis primarū appellationū causis sit, & esse censeatur Iud. ordinarius, nisi Iudex ipse sententiā illā, a qua fuerit prouocatū, vti delegatus, vel consultor, vel alio quocunq; modo protulerit, quo casu ad ipsum D. Præt. Mutinæ, vel eius Vicarium appelletur. A sententijs vero in causis appellationū per ipsum D. Iud. quomodocunq; latis, si prætor ipse, vel eius Vicarius (habita consyderatione personarū & non officij) primā non tulerit sententiā, ad ipsum D. Præt. vel eius Vicariū appellari debeat, si aūt Præt. ipse, vel eius Vicarius vt supra primā tulerit sentētiā, appellari oīno debeat ad collegiū DD. Iurisdoctorū Ciuitatis Mut. quo casu, appellatione ipsa interposita, teneatur tā pars appellata, q̄; appellans, ad instantiā tamen ipsius appellantis, intra dies v. vtiles elegisse vnū ex dictis doctoribus præfati collegij, procedendo ad eius electionē iuxta formā statuti. De electione consultoris, Alioquin appellatio ipsa deserta sit, & esse censeatur virtute præsentis statuti, nisi collegiū ipsū ex causa aliqua in scriptis allegaretur suspectū. Quo casu cā ipsa suspicionis cognosci, & terminari debeat per D. Gubernatorē Ciuitatis Mut. intra v. dies vtiles, an collegium ipsum ex causa legitima, & probata, sit suspectum. Qui vbi declarauerit causam suspicionis propositæ esse legitimam, & probatam, tunc appellatio ipsa interposita ipso iure deuoluat ad III. Consilium Iustitiæ Sereniss. D. N. quod in eo casu sit Iudex in ipsa app. cā. Vbi aūt intra dictū tēpus super prædicta suspicionis causa non fuerit declaratū, vel ēt sit declaratū cām suspicionis non esse legitimā, vel non esse probatā, tunc oīno pcedatur ad electionem dicti doctoris vt supra, & a declaratione prædicti D. Guber. nullo modo appellari possit, nec contra eā de nullitate dici, vel in integrū restitutio peti, etiā ex capite minoris ætatis, & si ab ipso electo, vel eius sententia appellaretur, appellatio ipsa deuoluat ad ipsum collegium, & alius ex dicto collegio eligatur modo quo supra.

¶ De temporibus appellationum. RVB. L.

Vide Reformat. Rub. vi. Car. 1.

STatuimus quod interposita appellatione a sentētia definitiua intra tpa præfixa in statuto. Quando, & intra quod tēpus appellādum sit, teneatur appellans parte altera citata cū copia libelli appellatorij, seu appellationis loco libelli producere dictum libellū appellatorium, vel appellationē ipsam loco libelli corā Iud. ad quē, intra terminū v. dierū vtilium a die interpositæ appellationis, & si ad collegiū DD. Aduocatorum Ciuit. Mut. fuerit appellatum à die electionis ipsius Iud. electi. Quod si intra tempora præfixa in statuto prædicto non fuerit appellatum, vel intra dictos terminos productus non fuerit libellus, vel appellatio vt supra, sententia ipsa rata maneat, & ipso facto intelligatur in rem Iudicatam transiuisse. Libello autem appellatorio, vel appellatione loco libelli producta vt supra, assignatus sit, & esse intelligatur parti con-

tra

tra quam fuerit appellatum præsenti,vel absenti terminus duorum dierũ vtilium ad respondendum & opponendum dicto libello,seu appellationi loco libelli productæ ipsi in citatione transmisso,vel transmissæ. Et si pars appellata intra dictum terminum nihil opposuerit,vel etiam opposuerit quaslibet exceptiones,seruentur & seruari debeant disposita in statuto. De incidentibus & emergentibus.nisi fuerit opposita exceptio procuratoris, vel incompetentiæ Iudicis, aut satisdationis non præstitæ secundum formam stat. vel oppositum fuerit appellationem non deuoluere,vel ei non fuisse nec esse deferẽdum, seu appellationem aliquo modo esse desertam. Quibus casibus Iudex super ipsis omnibus oppositionibus, seu qualibet earum pronuntiare expresse teneatur intra terminum quinq; dierum vtilium a die oppositionis. Qui si pronuntiauerit satisdationẽ præstandã,Iudicẽ incompetentẽ,vel competentẽ,mãdatũ legitimũ,vel non legitimũ,aut appellationẽ deuoluere, seu illi fuisse deferen. vel instantiã appellationis non esse desertã,ab huiusmodi pronuntiatione minimè possit appellari,nec de nullitate dici,vel aduersus eam restitutio in integrum peti ẽt ex capite minoris ætatis.Si vero pronuntiauerit appellationem non deuoluere,vel ei non fuisse deferendũ,vel instantiam appellationis fuisse vel esse desertam,à dicta pronuntiatione appellari valeat, quæ appellatio interponatur,& in ea ꝓcedatur,atq; termineturiuxta tẽpora præfixa in præsenti statuto. De appellationibus ab interlocutoria.Et in his omnibus casibus semper victus victori condemnetur in expensis,& condemnatus esse intelligatur ẽt si per Iudicẽ non condẽnaretur.Et vbi & quando in cã appellationis interpositæ á sententia super negotio principali lata ꝓcedatur,vel procedendum sit,ꝓcedi debeat modo,& forma infrascriptis.Nam expeditis ijs,de quibus supra, vel lapsis dictis temporibus,incontinenti assignetur,& assignatus esse intelligatur virtute præsentis statuti partibus terminus qratuordecim dierum vtilium ad probandũ,& probatũ haben.ꝓoẽm modum,speciem,& genus probationis, & defensionis.Et post dictũ terminũ non possit aliqua pars aliquid probare, producere,vel contradicere,nisi pars aliqua allegauerit in prædicto, vel infrascripto termino probatorio,seu reprobatorio se indigere attestationibus aliquorum testium,vel productione aliquorum instrumentorum in remotis adeo partibus existentium, vt meritò longior terminus exigatur,quo casu tam quo ad dictũ probatorium,q̃ reprobatorium terminum prorogandum seruetur quod sancitũ est in statuto.De testib.exam.extra ciuitatẽ.Quo termino dierum quatuor decim præterito,ea die publicatus sit ipso iure processus, dicta, & attestationes testiũ.Et si in dicto termino xiiij.dierũ vtiliũ nullæ denuo factæ fuerint probationes per instrumenta,vel testes,eo casu nullus assignetur,nec assignatus esse intelligatur terminus ad reprobandum,& reprobatũ habendum, immo ipso iure concluſum sit in cã virtute præsentis statuti. Si aũt per ipsas partes, vel aliquã earũ in dicto termino aliquid denuo probatum fuerit, tũc assignetur,& assignatus esse censeatur terminus x.dierum vtilium ad reprobandum,& reprobatum habendum per omne genus,& speciem reprobationis, seu defensionis, saluo quòd si is,contra quẽ in termino prædicto probationes denuo factæ fuissẽt,ꝓtestatus in actis fuerit se nolle nec ipsos testes,nec attestationes,nec instru

menta contra ipſum inductos, factas, vel producta reprobare, tunc ſi ex parte ſua nullæ factæ fuerint probationes, nullus terminus ad reprobandum aſſignetur, vel aſſignari poſſit, & quatenus terminus ipſe incepiſſet currere, facta in actis dicta proteſtatione ſtatim & ipſo iure finiatur, & finitus eſſe intelligatur, & procedatur in cauſa. Et termino reprobatorio aſſignato vt ſupra, poſſit pars, contra quam factæ fuerint probationes, vel producta inſtrumenta, producere altera parte præſente, vel legitime citata, articulos, ſeu capitula tendentia tantum ad reprobandum producta, vel probata per alteram partem in termino probatorio ipſius cauſæ appellationis, & hoc in primis quinq; diebus dicti termini reprobatorij poſt quos quinq; dies articuli, ſiue capitula aliqua producti minime valeant, & producta non admittantur, & ſi admiſſa fuerint, & teſtes forte examinati, eorum dicta non valeant, nec probent, immo nec indicium faciant. Et copia dictorum capitulorum decernatur alteri parti petenti cum termino vnius dieiutilis ad faciendum interrogatoria, & in quatuor primis diebus termini reprobatorij (vbi terminus ipſe reprobatorius aſſignatus ſit) teneatur notarius cauſæ dediſſe copiam omnium teſtium & atteſtationum in cauſa ipſa examinatorum parti ſeu partibus reprobare volentibus, ſub pœna librarum decem applican. pro dimidio parti reprobare volenti, & pro alio dimidio Fiſco Duc. & inſuper teneatur parti læſæ ad damna & intereſſe. Et termino probatorio, & reprobatorio (vbi reprobationi locus ſit (elapſis vt ſupra, tunc ipſo iure in cauſa concluſum ſit, & pro concluſo habeatur abſq; alia declaratione, & vlterius nulla partium poſſit aliquid probare, vel iura aliqua producere, vel in actis exhibere, etiam ad declarationem actitatorum & producta, vel probata, ſeu exhibita non proſint, nec auxilientur, & ſic concluſo vel habito p concluſo in cauſa, currat vtriq; parti terminus x. dierum continuorum ad faciendum deſcribere, & ad habendum ſcripturas, & acta, & proceſſus cauſæ. Quo termino x dierum elapſo, currat ipſo iure vtriq; parti terminus trium meſium continuorum ad præſentandum proceſſus, & ſcripturas Iud. ad finem ferendæ ſententiæ, & poſſit quælibet pars quandocunq; intra dictum terminum trium menſium dictum proceſſum, & ſcripturas Iud. præſentare, parte præſente, vel legitime citata, & nihilominus appellans intra dictos tres menſes continuos dictū proceſſum, & ſcripturas vt ſupra præſentare teneatur, & ſi proceſſus, & ſcripturæ, præſentatus, & præſentatæ non fuerint appellatio ſit ipſo iure deſerta. Præſentato aūt proceſſu, ſi qua partiū conſiliū ſapientis petere voluerit, illud petere poſſit iuxta tradita in ſtatutis noſtris, & præſentatis ſcripturis vt ſupra, ſi petitum non fuerit conſilium ſapientis, vel lapſum tempus conſultori ad conſulendum, Iudex, coram quo cauſa pendebit, teneatur, & debeat intra terminū viginti dierum vtiliū ſuam ferræ ſententiam claram, & apertam, & non per relationem ad acta, quæ ſi intra dictum terminum lata non fuerit, vel lata ſit minime clara, & aperta, ſed referens ſe ad acta, inſtantia pereat, & appellatio ſit, & eſſe intelligatur omnino deſerta. Et quæ dicta ſunt ſupra procedant, & procedere intelligantur quo ad inſtantiam primæ, vel ſecundæ, vel vlterioris appellationis interpoſitæ niſi in aliquo, vel aliquibus caſibus aliter diſpoſitum eſſe reperiatur per noſtra ſtatuta. Quò vero ad tempora appellationum

tionũ ab interlocutorijs meris, siue habentibus vim definitiuæ, & quæ expectãt aliã sentẽtiam post se, & a quibus liceat ex forma nostrorum statutorum appellare, seruentur, & seruari debeant tempora infrascripta. Nam vbi dãtur ad appellandum a definitiua decem dies continui, sint in qualibet interlocutoria quinq; dies continui, & vbi dantur in definitiua ad producen. libellum, seu appellationem loco libelli quinq; dies vtiles, sint in qualibet interlocutoria tres vtiles tantum, & vbi dantur in definitiua ad pronuntian. super mãdatis, incompetentia, satisdatione non præstita, deferendum, vel non deferendum, a desertione appellationis quinq; dies vtiles, sint in qualibet interlocutoria tres dies vtiles tantũ. Reliqua aũt tempora in appellationibus a definitiuis in præsenti statuto contẽta dimidiẽtur, & dimidiata esse intelligãtur ipso iure in qualibet interlocutoria. Declarãtes, quod prædicta oĩa tpa assignata per præsens statutum appellationibus interpositis, siue à definitiuis, siue ab interlocutorijs procedant, & locum habeãt quo ad appellationes interpositas a sententijs latis in ciuitate, vel districtu Mut. quò verò ad appellationes interpositas a sententijs latis extra ciuitatẽ, & districtũ, seruari volumus etiam tpa suprascripta, præter quam tempus appellationis interponendæ, & tempus producendi libelli appellatorij, seu appellationis loco libelli coram Iud. ad quem, quia in ijs seruari volumus tempora infrascripta. Nam quo ad tempus appellationis interponẽdæ seruari volumus statuta locorum, & ijs deficientibus ius commune, quo verò ad tempus ꝓductionis libelli appellatorij, si quidem lata fuerit sententia in aliquo loco citra Serrã Lugurzani, teneatur appellans libellum appellatoriũ, vel appellationẽ loco libelli appellatorij producere intra terminũ xij. dierum vtiliũ à die interpositæ appellationis iure ordinario deuolutæ ad aliquẽ Iud. in ciuitate Mut. vel à die delegationis causæ appellationis delegatæ. Si vero lata fuerit in aliquo loco sito vltra dictam Serrã, teneatur appellans intra termiñ xvi. dierũ vtiliũ producere libellũ appellatoriũ, seu appellationẽ loco libelli appell. a die interpositæ appellationis, vel delegationis vt supra respectiue, & ad huiusmodi ꝓductionem libelli, vel appellationis vt supra citari legitime debeat appellatus, vel eius legitimus ꝓcurator ꝑ nuntiũ Com. Mut. vel ꝑ literas cũ citationibus introclusis directiuas ad Iud. sub cuius iurisdictione habitauerit citãdus cũ comminatione, qd̃ ẽt veniat ad eligen. locũ in vrbe Mut. vbi citari deinceps in dicta causa debeat, vel possit, aliter eligentur scalæ palatij, & ꝓut disponitur in statuto De citationibus. Et hæc, quæ proxime dicta sunt de appellationibus interpositis a sententijs latis extra districtum, quo ad productionem libelli locum habeant, & procedant in omnibus appellationibus interpositis siue a sententia definitiua, siue interlocutoria mera, vel habente vim definitiuæ, à quibus secundum statuta locorum liceret appellare. Insuper ẽt statuimus, quod omnia & singula statuta loquentia de appellationibus interpositis, seu interponendis procedant, & locum habeant, siue appellationis cã simpliciter, siue mistim cum causa nullitatis annexa fuerit deducta. Item statuimus quod sufficiat appellãti quo ad libelli appellatorij productionẽ, facere citare secundũ formã nostrorum statutorũ appellati procuratorẽ, qui in ꝓxime præcedenti instantia sententiã ad sui fauorẽ tulerit ita tamen, quod vltra dictam li-

belli productionem teneatur appellans facere citare ipsum appellatũ, si modo dictus procurator noluerit vlterius prosequi ipsam cãm appellationis, & ita in actis expresse protestatus fuerit Et hæc omnia procedant, vbi aliter per aliud statutum in appellationum causis specialiter non esset prouisum, quia vbi specialiter esset prouisum illud obseruari volumus.

¶ De Appellationibus ab interlocutorijs. Rub. LI.

VT longitudini litium, & subterfugijs, ac calumnijs litigãtium occurratur, præsenti hoc statuto ordinamus, quod ab aliqua interlocutoria habente vim deffinitiuæ lata quandocunq; ante sententiã super negotio principali, siue huiusmodi interlocutoria pariat præiudiciũ reparabile, siue irreparabile p appellationẽ a definitiua non possit appellari, nec de eius nullitate dici, nec in integrũ restitutio peti ẽt ex capite minoris ætatis, nisi vna cũ appellatione a sẽtentia super negotio principali lata, & non prius modo aliquo, ratione, vel cã. Quã appellationẽ, nullitatis dictionẽ, & in integrũ restitutionẽ vna cũ definitiua terminari, ac finiri volumus simul cũ negotio principali. Quod aũt diximus ab interlocutorijs appellari & de nullitate dici, vel in integrũ restitutionẽ peti posse vna cũ appellatione a sententia super negotio principali vt supra lata, intelligatur. & procedat, si ab ipsa sententia super principali lata appellari possit. Vbi aũt ab ipsa sententia super negotio principali lata non liceret appellare, tũc a dicta interlocutoria, seu interlocutorijs, nec appellari, nec de nullitate dici, nec in integrũ restitutionẽ peti posse concedimus, & minime reseruatũ intelligatur aliquod ius appellandi, vel de nullitate dicen vel restitutionis petendæ, sed penitus, & oĩno sit extinctũ. Et prædicta non procedant vbi contra aliquã partiũ eiusmodi lata esset pronuntiatio p q̃s impediretur, ne ad definitiua sententiã deueniri posset. Quo casu a tali pronuntiatione appellari, & de eius nullitate dici, ac in integrum restitutionem peti posse permittimus. Et ipsa appellatio interponatur, & terminetur intra tempora præfixa appellationibus ab interlocutorijs, de quibus in statuto. De temporibus appellationum.

¶ A quibus sententijs non liceat appellare. RVB. LII.

Vide Reformat. Rub. VII. Car. 2.

STatuimus quod quotiescunq; duæ sententiæ inueniãtur conformes in toto, vel in parte aliqua, ab eo, in quo erunt conformes, non liceat alicui partiũ appellare, item & appellare non liceat, nec de nullitate dicere, vel in integrũ restitutionẽ petere a sententia non excedẽte summam, vel pretiũ, seu interesse, librar. XV. monetæ Mut. vt in statuto. De officio Iud. ad minora. Quo vero ad appellationes ab interlocutorijs seruetur statutum. De appellationibus ab interlocutorijs. Ab executione autẽ iuris, seu facti commissa, seu facta seruatis seruan. non liceat modo aliquo appellare, vel de nullitate dicere, nec restitutionẽ in integrũ petere, nisi in casibus a iure communi, vel municipali pmissis. Quibus ẽt casibus permissis, volumus per appellantem statim, vel die immediate sequenti a die interpositæ appell. fieri debere depositũ actuale lib x. penes notariũ causæ, si debitum, pro quo commissa fuit executio, non excedat summam lib. C. si vero excederet summam prædictã, & tamen non trascenderet quãtitatẽ vel pretiũ lib. trecentarũ, appellãs, vel de nullitate dicens non admittat, nisi facto depositolib. XV. debito vero excedente summam, & pretium lib. CCC.

non

non admittatur appellatio, vel nullitatis dictio, nisi facto actuali deposito lib. xx. monetæ Mut. Et si dictum depositum factum non fuerit procedatur, & p-cedi debeat ad vlteriora in cã absq; alia pronũtiatione, perinde ac si appellatũ & de nullitate dictũ non fuisset. Si aũt factũ fuerit depositum, & appellans ipte quoquo modo in cã succubuerit, seu in appellatione non obtinuerit, illico depositarius ipsum depositũ realiter, & personaliter soluere cogatur ipsi appellato loco pœnæ, damnorum, & interesse ipsius appellati, & præterea saluum sit appellato ius etiam expensas consequendi contra ipsum appellantem.

¶ De Causa nullitatis. RVB. LIII.

SIcut in statuto De appellationibus est dispositum, quod a mera interlocutoria, vel habente vim definitiuæ non liceat appellare quoquo modo, nisi vna cum appellatione a sententia super negotio principali lata (vbi tamẽ locus sit appellationi) Idem etiam seruari volumus & mandamus omnino, si quis dicere voluerit de nullitate alicuius interlocutoriæ meræ, vel habentis vim definitiuæ, etiam si nullitas euidens esset, vel notoria prout in dicto statuto ordinatum est circa appellationem. Si quis vero dicere voluerit sententiam super principali negotio latam nullam esse, vel inualidam per viam principalis, seu simplicis petitionis, si quidem vna tantum sententia, vel plures non conformes super ipso negotio principali latæ fuerint, liceat tunc de nullitate dicere, & de ea cognoscatur intra tpa sub titulo De temporibus nullitatis, & executio differatur ipsa nullitate pendente Si vero duæ latæ fuerint sententiæ conformes, tũc de nullitate quidẽ dici possit, sed executio nullo modo impediatur, vel retardetur, seu retardari valeat p iudiciũ nullitatis principaliter intentatæ vt supra.

¶ De temporibus causæ nullitatis. RVB. LIIII.

SI quis dicere proposuerit aliquã sententiã nullã in casibus non prohibitis ex forma nostrorum stat. teneatur petitionẽ huiusmodi nullitatis coram Potestate, vel lud. appell. ciuitatis Mut. producere intra octo dies vtiles a die scientiæ latæ sentẽtiæ, de cuius nullitate dicere voluerit, parte tamẽ citata, vel eius procuratore, qui vltimus fuit in instãtia ipsius sententiæ, quæ allegatur nulla, qui procurator non possit dicere, vel allegare se nolle esse pcuratorẽ, & prout in stat. De temporibus appellationum in fine. Et petitione porrecta vt supra, tunc assignatus sit, & esse intelligatur alteri parti terminus duorũ dierum vtilium ad opponen. & excipien. Quo termino elapso, siue pars responderit, siue non, lis habeatur p contestata, & procedat in cã non obstantibus exceptionibus quibuscunq;, & prout in statuto. De in ius vocatis, & venientibus, & ipso iure assignetur, & assignatus esse intelligatur terminus xv. dierum vtilium ad pbandũ, & probatũ habendũ per oẽm modũ & speciẽ probationis, & dicto termino elapso d cẽs de nullitate intra terminũ octo dierum continuorũ debeat præsentasse scripturas iudici causæ ad finẽ ferẽdæ sentẽtiæ. Quibus præsentatis teneatur lud. suã ferre sententiã clarã, & aptã intra terminũ x. dierũ vtilium immediate sequentiũ, qui terminus nullo modo progari possit, nisi semel tantũ p tres dies vtiles de consẽsu partiũ, & si vltra progaretur, prorogatio huiusmodi sit nulla, ẽt si cum iuramẽto facta esset, & in tali casu iuramentum dolo ipsius de nullitate dicentis, & metu Iudicis extortum præsumatur. Si vero per lud.

et post hanc sententiam appellationis de nullitate dicat Contard. in l. 1. C. de iudicat. post. 11. fuerit appellatum. lib. 7. n. 67. in vers. intelligitur tamen. Surd. cons. 354. n. 17

ſteterit quin cã terminetur in dicto termino, Iudex ipſe ad damna, & intereſſe parti læſæ ipſo iure teneatur, & ẽt incidat in pœnam librarum xxv. applicandã pro dimidia parti læſæ, & pro alia dimidia Fiſco Ducali, & nihilominus inſtantia pereat, & firma maneat ſententia, de cuius nullitate dictum fuerit'. Si autẽ aliqua partium conſilium ſapientis petere voluerit, illud intra primos tres dies termini dati ad ferendam ſententiam petere teneatur, & vltra illos petere nõn poſſit, quo petito, illud ſeruetur, quod circa ſententias definitiuas in ſtatutis noſtris ordinarum eſt. Et ſi ſententia declarata fuerit valida, tunc a tali ſentẽtia appellare non liceat, ſi vero ipſa ſententia pronuntiaretur nulla, tunc intra quatriduum continuum a die ſcientiæ appellari poſſit, & in ipſa appellationis cauſa ſeruentur tempora ſupraſcripta in prima inſtantia ipſius nullitatis ordinata. Quo vero ad nullitatem grauaminis, ſeu executionis commiſſæ, vel tenutæ datæ, vel dari commiſſæ ſeruatis ſeruandis, ſeruetur forma tradita in ſtat. A quibus ſententijs non liceat appellare.

¶ De petitione reductionis laudi, ſeu arbitramenti ad arbitrium boni viri. RVB. LV.

SI quis per modum principalis petitionis petere voluerit aliquod laudũ, ſeu arbitramentum annullari, vel reduci ad arbitrium boni viri procedat, & procedere debeat modo, & ordine infraſcriptis Nam ſi ſimpliciter dicere voluerit de nullitate laudi, ſeu arbitramenti (quod vbi dicere valeat dictum eſt in ſtat. De cauſa nullitatis) tunc in dicta cã nullitatis procedat iuxta tradita in ſtatuto De tẽporibus cauſæ nullitatis. Si vero petere voluerit laudum, ſeu arbitramentum reduci ad arbitrium boni viri, admiſta ẽt cã nullitatis incidenter, vel principaliter deducta, tunc producere debeat ipſam reductionis petitionẽ corã D. Prætore Mutinæ, vel eius Vicario intra terminum quinq; dierum vtiliũ a die ſcientiæ laudi, ſeu arbitramenti immediate ſequentium, parte tamen legitime citata, contra quam petita fuit reductio, cui parti legitime citatæ poſt ipſam petitionẽ productam aſsignetur, & aſsignatus eſſe intelligatur ipſo iure terminus duorum dierum vtilium ad opponendum, & excipiendum. Quæ omnes exceptiones, tam dilatoriæ, declinatoriæ, & miſtæ, quam peremptoriæ ſaluæ, & reſeruatæ eſſe intelligantur virtute præſentis ſtatuti tempore diſputationis, & ferendæ ſententiæ, exceptis tamen exceptionibus terminandis ante litẽ conteſtatam, de quibus in ſtaruto. De in ius vocatis, & venientibus. Quibus terminatis vel elapſo tempore ad terminandum eas, ſi quæ fuerint oppoſitæ, ſtatutus ſit ipſo iure vtriq; parti terminus duodecim dierum vtilium ad probandũ, & probatum habendum per omne genus, & ſpeciem probationis, & eo termino duodecim dierum ad probandum elapſo, ſtatutus ſit ipſo iure vtriq; parti terminus quinq; dierum vtilium ad reprobandum, & reprobatum habendum per omne genus & ſpeciem reprobationis. Et eo termino v. dierum elapſo, neutra pars poſsit quicquam amplius producere, exhibere, vel probare quouis modo, ſed ſit concluſum, & pro concluſo habeatur in cauſa, & currat vtriq; parti terminus x dierum continuorum ad faciendum deſcribere, & ad recipiẽdum ſcripturas a notario cauſæ, & ad præſentandum per vtranq; partem ipſas ſcripturas Iudici ad finem ferendæ ſententiæ, & nihilominus ſi reclamans intra di-

ctum

ctum tempus x dierum dictas scripturas non præsentauerit, instantia reductionis & nullitatis pereat, & laudum transeat in rem iudicatam. Quibus scripturis præsẽtatis vt supra, assignatus sit ipso iure Iudici causæ terminus octo dierũ vtilium ad dandum, & proferendum sententiam claram, & apertam, & non confusã, nec p relationẽ ad acta, alioquin instantia pereat vt supra. Possit autẽ vtraq; pars in suprascripto, & suprascriptis casibus petere consilium sapientis intra quatuor primos dies dictorũ octo dierum vtilium, quod Iudex decernere teneatur iuxta tradita in statutis nostris. Et si intra dicta tempora Prætor, vel alius Iudex aditus, laudum, seu arbitramentum ipsum confirmauerit in totũ, vel in partẽ, tũc neutri parti liceat appellare, vel quoquo modo reclamare ab ipsa sententia, vel pronuntiatione reductionis pro ea parte, seu toto, in qua, vel quo sententia ipsa reductionis conformis fuerit laudo, seu arbitramẽto prædicto. Si vero dictum laudum, seu arbitramentum in totum, vel in partem declaratum fuerit nullum, vel reductũ ad arbitriũ boni viri, tunc liceat parti succumbenti ab ea parte, pro qua laudum, seu arbitramentũ fuerit infirmatũ, appellare, seu reclamare, admissa ẽt nullitatis cã, intra v. dies continuos a die sciẽtiæ immediate sequentes, & dicta appellatione interposita, appellans ipse producat, & producere teneatur, intra terminum v. dierum vtiliũ corã Iud. appellationum ciuitatis Mut. libellum appellatoriũ, siue appellationem ipsam loco libelli, legitime tamen citata parte appellata. Quo libello producto ipsa appellationis, seu nullitatis admistæ causa terminetur, & terminari debeat, ac in ea procedi iuxta, & secundum tempora præfixa causæ, seu instãtiæ ipsius reductionis, aliter appellatio ipsa deseratur, & deserta sit, & sententia, a qua fuit appellatum, firma maneat, & similiter si ab hac sententia, vel pronuntiatione in causa appellationis lata contingeret appellare, huiusmodi appellatio ẽt admista nullitatis causa introducatur coram vno ex aduocatis Mag. Collegij DD. Doctorũ ciuitatis Mutinæ eligendo iuxta formam statutorum nostrorum tradita sub titulo. Ad quos appellandum sit, & libellus siue appellatio loco libelli producatur, & in dicta causa procedatur, ac finiatur, & terminetur iuxta tempora appellationis proxime præcedentis. Verum si Iudex causæ in prædictis sententijs ferendis respectiue negligens fuerit, teneatur ad damna, & interesse parti læsæ & nihilominus incidat in pœnam libr. xxv. applicandam pro dimidia Fisco Duc. & pro alia dimidia parti læsæ. Addentes quòd si ad producendã reductionis petitionem, vel libellum appellatorium contingeret citari aliquem extra ciuitatem, & districtum Mut. tunc, quo ad tempora producendæ appell. vt supra interpositæ, seruari volumus tradita in stat. De temporibus appella.

¶ De Restitutione in integrum. RVB. LVI.

SI quis, Commune, vel Collegium, seu vniuersitas petierit ex quacunq; causa, etiam minoris ætatis, restitutionem in integrum super ea hoc ordine procedatur. Nam si per modum principalis petitionis ipsa restitutio petita fuerit aduersus contractum, vel quasi, seu sententiam aliquam, tunc super ipsa restitutione procedatur iuxta tempora reductionis ad arbitrium boni viri, nec ob ipsam restitutionem impediatur iudicium inchoatum, vel incohandum occasione dicti contractus, vel sententiæ, præstita tamen cautione idonea per actorem

Vide Reformat. Rub. viii. Car. z.

tem dicto petenti restitutionem de restituendo ipsi petenti restitutionem omne id,& totum,quod consequetur actor vigore dicti contractus,vel sententiæ, & damna,& interesse ea de relpassa,vel patienda.Si vero dicta restitutio petita fuerit per modum exceptionis,vel incidenter,tunc, si ex sui natura reseruari possit tempore disputationis ferendæ sententiæ, ipso iure intelligatur reseruata,& super ipsa restitutione admittantur probationes,defensiones, & alia necessaria,vel opportuna.Si vero huiusmodi restitutio ex sui natura non possit reseruari temporæ dictæ disputationis ferendæ sententiæ, tunc ipse Iudex intra terminum quinq; dierum vtilium super ea expresse pronuntiet, vel reijciat tacite,vel expresse,& a dicta pronuntiatione,vel reiectione per aliquam partiũ non liceat appellare,vel de nullitate dicere. Declarantes quòd vbi restitutio in integrum peteretur aduersus omissionem aliquam, ex qua petens tanquam læsus veniat restituendus,tunc restitutio ipsa non aduersus totum tempus,sed ad illud solum quod arbitrabitur,& statuetur per D.Iud.attenta negotij qualitate,& si petens in prædictis restitutionem nihil probauerit intra tempus sibi statutum condemnetur in lib.x applicandis ipso iure alteri parti,non obstãte, quod principalis sit minor vel procurator non habeat legitimum mandatum ad facien.cadere Dominum in pœnam.Declarãtes etiam, quòd vbi semel concessa fuerit restitutio aduersus idem ex eadem,vel diuersa causa etiã superueniẽte non possit amplius dicta restitutio peti,vel per Iud. concedi quoquo modo,& si concessa fuerit,ipso iure non valeat.

¶ De Sententijs,vel laudis executioni mandandis. RVB. LVII.

STatuimus,& ordinamus quod quælibet sententia Ciuilis,vel Criminalis,seu mista lata in ciuitate Mutinæ,vel extra per Iudices ordinarios vel extraordinarios,ac delegatos,cuius executio petitur, debeat executioni mãdari elapsis decem diebus continuis a die prolationis ipsius,tempore quadrimestri non obstante,hoc modo videlicet.Citetur condemnatus,vel eius hæres ad instãtiam creditoris,seu petitoris,vel eius hæredis de mãdato D.Iud.coram quo petetur executio,quatenus prima hora iuris proxime futura comparere debeat coram ipso Iud.ad videndum produci dictam sententiam,& eius peti executionẽ pro contentis,vel aliquo contentorum in ea,& pro expensis factis,& faciendis, & successiue ad videndum,& audiendum sibi statui,& assignari terminũ triũ dierum vtilium proxime futurorum ad habendum copiam dictæ sententiæ,& eidẽ opponendũ,& contradicen.quicquid voluerit,ne dicta sententia contra eũ exequatur.Et sic dicta prima die iuridica ꝓducatur dicta sententia in publica forma,& authentica,& fiat instãtia vt supra,& si quidẽ citatus non comparuerit,tunc D.Iudex sententiã exequatur modo infrascripto,si vero comparuerit, & copiã petierit,tunc eidẽ assignetur terminus triũ dierũ vtilũ ad habendum copiã,& ad opponendum,& excipiendũ contra dictã sentẽtiã, seu executionẽ petitã,qui si in dicto termino nihil opposuerit,dicta sentẽtia similiter executioni mandetur vt supra, si vero intra dictum terminum triũ dierũ aliquas exceptiones opposuerit tunc saluis ipsis exceptionibus tempore ferendæ sententiæ siue dilatorijs quibuscunq; siue peremptorijs,siue mistis, siue etiam illis,de quibus in statuto. De in ius vocatis,& venientibus,ipso iure statutus sit vtriq;

parti

parti terminus duodecim dierum vtilium ad probandum, & probatum habē-
dum per omne genus, ſpeciem, & modum probationis. Quo termino xij. dierū
ad probandum elapſo ipſo iure ſtatutus eſſe intelligatur terminus quinq; die-
rum vtilium ad reprobandum per omne genus, & ſpeciem reprobationis. Et
ſi quidem in dicto termino vt ſupra, dictum fuerit de nullitate ſentētiæ, cuius
petitur executio, ſi dicatur principaliter, & ſimpliciter de nullitate, fiat, & ſer
uetur id quod traditur in ſtatuto. De cauſa nullitatis. Si autem per viam exce-
ptionis oppoſitum fuerit de nullitate, tunc dicta nullitas, ſeu nullitates cogno
ſcantur, & terminentur prout, & quando aliæ exceptiones terminantur. Et ſi
fuiſſet appellatum a ſententia, vel reclamatum a laudo, de qua, vel de quo pe
teretur executio, & opponeretur de pendentia appellationis, vel reclamatio-
nis, & de deſertione replicaretur, non obſtante quòd pronūtiatum non fuerit
appellationem, vel reclamationem deſertam, cognoſcatur incidenter intra tē
pus datum a ſtatuto ad terminandum exceptiones an ſit deſerta, nec ne, & con
ſtito quod ſit deſerta, exequatur ſententia, vel laudum huiuſmodi exceptione
non obſtante. Termino autem dictorum quinq; dierum elapſo concluſum ſit,
& pro concluſo in cauſa habeatur, & ipſo iure aſsignatus ſit terminus decē die-
rum vtilium Iudici ad proferendum ſententiam ſuam claram, & apertam, &
non in confuſo. Quo elapſo, ſi ſententia lata non fuerit, inſtantia pereat, & per-
empta ſit ipſo iure, & ſententia executioni mandetur vt ſupra. Et ſi pronuntia
tum fuerit ſententiam exequendam, & exceptiones non obſtetiſſe, nec obſta-
re, tunc ſimiliter mandetur executioni vt infra, nec ab huiuſmodi ſententia ap
pellari aliquo modo poſsit, & de nullitate dici niſi nullitas eſſet ex ordinatione
alicuius ſtatuti noſtri, nec in integrum reſtitutio peti, ēt ex capite minoris æta-
tis. Si vero pronuntiatum fuerit exceptiones obſtare, & ſucceſsiue ſententiam
ipſam non eſſe exequendam in totum, vel in partē aliquā, grauatus huiuſmodi
ſententia appellare poſsit, & de nullitate dicere in ea parte, quam pronuntia-
tum fuerit non eſſe exequendam, intra duos dies continuos a die ſciētiæ ipſius
ſententiæ. Qua appellatione interpoſita, teneatur appellans libellum appella
torium, vel appellationem loco libelli appellatorij producere intra terminū
quinq; dierum vtilium coram D. Iudice ad quem, citata legitime parte aduer-
ſa, cui ſtatutus ſit ipſo iure terminus duorum dierum vtilium ad excipiendum
dicto libello appellatorio, quo elapſo ſtatutus ſimiliter ſit terminus ad proban
dum & reprobandum vt in prima inſtantia, & alia ſeruentur in cauſa huius, vel
alterius appellationis, de quibus ſupra in prima inſtantia. Exceptiones autem
omnes opponi contra ſententiam, ſeu executionē petitā permittimus, quæ a iu
re Communi, vel municipali noſtro opponi poſſe non prohibentur. Verum ſi
is, qui opponit eas exceptiones, non probauerit, vel in ipſis ſuccubuerit, condē
netur, & condemnatus eſſe intelligatur ipſo iure in expenſis taxandis, & mode
randis arbitrio prædicti D. Iudicis, & in libris quinq; pro qualibet exceptione
oppoſita, & non probata, ſeu in qua ſuccubuerit, applicandis parti executio-
nem petenti. Quam pœnam, & expenſas Iudex coram quo executio petita eſt,
exigere teneatur ſub eadem pœna, in quam incidat ipſo facto, ſi intra quinq;
dies vtiles poſtquam fuerit requiſitus, non compulerit realiter, & perſonaliter

alte-

alteram partem ad ſolutionem prædictam. Et ſentētia in caſibus prædictis executioni mandetur hoc modo videlicet. Nam denuntiatio fiet in ſcriptis principali condemnato, vel eius hæredi iuxta formam citationum traditam a noſtris ſtatutis, de mandato Iud. coram quo citabitur, vt intra tertiam diem vtilē proxime venturam ſit concordatus cum creditore ſuo, ſeu petitore de re contēta in ſententia. A qua denūtiatione nolumus poſſe appellari quoquo modo, nec reſtitutionem in integrum peti, & aliquas exceptiones nequaquam opponi impedientes executionem, niſi opponeretur exceptio nouæ conuentionis, vel ſatisfactionis factæ poſt ſententiam, exceptiones. n. huiuſmodi opponi poſſe permittimus ēt poſt dictā denuntiationem citra tamen moram legitimæ executionis faciendæ, & executionis effectualiter denuntiandæ. Quam conuētionem, vel ſatisfactionem probari volumus intra menſem proxime ſequētem a die dictæ oppoſitionis, & ſi probatum fuerit de conuentione, vel ſatisfactione, prætenſus debitor repetere poſſit ſolutum, & omnia damna, expenſas, & intereſſe a prætenſo creditore, ſeu petitore, & præterea aſſertus creditor, vel petitor cadat in pœnā contentā in ſtatuto. De pœna petentis debitum ſolutum p inſtrumētū. Quo termino denuntiationis elapſo, ſi ipſe debitor non fuerit in concordia cum creditore, vel victore, tunc ſiue actū fuerit reali, ſiue perſonali, fiāt, & ſeruentur quæ traduntur in ſtatuto. De primo, & ſecūdo decreto contra non contumacem. Ex laudo aūt, vel arbitramento agi poſſit, & ex eo oriatur actio vt & quēadmodū oritur ex ſententia ordinarij, non obſtantibus aliquibus verbis, vel pœna appoſitis in compromiſſo, & huiuſmodi laudū, ſeu arbitramētū exequi poſſit, & debeat, prout exequitur ſentētia ordinarij vt ſupra dictum eſt. Quæ omnia dicta in executione ſententiarū latarū per Iudices in præſenti ſtatuto intelligantur, & ēt locum habeant omnino in executione laudorū, ſeu arbitramentorum latorum in ciuitate Mut. vel alibi, & inter quoſcunq; ēt forenſes. Declarantes quod D. Pot. Mut. & quilibet ex iudicibus Com. poſſit, teneatur, & debeat ad requiſitionem cuiuſlibet legitimi petitoris executioni mādare ſententias quaſlibet latas, vbicunq;, & inter quoſcunq; etiam forenſes, & per quoſcunq; Iudices etiam delegatos à principe, vel ſubdelegatos, etiā ſi per Iudicem, qui tulerit ipſam ſententiam, non fuerit requiſitus executioni mandare, ſi modo alias de iure executionem mereatur, & quæ in præſenti ſtatuto contē ta ſunt non vendicent ſibi locum in ſententijs latis vigore alicuius contractus, vel obligationis vſurarij, vel vſurariæ, vel vſurarij, vel qui intelligeretur vſurarius ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum.

¶ Vbi, quando, & qui capi non poſſint perſonaliter. RVB. LVIII.

Vide Reformat. Rub. 1. Car. 2.

NVllus cuiuſuis conditionis capi perſonaliter poſſit ſiue ſeruatis ſeruādis; ſiue ob ſuſpicionem fugæ in palatio Com. Mut. nec in domo, vel apotheca propria, vel conducta, nec ſeruatis ſeruandis in diebus feriatis in honorē Dei. Et ſimiliter non poſsint infraſcripti quoquo modo capi perſonaliter ſeruatis ſeruandis, vel ob ſuſpicionem fugæ videlicet, Pupillus, Furioſus, Mētecaptus, Mutus Surdus, hæres alicuius, cui competat beneficium inuentarij, Doctor legum, ſiue artium, Eques, Comes Palatinus, & Senex ſexagenarius, nec aliqua Mulier, niſi eſſet caupona, hoſpitatrix, ſtabularia, lena, meretrix, aut matrona mere-

meretricum,etiam si in casibus prædictis,vel aliquo prædictorum contẽtorum in præsenti statuto debitor ipse esset obligatus creditori obligatione iurata, & cũ iuramento renuntiasset in genere,vel in specie auxilijs,beneficijs, & priuilegijs sibi a lege,vel ab homine competentibus, & etiam beneficio legis Plerĩq; ff. De in ius vocando,vel huic statuto nostro. Nam disponimus,quòd in omnibus ijs casibus renuntiatio,& iuramẽtum assertum existimetur dolosum,simulatum,fictitium,dolo,& fraude extortum,& contra bonos mores,& nutritiuũ peccati. Et similiter nullus capi possit personaliter,nisi debitum sit vltra libras tres monetæ,vel vltra pretium librarum trium.

¶ De Represaleis. Rub. LVIIII.

STatuimus quod,si lata fuerit aliqua sententia contra aliquem habitatorem alicuius loci,ducatus, vel diœcesis Mut.qui locus non sit subiectus Communi,& Potestati Mut.& ideo non possit dicta sententia per ipsum potestatẽ, vel aliũ Iud.Com.Mut.in effectu executioni mandari,quia bona non possideat in districtu Mut.nec possit personaliter capi(qua de re fides adhibeatur iuramento petentis executionem)tunc teneatur D.Præt.Mut.& quilibet Iudex dictæ Communitatis de hoc requisitus,executionem realiter,& personaliter facere contra quemlibet habitatorem oppidi,vel loci,in quo habitabat condemnatus ipse tempore condemnationis, sub pœna ipsis iudicibus librarum centũ applicanda pro dimidio Com.Mut.& pro alio dimidio creditori, dummodo dictis iudicibus constiterit quod in processu sententiæ,seu sententiarũ ipse condemnarus fuerit citatus per literas directiuas iudici domicilij ipsius condẽnati,aut ei fuerit notificatũ de lite mota in ciuitate Mut. ita vt potuerit venire ad se se defenden. Et ét constiterit,quod tpe contractus ipse condẽnatus possideret immobilia in loco domicilij, & quòd præsens statutũ fuerit notificatum magistratui dicti loci ad hunc finem, vt transeat in notitiã hominum prædicti loci. Et præterea ét teneatur ad damna,& interesse parti læsæ. Statuẽtes tamẽ quòd,si ageretur contra aliquẽ habitãtẽ vt supra,& præsentaretur in manibus, seu viribus dictorũ magistratuũ,seu magistratus,corã quo ipsæ represaleæ petũtur,reuocentur, & reuocata esse intelligantur omnia acta, & actitata contra alios dicti loci, absq; solutione aliquarum expensarum, quas soluere ipso iure teneatur ipse præsentatus absq; alia condemnatione.

¶ De Reuocatione Precarij,& quo modo in ea procedatur. Rub. LX.

STatuimus,& ordinamus quòd, si in aliquo instrumento obligationis alicuius contineatur precarium,seu pactum precarij,creditor ipse,vel eius hæres possit,& valeat reuocare precarium ipsum contra debitorem,vel eius hæredẽ,& ét contra tertium possessorẽ excussione tamẽ prius facta secundũ formã nostrorũ statutorũ,in & super bonis,quæ possidebãtur per ipsum debitorẽ tempore obligationis contractæ,vel postea quandocunq;, fiat autem, vel fieri debeat dicta precarij reuocatio modo & forma infrascriptis. Nam creditor,siue eius hæres producat instrumentum obligationis,& precarij coram Iud.competenti,& dictum precarium in instrumento contentũ reuocet,absq; ẽt citatione partis,quo instrumento producto, & reuocatione facta citare faciat coram eo debi-

debitorem,vel eius hæredē,ſeu ipſum tertiū poſſeſſorē, quatenus legitime coram dicto Iud.comparere debeat intra duos dies vtiles proxime ſequentes addandū,& nominandū ſuos ſuſpectos,& confidentes æſtimatores, qui vna cum æſtimatore,ſeu æſtimatoribus per ipſum creditorem nominandis intra dictos duos dies vtiles æſtimare debeant bona in quibus reuocatum fuit precarium, exprimendo ſemper debitum,& eius quantitatē, & bona, in quibus reuocatū fuit dictū precariū per ſitū,latera,& confinia,vel ad contradicendū quicquid voluerit,ne præmiſſa fiant,& ipſo debitore,vel eius hærede,ſeu ipſo tertio poſſeſſore intra dictum tempus non comparentibus,vel etiam comparentibus,& nullā exceptionē,ſeu cām contradictionis opponentibus,vel opponētibus aliquas,quæ poſtea minime terminatæ fuerint,vt infra,tunc, & in his ſingulis caſibus procedatur,& procedi debeat ad æſtimationē,& ad adiudicationem vt infra.Si vero citatus comparuerit,& oppoſuerit,ſeu contradixerit,tunc lis ſit conteſtata, & procedatur in cauſa reſeruatis exceptionibus quibuſcunq; dilatorijs peremptorijs,miſtiſq;,tempore diſputationis, & ferendæ ſententiæ, & aſſignetur,& aſſignatus eſſe intelligatur ipſo iure terminus xij. dierum vtilium immediate ſequentium vtriq; parti ad probandum,& probatum habendum per omne genus,& ſpeciē probationis. Et ipſo termino xij.dierū elapſo,aſſignetur, & aſſignatus eſſe intelligatur ipſo iure terminus vij.dierum vtilium ad reprobandū,& reprobatū habendū p̄ omne genus,& ſpeciē reprobationis, quo termino quinq; dierum elapſo,publicatus ſit,& eſſe intelligatur proceſſus,dicta,& atteſtationes teſtium,& Iudex cauſæ ſuam debeat proferre ſententiam claram, & apertā,& non in confuſo,nec per relationem ad acta, intra x.dies vtiles immediate ſequentes.Et ſi in dicto termino ſententia vt ſupra lata non fuerit,æſtimatores electi,ſeu electus per creditorē cenſeantur confirmati virtute præſentis ſtatuti;& nihilominus Iudex in hoc negligens condemnatus ſit, & eſſe intelligatur in pœnam lib.xxv. applican. pro dimidio Fiſco Duc. & pro alio dimidio parti læſæ,& vlterius teneatur eidem parti ad refectionem omnium damnorū; & intereſſe,& a ſententia in præmiſſis lata a die ſcientiæ intra biduū continuū, & ab omiſſione terminationis exceptionum a die lapſus dictorum terminorū intra aliud biduum continuū appellari,& de nullitate dici poſſit.Qua appellatione interpoſita,admiſta ētcā nullitatis,appellans ipſe,& de nullitate dicens teneatur,& debeat parte legitime citata ſecundum formam noſtrorum ſtatutorū libellū appellatoriū,ſeu appellationem loco dicti libelli producere intra quinq; dies vtiles a die interpoſitæ appellationis,& nullitatis dictionis, quo libello producto,appellatus habeat duos dies vtiles proxime ſequētes ad opponen.& excipien.contra dictū libellū,quibus duobus diebus elapſis currant vtriq; parti,& Iudici reſpectiue tempora ſupra in prima inſtantia aſſignata. Et ſi ſecunda in totū,vel in partē fuerit conformis primæ,ab eo,in quo fuerit conformis minime appellari,vel de nullitate dici valeat,ſi vero non fuerit conformes,ab eo,in quo conformes non fuerint,liceat appellari,& de nullitate dici, donec duæ conformes latæ fuerint,& in ea,vel vlteriori appellatione introducenda,perſequenda,& terminanda currant parti, & Iudici reſpectiue tēpora, de quibus ſupra.Modus autem electionis æſtimatorum,nec non & ipſius æſtima-

mationis,ac declarationis iusti pretij faciendæ,fiat vt infra. Nam eligantur,& eligi debeant duo æstimatores videlicet vnus a qualibet parte, & debitore citato non comparente,vel recusante dare suum æstimatorem, tunc D. Iudex eligere debeat vnum ex confidētibus datis per creditorem minus suspectū(quod arbitrio ipsius Iudicis relinquimus)qui æstimatores bona fide, & sine fraude, æstimare debeāt ipsa bona,super quibus reuocatum fuit precarium & suā æstimationem in scriptis cum iuramento Iudici pro tribunali sedenti referre,& retulisse,& ipsa relatione æstimationis facta D.Iudex quotiescunq; requisitus fuerit teneatur intra duos dies vtiles ad instantiam creditoris sub pœna lib. x. declarare illud fuisse,& esse iustum pretiū,& iustam æstimationem,quod, & quā dicti æstimatores retulerunt,& licere dicto creditori habere emptam pro concurrenti quantitate crediti,& expensarum,rem,seu res ipsas pro pretio,& æstimatione prædictis,& ita adiudicet,& in solutum assignet omni meliori modo, & a dictis relatione,declaratione,& adiudicatione non liceat aliquo modo appellare,nec de nullitate dicere,nec in integrum restitutionem petere, nec instare,vt prædicta corrigantur,vel emendentur aliquo modo, saluis tamen, & reseruatis iuribus credirori pro residuo crediti super alijs bonis debitoris vt supra,si forte integre credito non fuerit satisfactum ex pretio rerum sibi adiudicatarum.

¶ De executione instrumentorum,& vltimarum voluntatum.

RVBR. LXI.

Nota quòd loco statuti veteris abrogati reposimus sequens statutum reformatum.

STatuimus,quòd omnia instrumenta publica confecta,siue in Ciuitate Mutinæ,siue alibi dummodo in Dominio Seren.D.N. habeant executionē modo,& ordine infrascriptis.Nam citari volumus iuxta formam statutorum nostrorum debitorem nominatum in instrumento, vel eius hæredem pro certa die,& hora coram Iudice competenti ad instantiam creditoris, vel eius hæredum ad videndum,& audiendum produci quoddam publicum,instrumentū, & eius peti executionem pro contentis, vel aliquo contentorum in eo, & pro expensis factis, & faciendis, & successiuè ad videndum sibi statui terminū trium dierum vtilium proximè futurorum,ad habendum copiam dicti instrumenti, & eidem opponendum,& contradicendum quicquid vult, & intendit, ne dictum instrumentum contra eum exequatur pro sorte,& expensis prædictis, & alijs contentis in instrumento,pro quibus fuerit petita executio prædicta: debitore autem ita legitimè citato,vel eius hærede creditor,vel eius hæres producere debeat die,& hora citationis instrumentum in forma publica, & non aliter,& illius petere executionem vt supra. Et Iudex ipse teneatur assignare dicto debitori præsenti terminum dictorum trium dierum à die habitæ, vel oblatæ copiæ ad opponendum,ne exequatur vt supra. Et si citatus ipse intra dictū terminum trium dierum non comparuerit,vel comparuerit, & aliquas exceptiones non opposuerit tunc similiter dictum instrumentum exequatur, vt infra. Permittitur tamē creditori post terminum dictorum trium dierum posse liquidare allegatum instrumentum per totum tempus octo dierum ad soluendum,de quo infra,si liquidatione opus fuerit. Si verò intra dictum terminum

trium

trium dierũ comparuerit,& aliquas exceptiones opposuerit, omnes exceptiones,siue dilatoriæ,declinatoriæ,mandati illegitimi,satisdationis non præstitæ, reficiendarum expensarum siue peremptoriæ, siue mistæ reseruentur & reseruatæ esse intelligantur ipso iure tempore disputationis ferendæ sententiæ. A die verò oppositionis,seu contradictionis prædictæ currat ipso iure vtrique parti terminus octo dierum vtilium immediate sequentium ad probandũ, & probatum habendum,per omne genus & speciem probationis, quo termino octo dierum elapso, currat ipso iure vtriq; parti terminus quatuor dierum vtilium ad reprobandum,& reprobatum habendum per omne genus,& speciẽ, ac modum reprobationis:termino autem quatuor dierum elapso iudex coram quo causa tractatur teneatur & debeat,intra terminum decem dierum vtilium immediate sequentium suam proferre sententiam claram,& apertam, & non in confuso,sub pœna librarum xxv.applican.prætenso debitori; quibus decẽ diebus elapsis pereat,& perempta sit omnino debitori instantia, & instrumẽtum exequatur vt infra,& à sententia,seu pronuntiatione super exceptionibus lata intra biduum continuum a die scientiæ latæ sententiæ ab ommissione quidem terminationis oppositionum intra biduum similiter continuum à die lapsus octo dierum datorum,vt supra ad proferendam sententiam appellari, & simul de nullitate dici valeat,facto tamẽ prius omninò actuali deposito per appellantem,etiã quòd non fuerit ex aduerso petitum quantitatis, de qua in instrumento, & quæ petita fuerit penes campsorem eligendum per D. Iudicem causæ,& non penes aliam personã,aliàs appellatio, & nullitatis dictio pro non interposita habeatur,& appellatione ipsa interposita admissa etiam nullitatis causa,vt supra,appellans ipse teneatur,& debeat, altera parte legitimè citata siue eius procuratore qui in prima instantia interuenerit legitimè citato producere libellum appellatorium seu appellationem loco libelli appellatorij intra tres dies vtiles à die interpositæ appellationis:alioquin appellatio, & nullitatis dictio ipso iure sit,& intelligatur deserta;quo libello producto, appellatus ipse habet duos dies vtiles proximè sequentes, & ipso iure assignati esse censeantur virtute præsentis statuti ad opponendum,& excipiendum contra dictum libellum. Quibus duobus diebus elapsis ipso iure currant vtrique parti, & Iudici respectiue tpa de quibus supra in prima instantia. Si verò sententia in causa appellationis lata in totũ,vel in partẽ fuerit conformis;ab eo,in quo fuerint conformes minimè appellari,vel de nullitate dici liceat,Si aũt non fuerint conformes,tunc ab eo,in quo dissentiẽtes erũt liceat appellare, vel de nullitate dicere donec duæ conformes sentẽtiæ latæ fuerint & in huiusmodi, vel vlteriori appellatione introducenda,persequenda, & terminanda assignẽtur. & assignata esse intelligantur partibus,& iudici respectiue tempora, de quibus supra, instrumentum autem executioni mandetur hoc modo videlicet. Nam iudex ad instantiam ipsius creditoris,vel eius legitimi procuratoris statuere debeat ipsi debitori præsenti,vel absenti,legitime tamen citato semel personaliter, vel bis ad domum terminum octo dierum continuorum ad soluendum, & satisfaciẽdum creditori de debito,& expensis, a qua assignatione non possit aliquo modo appellare,vel de nullitate dicere,quo termino octo dierum elapso si debitor

debitor non audiẽs
infra hunc terminum
opponat compen-
sationẽ licti qd
non obstat si dicatur n. i. lib. 4.

infra breue hoc spacium
lr liquidare Alex. Cons. 99.

tor

tor ipſe non ſatisfecerit creditori, tunc poſſit debitor ipſe ad inſtantiam creditoris capi, retineri perſonaliter, & in carcerem Communis Mutinæ conijci (niſi ex eis quiſpiam eſſet, qui perſonaliter capi non poſſunt) a quo carcere non dimittetur niſi fuerit in concordia cum ipſo creditore & poſſit etiam ipſe creditor, non obſtante debitoris retentione, petere ſibi dari tenutam de bonis turibus, & actionibus ipſius debitoris, ſuper qua proceditur iuxta tradita in Statuto de primo, & ſecundo decreto contra non contumacem, & vna via electa creditor ſibi non præiudicet in altera, niſi demum adiudicatione vel ſatisfactione ſubſequuta, ſeu facta dicto creditori. Et quæcunque dicimus in præſenti ſtatuto vendicent ſibi locum in vltimis voluntatibus, de quibus appareat publicum inſtrumentum. Declarantes quod præſens ſtatutum, & etiam ſtatutum de reuocatione precarij, necnon & ſtatutum quomodo procedatur ſuper ſcriptis priuatis non habeat locum in vſurarijs, vel aliquo de familia ipſorum vſurariorum, nec in potentibus ſeu in ijs, qui ſunt de numero potentum Ciuitatis Mutinæ, nec in aliquo, qui non ſit pleno iure ſubiectus Iuriſdictioni Communis Mutinæ, & dominio dictæ Ciuitatis aſſerentibus ſibi aliquid deberi ab aliquo populari, vel ciue Ciuitatis Mutinæ, vel ab aliquo diſtrictuali ciuitatis prædictæ. Volumus tamen, quod clerici ſeculares ciues Mutinæ gaudeant, & gaudere poſſint beneficijs dictorum ſtatutorum contra quoſcunque cum Laici ciues Mutinen. contra eos in eorum foro poſſint vti dictis ſtatutis iuxta diſpoſita in conſtitutione quadam ſynodali. Declarantes, quod ille contra quem fuerit petita executio, ſi in appellatione per eum interpoſita ſuccubuerit, cadat ipſo iure in pœnam quartæ partis quantitatis ab eo petitæ, applicanda parti victrici loco damnorum per eam paſſorum vltra expenſas prædictas, & pro dicta met quarta parte intelligatur etiam commiſſa executio virtute præſentis ſtatuti. &c.

¶ De ſcripturis priuatis, quæ in iudicio producentur, & de ipſarum fide.

RVB. LXII.

Nota quòd loco ſtatuti veteris abrogati repoſuimus ſequens ſtatutum reformatum.

STatuimus, quod omnibus, & ſingulis ſcripturis cuiuſcunque perſonæ, in quibus aliquis etiam tantum ſub ſcribendo confeſſus fuerit, ſe aliquid ab aliqua perſona recepiſſe, vel aliquid penes ſe habere, vel habuiſſe quod ad aliū pertineret, vel ſe promiſiſſe, vel promitteret aliquid dare, vel facere, plena fides adhibeatur, & probationē faciant de oĩbus, quæ continētur in eis, quantū contra eos facerēt, qui ſcripſerint, vel eorū hæredes, ēt ſi parte abſente fierent, ſeu factæ eſſent vel ſi cauſa, vel locus, vel ſigillū, vel aliud ſignū, vel ſubſcriptio ppria, vel teſtis appoſita non fuiſsēt, ēt ſi exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel alij exceptioni de iure competenti renuntiatum non eſſet; dūmodo ſcribens ſit talis, qui ſe, & ſua bona ſine authoritate, vel conſenſu alterius valeat obligare. Declarantes ēt, quod ſcriptura legitime recognita habeat vim plenæ ꝓbationis contra eū, q ſcripſerit, & contra eius hæredes, ēt qđ diceret in recognitione ſcripturā non continere veritatem: & quod à die, ſub qua dicta ſcriptura fuerit data, vel ſcripta bona prædicta ſcribentis ſint, & eſſe intelligantur expreſſe obligata ei, in cuius fauorem prædicta ſcriptura facta eſſet, quo ad præiuditiū præ-

dicti ſcribentis,& hæredum ſuorum, & non aliarum quarumcunque perſonarum. Adijcientes, quod quilibet qui ſcripſiſſe diceretur & hæres eius teneatur, & compellatur opportunis remedijs perſonaliter comparere ad ipſam ſcripturã videndũ, & recognoſcendum, & confitendum, ſeu negandum ſi propria manu ſcripſerit vel non ipſe vel defunctus. Et ſi quidem confeſſus fuerit ſe, vel defunctum ſcripſiſſe, talis ſcriptura ſic recognita, & confeſſata plenam fidẽ & probationem faciat de omnibus, quæ continentur in ea in præiudicium recognoſcentis, & hæredum ſuorum, & exequatur, vt in ſtatuto proxime præcedenti. Sed ſi fuerit contumax non reſpondendo, vel etiam non comparendo, & bis per interuallum ſaltem vnius diei citatus per nuntium de mandato Iudicis, ſeu arbitri, vel arbitratoris, coram quo cauſa tractanda eſſet, ſeu tractaretur ad domũ habitationis, ſi perſonaliter haberi non poſſit ad recognoſcendum, vt ſupra dictum eſt, cum commination e in vltima quod aliàs habebitur pro confeſſata, contumax fuerit, habeatur pro confeſſo, ac ſi dicta ſcriptura recognita fuiſſet, & eius manu deſcripta, vel defuncti cui ſucceſſerit, & exequatur vt ſupra. Si autem negauerit, ſe vel defunctum ſcripſiſſe compellatur ille qui ſcripſiſſe diceretur, ſi Mutinæ vel in diſtrictu eſſet manu propria ſcribere aliquam aliã ſcripturam, ex qua fieri valeat comparatio literarum ad literam ſcripturæ, de qua tractaretur, & ea comparatio fieri poſſit, & debeat per tres Notarios Ciuitatis Mutinæ practicos, & expertos, & fide dignos partibus non ſuſpectos eligẽdos per iudicem, qui de cauſa cognoſceret, de quibus partes ad inuicẽ concordarent, ſi de hoc concordes fuerint. Alioquin idem iudex ſuo arbitrio illos eliget quos ſecundum ſuam conſcientiam idoneos putauerit ad dictam compara rationem faciendam, quorum, ſeu maioris partis eorum relationi creditur & ſtetur. quæ electio, comparatio, & declaratio, & relatio ſcribantur in actis per notarium cauſæ & eodem modo fieri poſſit, & valeat comparatio ex alia quacũque ſcriptura, ſeu cum alia quacunque ſcriptura, quæ eiuſdem negãtis, vel eius cui ſucceſſerit manu propria probaretur deſcripta, quæ probatio ad effectum prædictum fieri poſſit per quatuor teſtes bonæ famæ conditionis, & vitæ teſtificantes etiam de credulitate, & cognitione dictæ ſcripturæ. Et dicta probatio nihilominus fieri poſſit per teſtes, & per alios modos a iure inductos, & talibus probationibus factis dicta ſcriptura priuata, quæ producta eſſet, plenam fidẽ, & probationem faciat de omnibus, & ſingulis, quæ continentur in ea contra ipſum & eius hæredes, non autem contra alias quaſcunque perſonas, & ſic conuictus, ſi fuerit ſcribens, teneatur ſoluere ſortem contentam in dicta ſcriptura, & vltra ſortem tantundem pro pœna loco damnorum, & intereſſe creditoris applicanda ipſi creditori victori, & etiam pro pœna exequatur, vt ſupra, in ſtatuto proxime præcedenti. Et prædictis adijcimus, quod ſi perſona, quæ alteri ſucceſſerit eſſet literarum ignara, tunc compelli non poſſit ad recognitionem dictæ ſcripturæ, ſed per alios modos fieri debeat probatio pro vt ſupra dictũ eſt. Declarantes quod omnia, & ſingula prædicta procedãt in quacunque alia ſcriptura, etiam liberatoria, excepta pœna reſpectu hæredis niſi hæres eſſet filius ætatis annorum viginti tempore mortis paternæ, qui ſciat legere, & ſcribere, &c.

¶ De

¶ De Euangelica denuntiatione, & oppositione vsurariæ prauitatis.

RVB. LXIII.

STatuimus quòd, siquis in iudicio coram Iudice seculari conueniatur tanq̃ debitor ex contractu, vel quasi, vel ex lententia, & ipse allegatus debitor, vt in longũ litẽ ꝓducat, confugerit ad ecclesiasticũ Iudicẽ intentans denuntiationem Euangelicam, vel asserens debitũ, vel obligationẽ vsurariũ, seu vsurariam, vel quid aliud impediens processum Iudicis secularis, & ideo inhibitionem obtinuerit a Iudice ecclesiastico, & illa emanauerit ad Iud secularem, vel etiã ad partẽ, ne ꝓcedatur in causa, seu causis corã Iud. seculari motis, Iudex ipse secularis ꝓcedat, terminet, & exequatur causã, seu causas prædictas, & pars ipsa eas persequi valeat non attentis, nec obstantibus prætentis inhibitionibus, vel notificationibus prædictis, perinde ac si non fuisset sibi inhibitum, notificatũ, vel protestatum, & nihilominus ille ipse, ad cuius instantiã emanauerit inhibitio, vel citatio contra alterã partẽ, & notarius, ac nuntius, & quilibet eorum insolidum cadat in ꝑnã scutorum ducentorũ auri applicandam pro dimidio Fisco Duc & ꝑ alio dimidio parti læsæ. Statuẽtes ẽt quòd, si coram eodẽ Iud. seculari oppositum fuerit ab aliqua partium de vsuraria prauitate contractus, vel obligationis, Iudex ipse secularis ipsam prauitatem cognoscat vna cum alijs exceptionibus, & procedatur omnino in causa. Verum facta satisfactione, seu solutione ꝑ debitorẽ creditori prædicto de sorte, & expen. possit ipse debitor coram Iudice ecclesiastico experiri iuribus suis intentãdo dictã denuntiationẽ Euangelicam, vel allegando, & probando dictas vsuras. Et vt aliquo modo succurratur debitori, statuimus quòd si dictus creditor non esset soluẽdo, & facta sibi satisfactione periculũ esset ne inanis esset actio, creditor ipse teneatur, & debeat præstare coram Iud. ecclesiastico idoneam fideiussionẽ de iudicio sisti, & iudicatũ soluendo, & totum id pro quo contra eum agatur, & fideiussor ipse teneat obligare se principaliter, & insolidũ, tam pro cã principali, quam primæ, vel vlterioris appellationis, & sic obligatus esse censeatur virtute præsentis statuti.

¶ De Sequestro, & remotione sequestri. RVB. LXIIII.

POtestas ciuitatis Mut. & quilibet alius Iudex competens ordinarius, seu delegatus, vel subdelegatus debeat, etiam absq; aliqua causæ cognitione ad cuiuscunq; requisitionem committere sequestrari debere rem quamlibet mobilẽ, vel se mouentem, iura, & actiones, siue res sequestranda fuerit propria sequestrantis, siue eius, contra quem sequestrum fieri petitur, pro debito quantitatis facti, vel rei. Iurabit tamẽ petens ipse quòd postulat huiusmodi sequestrũ fieri non dolo, vel malitia aliqua, sed quia iustis de causis animum suum mouentibus habet suspectum eum, contra quem fieri petit sequestrũ, vel timet ne res, quæ petitur sequestrari, permutetur, vel auferatur, singula singulis congruè referendo, exprimendo quantitatem debiti, vbi petens fieri sequestrum prætenderet se esse creditorẽ pecuniæ, vel æstimationis rei, vel facti. Quilibet autem apud quẽ inuẽta fuerit res, quam quis voluerit sequestrari facere, teneatur sub pœna libr. quinq;, & æstimationis rei, seu actionis sequestrandæ ab eo auferenda, & sequestranti ipso facto applicanda, sequestrum ipsum, seu rem ipsam, vel ius penes se detinere. Si vero res sequestranda non fuerit penes aliquem ter-

tium,& ſic penes neminem,vel penes prætenſum debitorem, tunc ſequeſtrari poſſit penes Capitaneum illius cinquantinæ,ſeu Maſſarium illius loci, ciuitatis,vel diſtrictus Mut.in quibus res ipſa reperitur,qui teneãtur ſub pœnis prædictis recipere dicta ſequeſtra,expenſis tamen petentis fieri ſequeſtrũ,quas illico,& incontinẽti ſequeſtrans ſoluere teneatur,ſi petitæ fuerint, alioquin ſequeſtrum nullum eſſe cenſeatur. Verum ſi in loco,vel cinquantina vbi eſſent res ſequeſtrandæ non eſſet Capitaneus,vel Maſſarius,vt præmittitur, tunc duo ex proximioribus vicinis rei ſequeſtrandæ idonei debeant ſequeſtrum penes ſe recipere,ſeu detinere,ſub pœnis prædictis,expenſis etiam petentis vt ſupra. Si quidem ſequeſtrum factum fuerit vt ſupra de aliqua re vt propria ſequeſtrãtis, tunc ſi is,contra quem fit ſequeſtrum, confiteatur rem ſequeſtratam ſpectare ad ſequeſtrantem,res ipſa incontinẽti dimittatur ei, cuius cauſa factum fuit ſequeſtrũ,vel alias cautus reddatur de re ipſa ſibi reſtituenda, & ſimiliter ſe debitor fateatur ſe debere id totũ,vel eius partẽ,cuius cã ſequeſtriũ factũ fuit, tũc ei dẽ confitẽti fiat præceptũ de ſoluendo ſequeſtrãti debitũ, ſeu partẽ dicti debiti ꝑ quo factũ fuerit ſequeſtrũ, intra tempora ex forma noſtrorum ſtat. limitata, firmo interea manente ſequeſtro donec debitum ſoluatur, vel res reſtituatur ſequeſtranti. Si vero negauerit rem ipſam ſpectare ad ſequeſtrantem, vel ſe fore debitorem pecuniæ,vel facti,vel rei petitæ,ſeu eorum æſtimationis, ſi quidẽ ſequeſtrata fuerit tanquam propria eius,qui eam fecerit ſequeſtrari, tunc præſtito per eum,contra quem factum eſt ſequeſtrum, vel per eum, penes quẽ res inuenta fuit,fideiuſſore idoneo facultatibus in ciuitate, vel diſtrictu Mut. ac facilitate conueniendi,de re ſequeſtrata cuſtodienda,preſentanda,& reſtituenda mandato D. Iuſdicentis,de cuius item mandato factum eſt ſequeſtrũ, & de expen factis & faciendis ſequeſtranti reſtituẽdis,ipſum ſequeſtrum remoueri, & dimitti omnino debeat,& res ipſa dimittatur ei,qui cautionẽ præſtiterit antedictam,primo illi,penes quem inuenta fuerit tempore ſequeſtri, alioquin ei cuius intereſt probato prius intereſſe ſuo. Si vero ſequeſtrata fuerit tanquam propria eius,contra quem petitur fieri ſequeſtrum,vt puta pro aliquo prætenſo debito,vel re alia,quæ peteretur,tunc præſtita cautione idonea vt ſupra per eum,contra quem fit ſequeſtrum,& de re ipſa ſequeſtrata cuſtodienda, & reſtituenda mandato D. Iuſdicentis,& de expen. integre reficiendis, ſequeſtrum ipſum remoueri,& res ipſa dimitti debeat allegato debitori, & præſtita ſecuritate antedicta in caſibus antedictis,ſingula ſingulis congrue referendo,quã præſtari poſſe declaramus intra v. dies vtiles proxime ſequentes a die relationis nũtij de re ſequeſtrata,& non poſt. Is vero,qui ſequeſtrum fieri obtinuerit, ſuã teneatur porrigere petitionem contra eum,contra quem factũ fuit ſequeſtrũ, intra quinq; dies vtiles poſt relationem factam per nuntium de huiuſmodi ſequeſtro,alias ſequeſtrum huiuſmodi irritum eſſe intelligatur virtute præſentis ſtatuti,nec amplius eadem de cauſa poſſit dicta res ſequeſtrari,& præterea ſequeſtrans teneatur ad damna,& intereſſe ei,contra quem factum eſt ſequeſtrũ vt infra. Petitione vero huiuſmodi porrecta intra terminum prædictum currant vtriq; parti dilationes,& tempora a ſtatuto noſtro tradita. De in ius vocatis & veniẽtibus,quibus elapſis,& ſucceſſiue lapſa inſtãtia ſequeſtrũ nullũ,ac in uali-

dum

dum reddatur, & ipso iure ita esse intelligatur, & fideiussor virtute præsentis statuti ipso iure liberetur, sequestrans etiam teneatur ad omnia damna, & interesse alteri parti. Si autem is, contra quem factum fuerit sequestrum, cautionē non præstiterit antedictam intra tempus suprascriptum, sequestrans similiter teneatur suam porrexisse petitionem intra quinq; dies vtiles a die relationis dicti sequestri. Qua porrecta currat biduum vtile ei, contra quem factum fuit sequestrum, ad excipiendum, & opponendum quascunq; exceptiones suas, & dicto biduo elapso siue opposuerit, siue non, lis sit contestata, & p̄ contestata habeatur reseruatis quibuscunq; exceptionibus dilatorijs, peremptorijs, & mistis tempore disputationis, & ferendæ sententiæ, excepta exceptione satisdationis præstandæ secundum formam nostrorum statutorum, & statutus sit, & esse intelligatur vtriq; parti terminus decem dierum vtilium ad probandum, & probatum habendum per omne genus, & speciem probationis quibus elapsis currat ipso iure, & immediate partibus prædictis terminus quinq; dierum vtilium ad reprobādum, & reprobatum habendum per omne genus, & speciem reprobationis. Verum finito tempore dictorum quinque dierum statuatur, & statutus esse intelligatur Iudici terminus decem dierum vtilium ad proferendam sententiam claram, & apertam, & non in confuso, quibus elapsis si sentētia ipsa prolata non fuerit vt supra, instātia pereat, & perempta esse intelligatur sequestranti omni defensione, vel remedio cessantibus. A sententia autem in præmissis lata appellari, & de nullitate simul dici liceat vtriq; parti intra tēpus quinq; dierum continuorum a die scientiæ latæ sententiæ. Qua appellatione interposita teneatur appellans, admissa etiam causa nullitatis, libellum appellatoriū, vel appellationem loco libelli producere intra tempora, de quibus in statuto nostro De temporibus appellationum. Quo libello producto appellatus habeat biduum vtile ad respondendum libello, quo elapso, si quidem præstita fuerit cautio vt supra dictum est tunc currant, & seruentur, tempora de quibus in statuto. De temporibus appellationū, si vero cautio aliqua præstita non fuerit, & ideo sequestrum firmum steterit, tunc statutus sit vtriq; parti terminus sex dierum vtilium proxime sequentium ad probandum, & probatum habendum per omne genus, & speciem probationis, ad reprobandum vero statutus sit solummodo terminus trium dierum vtilium, quibus diebus elapsis Iudex ipsius appellationis teneatur suam ferre sententiā claram vt supra intra tempora suprascripta, alioquin instantia pereat appellanti. Et si sententia lata in causa appellationis fuerit conformis primæ sentētiæ in toto, vel in parte, ab ea non liceat appellare in ea parte, in qua sunt conformes, in ea autem, in qua non sunt conformes liceat appellare, & de nullitate dicere intra tempora suprascripta, & introducatur, finiatur, & decidatur huiusmodi, vel vlterior appellatio intra tempora instantiæ primæ appellationis, de qua supra, alioquin instantia pereat, & in prædictis, quoties fideiussio non est præstita, procedatur summarie, & omnibus diebus etiam feriatis præterquam in honorem Dei. At in omnibus casibus prædictis, in quibus sequestrum redditur nullum, seu remouetur, vel sequestrans succumbit, teneatur ipse Iudex, coram quo quæstio pendet, cogere, & compellere sequestrantem ad resarciendum omnes expen-

sas,damna,& intereſſe factas,vel ſecuta occaſione prædicta,ſummarie, & ſola veritate inſpecta,ei,in cuius præiudicium,vel damnum ſequeſtrum factũ fuerit,& ad ea ſoluenda ſequeſtrans compelli debeat realiter, & perſonaliter per ipſum Iudicem intra tertiam diem vtilem poſt requiſitionem ea de re factam, ſub pœna ipſi iudici librarum decem exigenda,& applicanda parti requirẽti, & nihilominus ſequeſtrans omnino cogatur vt ſupra. Declarantes,quòd fideiuſſor præſtitus in prima inſtantia cenſeatur præſtitus etiam in ſecunda, vel vlteriori inſtantia virtute præſentis ſtatuti,etiam ſi nihil dictum fuerit de ſecũda, vel vlteriori inſtantia,& teneatur,& obligatus ſit principaliter, & in ſolidum, & contra eum procedi poſſit nulla litis conteſtatione, vel excuſſione neceſſario interuenire debentibus & ex ijſdem actibus,ac omnibus diebus feriatis,sũmarie,de plano,ſine ſtrepitu,& figura Iudicij. Volumus enim quòd ablq; vlteriori proceſſu fiat eidem fideiuſſori præceptum, quod debeat præſentaſſe corã Iud.rem ſequeſtratam integram,& illæſam,vel ius ſequeſtratum intra tres dies continuos,ſi fuerit in ciuitate, & ſi extra ciuitatem fuerit, intra ſex dies continuos ſub pœna librarum trium applicanda Fiſco Ducali quoties non præſentauerit,& nihilominus teneatur ipſe fideiuſſor,& ſic omnino cogi debeat ad rẽ ipſam præſentandam realiter,& perſonaliter ſub ijſdem pœnis ſucceſſiuis,quouſq; realis fuerit facta præſentatio rei vel iuris ſequeſtrati, omni appellatione, nullitatis dictione,& in integrum reſtitutione etiam ex capite minoris ætatis penitus reiectis,& ceſſantibus in omnibus,& ſingulis caſibus prædictis. Volentes etiam quòd fructus,& redditus terrarum,vinearum,pratorum, & quarunc unq; poſſeſſionum pendentes,vel a ſolo ſeparati ſequeſtrari poſſint,& valeant vt ſupra diſpoſitum eſt in qualibet alia re. Statuentes, quòd res alicuius poſſidentis bona immobilia in ciuitate,vel diſtrictu Mut.ſufficientia ad ſatisfactionem prætenſi debiti,& expenſarum ad alicuius inſtantiam ſequeſtrari minime poſſint,& maxime animalia a iugo, aut aliqua inſtrumenta ad agricultur̃ apta aliquorum ſubiectorum iuriſdictioni Com.Mut.ſi modo in alijs bonis poſſit ipſum ſequeſtrum fieri ſub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum lib. v.pro quolibet,& qualibet vice applican.parti ea de re læſæ nullo interuallo, & appellatione,ac nullitatis dictione non interuenientibus,ſed penitus reiectis,& nihilominus ſequeſtrum ſit ipſo iure nullum.

¶ De Forenſibus conueniendis. RVB. LXV.

STatuimus,& ordinamus quòd quilibet forenſis, ſeu aduena allegarus debitor ex contractu,vel quaſi,celebrato,ſeu facto in ciuitate,vel diſtrictu Mutinæ,vel etiam extra,poſſit & valeat ad inſtantiam cuiuſuis ciuis, vel diſtrictualis ciuitatis Mut.conueniri,& in iudicium trahi corã quocunq; magiſtratu ciuitatis prædictæ ordinario,vel delegato,ſeu extraordinario, quãuis etiam ſolutio non eſſet deſtinata in ciuitate,vel diſtrictu Mut.& quamuis etiam ipſe forenſis non reperiretur in dicta ciuitate,vel eius diſtrictu, ſeu eius ducatu, & contra huiuſmodi forenſes procedatur iuxta tradita in ſtatuto. De in ius vocatis,& venientibus,vel in alijs ſtatutis noſtris,prout materia conueniens erit, ſeu patietur. Forenſes autem intelligantur vt in ſtatuto. De detentione ſuſpectorum, & modo procedendi in eorum cauſis.

¶ De

¶ De detentione suspectorum, & modo procedendi in eorum causis.

RVB. LXVI.

STatuimus, & ordinamus quòd quilibet siue ciuis, siue comitatinus, siue forẽsis, qui non possideat bona immobilia sufficientia ad satisfactionem debiti, vel facti, seu rei petitæ, si dicetur, vel iurabitur suspectus, & fugitiuus possit, & valeat capi, detineri, & in carcerem Com Mut. poni ad instantiam cuiuslibet ciuis, vel districtualis Mut. tantũ, facta tñ prius fide de debito, seu facto, vel re petita, vel eorũ æstimatione saltẽ p iuramentũ ẽt non superuenta noua suspicionis cã post obligationẽ natã, seu contractũ, vel quasi debitũ, vel quasi factũ, vel commissum. Et a dicta detentione ipse debitor siue iuratus suspectus liberari minime possit, nisi vel integre pro sorte, & expẽs. petitori satisfecerit, vel præstiterit fideiussionem de iudicio sisti, iudicatũ soluendo, & reficiendis expensis. Qui fideiussor sit, & esse debeat idoneus bonis, & facilitate conueniendi, alioquin notarius ipse recipiens huiusmodi fideiussionẽ non idoneã teneatur absq; aliqua exceptione, vel oppositione facieñ. vel detentus ipse probauerit se possidere p̃ suis, & tanq̃ sua tot bona immobilia in ciuitate, vel districtu Mut. quot sufficiant pro satisfactione prædicta, & donec ipse detentus satisfecerit vt supra, vel probauerit se possidere vt supra dicta bona non liberetur a dicto carcere, seu detentione ipsa, sed p̃cedatur in cã vt infra. Nam volumus & statuimus quòd ille, ad cuius instantiã facta fuerit detẽtio, teneatur, & debeat intra duos dies vtiles a die relationis nunti) de ipsa captura facta, alioquin captus liberetur, & fideiussor ipso iure sit liberatus, suum libellum, seu qualem qualem petitionem legitime producere, siue detẽtus fideiusserit, siue non, siue probauerit se possidere dicta bona vt supra siue non, quo libello, seu quali quali petitione per actorem producta teneatur reus intra biduum vtile per se, vel legitimum procuratorem eidem respondere. Quo biduo elapso siue responderit petitioni siue non, lis habeatur pro contestata, & in causa procedatur reseruatis omnibus & quibuscunq; exceptionibus dilatorijs, peremptorijs, & mistis tempore disputationis, & sententiæ ferendæ, & statim statutus sit, & esse intelligatur virtute præsentis statuti vtriq; parti terminus xij. dierum vtilium ad probandum, & probatum habendum per omne genus, speciem, & modum probationis, & ad reprobãdum statutus sit terminus quatuor dierum vtilium finito dicto termino probatorio, & præterea non admittatur aliquo modo ad probandum per testes vel instrumenta, iura, vel monumenta aliqua, nisi vna pars diceret, & iuraret se habere testes, vel instrumenta extra districtum Mut. Quo casu fiat prout disponitur in statutis nostris, & termino probatorio, & reprobatorio elapso Iudex, coram quo quæstio erit, teneatur, & omnino debeat causam ipsam terminare, & sententiam ferre claram, & apertam, & non in confuso, vel per relationem ad acta intra terminum x. dierum vtilium immediate sequentium, alioquin instantia ipsa pereat actori, & captus omnino liberetur, & liberatus esse intelligatur ipso iure, & amplius dicta de causa detineri non possit, & nihilominus ille, ad cuius instantiam assertus debitor captus fuerit, teneatur dicto debitori ad omnia damna, & interesse taxãda ipso facto per Iudicem causæ. Verũ si in ferenda ipsa sententia Iudex negligens fuerit, & ob eius culpam, vel negli-

gentiam inſtantia lapſa erit, teneatur ad omnia damna, & intereſſe ipſi actori, & præterea cadat in pœnam librarum xxv. quarum dimidia applicetur Fiſco Ducali, & alia dimidia parti damnum de inſtantia lapſa patienti, & a ſententia in prædictis lata poſſit vtraq; pars appellare, & de nullitate dicere coniunctim vel diuiſim intra duos dies continuos proxime ſequentes diem, quo ipſa pars ſcientiam habuerit de dicta ſententia, & eius tenore. Et ſi fuerit in dicto tempore appellatum, vel de nullitate dictum vt ſupra teneatur appellans, vel de nullitate dicens libellum appellatorum, vel appellationem loco libelli producere intra tres dies vtiles proxime ſequentes, alioquin appellatio, & nullitatis dictio ſit deſerta, legitime tamen citato procuratore eius, qui in prima inſtantia obtinuit, qui procurator non poſſit quo ad hoc dicere ſe non eſſe, vel nolle eſſe procuratorem eius, qui obtinuit vt ſupra, & ſi procuratorem non habuiſſet citari debeat appellatus ad domum ſuæ habitationis, ſi habitationem habuerit in ciuitate ipſa, & iuxta formam ſtatutorum noſtrorum, alioquin ad valuas palatij, ad quas citari ſufficiat appellatum in caſu prædicto. At libello appellatorio producto vt ſupra currat vtriq; parti terminus octo dierum vtilium ad excipiendum, replicandum, probandum, & probatum habendum per omne genus, & ſpeciem probationis, quo elapſo currat incontinenti terminus triũ dierum vtilium ad reprobandum ita, vt neutra pars elapſo dicto probatorio, & reprobatorio tempore poſſit amplius aliquid producere quoquo modo, ratione vel cauſa. Quibus terminis elapſis Iudex ipſius appellationis ſuam teneatur ferre ſententiam vt ſupra intra x. dies vtiles, alioquin inſtantia appellationis ſit, & habeatur oĩno vti deſerta, vt in prima inſtantia, ſub pœnis de quibus ſupra, & ſi ſecunda ſententia in cauſa appellationis lata conformis fuerit cum prima in totum, vel in partem, ab eo, in quo fuerint conformes, amplius appellari, vel de nullitate dici non poſſit, alioquin permiſſum ſit vtriq; parti appellare, vel de nullitate dicere intra tempora ſupraſcripta, donec dictæ duæ ſententiæ conformes fuerint. Quæ ſi latæ fuerint conformes ad fauorem carcerati, ſeu detenti, vel vna tantum, quæ tranſiuerit in rem iudicatam, tunc captus ipſe libere dimittatur, & ille, ad cuius inſtantiam captus fuerit, teneatur ipſi capto ad damna, & intereſſe, & ad omnes expenſas litis, in quibus condemnatus eſſe cenſeatur virtute præſentis ſtatuti, niſi ab eis in ſententia, vel ſententijs per Iudicẽ fuerit ſpecialiter abſolutus. Vbi vero captus fuerit condemnatus per duas ſententias conformes, vel vnam tantum, quæ tranſiuerit in rem iudicatam, non liberetur quouis modo a dicto carcere, niſi integre ſatisfecerit creditori de ſorte, & expenſis, in quibus fuerit condemnatus, niſi cedere velit bonis iuxta formam noſtrorum ſtatutorum, vel obtinuerit inducias quinquennales, ad quæ flebilia remedia admittatur ſi fuerit ciuis, vel diſtrictualis Mut. & non aliter, nec alio modo. Quoniam iniuſtum, & inurbanum eſt eum, qui poſſederit in ciuitate, vel diſtrictu bona pro ſuis, & tanquam ſua ſufficientia pro aſſerto debito, vel æſtimatione rei, vel facti iurari ſuſpectum, & fugitiuum, & in carcere duci, vel detineri, ideo diſponimus quòd vbi captus poſſederit in ciuitate, vel diſtrictu pro ſuis, & tanquam ſua bona ſufficientia pro aſſerto debito, vel æſtimatione prædictorum, & ſi hoc ita eſſe declaratum fuerit per D. Iud. cauſæ (a qua

decla-

declaratione minime appellari,vel de nullitate dici liceat)ille, ad cuius instantiam assertus debitor captus fuerit,eidem capto condemnatus sit ipso iure in libris xxv.si prætẽsus creditor,seu petitor hoc sciuerit, vel scire verisimiliter debuerit,& ad dictas libras xxv.persoluendas cogatur per dictum Iudicem intra triduum vtile a die requisitionis sub pœna ipsi Iudici soluendi tantundem de suo proprio ipsi capto. Et quia superius cautum est aliquem ciuem, districtualem,vel etiam forensem pro suspecto,& fugitiuo capi non posse ad instantiam alicuius forẽsis etiam pro contractu,vel quasi,Mutinæ celebrato, vel delicto, vel quasi,in ea commisso,etiam si solutio in dicta ciuitate esset destinata, limitando hoc restringimus ne procedat, vbi idem ius redderetur Mutinensibus contra suos debitores in ciuitate,vel loco, vnde essent huiusmodi forẽses(quod probare teneantur)hoc enim casu permittimus ad instantiam dicti forensis ciuem,districtualem,vel etiam forensem posse iurari,& capi pro suspecto, & fugitiuo,& prout supra diximus in ciue iurante. Et similiter nolumus quæ supra dicta sunt de forẽsi,qui non possit iurare suspectum aliquem procedere si quis reducens se de alieno territorio in ciuitatem,vel districtum Mut. reperitur cũ re,vel rebus alicuius forensis,quia tunc volumus ipsum talem sic se reducentẽ cogi debere ad restituendam dictam rem,vel res penes ipsum repertas ipsi forensi,cuius ipsæ res forent. Forenses autem quantum ad prædicta intelligi volumus omnes,qui de præsenti non habitant,nec habitauerint in ciuitate, vel districtu Mutinæ per quinquennium proximum continuum citra.

¶ Qui bonis cedere possint. RVB. LXVII.

STatuimus,& ordinamus quod aliquis terrigena cuiuscunq; conditionis, & status sit aliquo modo,ratione,vel causa non possit cedere bonis suis nisi prius tribus diebus in die sabbati dictorum trium dierum, & hora mercati ter ducatur circum plateam ciuitatis Mut.cum tuba a latere anteriori sonãte, cum capite raso, sine capitio, & cum vna mitra in capite, in qua sit scriptum C. & quoties ductus fuerit circum plateam,toties teneatur,& debeat,dare, & sedere super lapidem arengheriæ dicendo ter cedo bonis. Nemo vero possit aliquo modo cedere bonis suis nisi prius seruauerit omnia prædicta, & si aliter cesserit,tunc talis cessio non valeat, quod quidem locum non habeat, nec teneat in rusticis nec forensibus.

+ ¶ De Deposito,& depositarijs. RVB. LXVIII.

Nota quòd loco statuti veteris abrogati reposuimus sequens statutum reformatum.

SI pecunia,vel quæuis alia res depositata fuerit penes aliquem, si quidem depositum ipsum fuerit simplex,& non ad certum vsum,vel tempus huiusmodi depositum illico,& absque vllo temporis interuallo possit per deponẽtem, vel eius hæredem peti,& exigi à depositario,vel eius successore seu fideiussore principaliter obligato,secundum modum infrascriptum. Si verò depositum rei,vel pecuniæ factum fuerit ad certum tempus, tunc finito tempore, & non prius exigi valeat,vt infra. Si vero deponendo data fuerit pecunia, vel res ad certum vsum,tunc post mensem à die denuntiationis depositario, seu hæredi, vel fideiussori eius factæ,ut restituat depositum, & non prius exigi ualeat, ut infra. Nam in casibus prædictis respectiuè deponens ipse,vel eius hæres citare faciat

+ Statutum hoc non habet locum in casu huius depositi Rim. mu. cons

faciat legitimè coram Iudice competenti depositarium, vel eius hæredem, aut fideiussorem eius, vt supra principaliter obligatum pro certa die, & hora ad videndum, & audiendum peti, & instari per ipsum deponentem, vel eius hæredē, quod grauamen reale & personale committatur contra depositarium, vel eius hæredem, vel fideiussorem pro contentis, seu aliquo contentorum in instrumento depositi, vel altera authētica scriptura, qui citatus, si non comparuerit, tunc statim & sine mora intelligatur, & sit commissum grauamen reale, & personale pro contentis in instrumento, & scripturis, & pro expensis. Si verò comparuerit, & copiam instrumenti vel alterius scripturæ, cum termino ad opponendum petierit, ipse D. Iudex decernere debeat copiam instrumenti vel scripturæ, & statuere ipsi citato terminum duorum dierum vtilium ad opponendum, ne committatur grauamen vt supra intra quod tempus si reus ipse nihil opposuerit, statim commissum intelligatur & sit grauamen, vt supra. Si verò intra dictum tempus duorum dierum vtilium aliquas exceptiones opposuerit, tunc ipso iure statutus sit vtrique parti terminus octo dierum vtilium ad probandum, & probatum habendum per omne genus, & speciem probationis, & dicto termino elapso statutus sit etiam terminus trium dierum vtilū ad reprobandum & reprobatum habendum per omne genus, & speciem reprobationis, quo elapso neutra pars possit amplius quicquam producere, vel probare, sed statim per lapsum dicti termini concluſum sit, & pro concluso in causa habeatur. Verum statutus sit ipso iure Iudici terminus octo dierum vtilū immediate sequentium ad committendum dictum grauamē reale, & personale, vel pronuntiandum exceptiones obstetisse, & sic dictum grauamen non esse committendum & pro vt iuris fuerit, quo termino octo dierum elapso, si Iudex intra tempus suprascriptum oppositiones seu causam non terminauerit ipso iure grauamen sit commissum contra depositarium & fideiussorem prædictum pro summa, vel re vt dicitur depositata, ac expensis, & nihilominus Iudex negligens teneatur ad damna, & interesse parti ea dere læsæ, & puniatur in libris xxv. applicandis pro dimidia Fisco, & pro alia dimidia dictæ parti. Declarātes, quod terminus octo dierum, vt supra Iudici præfixus ad committendum grauamen nullo modo via ratione vel causa prorogari, suspendi, vel differri possit; a grauamine autē commisso, & ab ommissione terminationis appellari possit, & de nullitate dici per depositarium intra duos dies continuos à die lapsus termini dictorum octo dierum, vel à die scientiæ grauaminis comm issi facto tamē deposito reali, actuali, & effectuali, quantitatis, seu rei, cuius causa est commissum grauamen, vel habitum pro commisso per ipsum depositarium penes cāpsorem eligendum per Iudicem causæ, & non alium die, & hora appellationis interpositæ, etiam parte aduersa non petente, nec instāte, alioquin appellatio, & nullitatis dictio pro non interposita, seu interpositis habeantur; Appellatione autem interposita, admissa etiam causa nullitatis teneatur appellās producere libellum appellatorium die proximè sequenti iuridica, alioquin appellatio, & nullitas sit ipso iure deserta, & libello producto, vt supra statutus sit ipso iure vtrique parti terminus sex dierum vtilium immediate sequentium ad probandum, & probatum habendum per omne genus, & speciem probationis, &

ipso

ipso termino probatorio elapso assignatus sit terminus trium dierum vtilium ad reprobandum,& reprobatum habendum per omne genus, & speciem reprobationis, si denuo factæ fuerint probationes per instrumenta, vel per testes, alioquin non currat iste terminus reprobatorius,quo termino trium dierũ elapso concluſum sit,& habeatur pro concluso in causa,& Iudex habeat terminũ octo dierum vtilium immediate sequentium ad proferendum sententiam claram,& apertam & non in confuso,alioquin instantia pereat, & ipso iure grauamen ipsum confirmatum intelligatur,qui terminus,vt supra,prorogari,& nullo modo suspendi possit,vt supra,at si ab huiusmodi sententia in causa appellationis lata contigerit appellari,ac appellari potuerit,appellatio ipsa interponatur,libellus producatur,& causa terminetur,prout de prima appellatione, & temporibus illius superius dictum est.Et quæ diximus in præsenti statuto procedant,siue constet de ipso deposito per instrumentum publicum, siue per libros Campsoris,vel alterius,cui fides sit adhibenda,siue per scripturam priuatam manu depositarij scriptam,siue subscriptam cum duobus testibus Declarantes,quod vbi depositarius in causa succubuerit,vel exceptiones suas non probauerit,cadat in pœnam quartæ partis quantitatis seu rei depositatæ applicanda parti victrici,vel eius hæredi,pro qua etiam commissum sit & esse intelligatur ipso iure grauamen,teneatur autem Iudex in prædictis omnibus casibus procedere summarie de plano sine strepitu,& figura iudicij, & ferijs non obstantibus etiam repentinis.Et hoc statutum sit precisum,& truncum.&c.

¶ De pretio rei venditæ soluendo,& de re vendita,& tradenda.

RVB. LXVIIII.

Nota quòd loco statuti veteris abrogati reposuimus sequens statutum reformatum.

SI quis rem aliquam vendiderit,& eam emptori tradiderit siue nullus terminus solutioni sit appositus,siue appositus fuerit,& lapsus, venditor ipse, vel eius hæres legitime citare faciat coram Iudice competenti emptorem,vel eius hæredem pro certa hora ad videndum,& audiendum fieri fidem de venditione,& pretio conuento,& peti,& successiuè instari grauamen committi contra ipsum emptorem,vel eius hæredem pro pretio,siue residuo pretij rei venditæ cum comminatione,quod ipso non comparẽte contra ipsum committetur grauamen,& si ipse emptor,vel eius hæres non comparuerit, tunc accusata eius contumacia,& facta fide per venditorem,vel eius hæredem de pretio conuento,& re tradita,& legitimatis personis, (quatenus legitimatione opus sit) infra triduum vtile grauamen reale,& personale statim committatur,& commissum esse intelligatur ipso iure pro pretio,seu parte pretij, & expensis factis, & faciendis.Si verò citatus ipse comparuerit,si quidem confessus fuerit se debitorem esse de pretio,vel parte aliqua pretij, quod ab eo petitur, tunc assignetur ei terminus octo dierum continuorum ad soluendum dictum pretium, & expensas illuc vsque factas,quo termino elapso grauamen ipsum reale, & personale commissum sit ipso iure pro sorte quã confessus fuit & expensis prædictis. Si verò dictus emptor vel eius hæres venditionẽ negauerit vel dixerit pretiũ, vel partem pretij venditori,vel alicui de eius mandato soluisse,tunc assignetur & assignatus esse intelligatur terminus octo dierum vtiliũ immediate sequentium

tium vtriq; parti ad probandum, & probatum habendum per omne genus, & ſpeciem probationis, quo lapſo ſtatutus ſit terminus trium dierum vtilũ ad reprobandum, quo termino reprobatorio elapſo concluſum ſit, & pro concluſo habeatur in cauſa, & iudex debeat intra terminum octo dierum proxime futurorum committere grauamen reale, & perſonale contra emptorẽ, vel eius hæredem, ſeu eius fideiuſſorem principaliter obligatum pro pretio, ſeu parte pretij, & expenſis, vel abſoluere dictum emptorem, ſeu hæredem, pro vt iuris fuerit, alioquin inſtantia pereat emptori, ſeu eius hæredi, & commiſſum ſit, & eſſe cenſeatur grauamen reale, & perſonale pro ſorte, & expenſis ipſo iure contra citatos, a quo grauamine commiſſo contra emptorem prædictum, vel eius hæredẽ, & ab omniſſione terminationis ſuper principali appellare minime liceat, nec de nullitate dicere niſi intra biduum continuum à die lapſus termini dictorũ octo dierum, vel a die ſcientia grauaminis commiſſi, facto depoſito actuali, ẽt parte non inſtante penes notarium cauſæ, per appellantem librarum decem, ſi pretium, quod peritur non excedat ſummam librarum centum, ſi autem maior fuerit ſumma, fieri debeat depoſitum vltra dictas libras decem ſoldorum duorum pro qualibet libra ſoluendum appellato, quotiens appellans ipſe ſuccumbat, vel litem proſequutus non fuerit, loco damnorum, & intereſſe ipſius appellati, a pronuntiatione autem abſolutionis in totum, vel in partem permittimus appellari poſſe per prætenſum venditorem, vel eius hæredem nullo etiã facto depoſito, quæ appellationes vt ſupra reſpectiue interponi debeãt per appellantes intra biduum continuum, & appellatione interpoſita libellus appellatorius, ſeu appellatio loco libelli producatur, & produci debeat intra triduũ vtile, & cauſæ appellationum prædictarum habeãt inſtantiam ſuperius aſcriptam dictæ primæ inſtantiæ, Declarantes, quod venditor agens ad pretiũ, vel partem pretij cadat in pœnam quartæ partis pretij petiti, ſi ipſe emptor probauerit, ſe dictum pretium, vel partem pretij petiti ſoluiſſe ipſi venditori, vel alteri de eius commiſſione, & ſimiliter ipſe emptor negans cadat in dictam pœnam quartæ partis prædictæ ſi venditor probauerit de venditione, ipſe verò emptor non probauerit de ſolutione pretij petiti, vel partis pretij, pro quantitate enim non probata per emptorem committi contra eum volumus grauamẽ, vt ſupra reale, & perſonale vna cum ſententia ſuper principali ferenda, ſeu grauamine ſupradicto. Pro quantitate verò ſolutionis pretij petiti probata per emptorem committi volumus grauamen contra venditorem, quas pœnas reſpectiuè applicamus alteri parti loco damnorum eius, & intereſſe, non obſtante etiam in prædictis, quod pars offerret ſe accipere quod ſolutum fuerit ad dictum computum. E contra verò ſi quis emerit rem aliquam, vel promiſſum ſibi fuerit per aliquem de vendendo, vel retrouendendo rem aliquam, & ſoluerit pretium, vel paratus ſit cum effectu id ſoluere emptori, vel cui dicta promiſſio eſt facta, vel eius hæres citari faciat venditorem, ſeu promiſſorem, vel eius hæredem ad videndum, & audiendum inſtari, & per emptorem prædictum vel eius hæredem immitti in poſſeſſionem vel quaſi rei venditæ, vel promiſſæ de vendendo, vel retrouendendo cum comminatione, quod ipſo non comparente, immiſſio prædicta committetur; & ſi ipſe citatus non comparuerit, & ſic contumax fue-

rit,tunc immissio realis fiat contra citatum, & grauamen committatur pro expensis,facta tamen fide de dicta venditione,seu promissione.Si vero comparuerit ipse citatus,tunc si confiteatur dictam venditionem,vel promissionem assignetur sibi terminus trium dierum continuorum ad rem illam tradendam vacuam & expeditam,vel venditionem,seu retrouenditionem faciendam, qui si in dicto termino rem venditam non tradiderit,vacuam,& expeditam, vel venditionem,seu retrouenditionem,iuxta promissa non fecerit, tunc emptor, vel is cui dicta promissio est facta,seu eorũ hæredes immittãtur & immitti debeãt in possessionem,vel quasi dictæ rei, & grauamen committatur contra venditorem,seu promissorem,vel eius hæredes,pro expensis factis, & faciendis, & pro quantitate quartæ partis pretij conuenti loco damnorum,& interesse.Si verò dictam venditionem seu promissionem negauerit,tunc procedatur, & fiat,pro vt supra diximus de emptore conuento comparente,& negante,vel opponente,quæ omnia habeantur hic pro dictis,& repetitis singula singulis congrue referendo,& prædicta locum habeant,vbi venditor haberet facultatem rei tradẽdæ.Vbi facultatem dictæ rei tradendæ, & consignandæ non haberet,& hoc ita esse venditor ipse probauerit, si quidem dicta impossibilitas processerit sine culpa facto,& mora venditoris,tunc venditor,seu promissor teneatur ad restitutionem pretij habiti tantum,& ad expensas.Si verò impossibilitas ex facto,vel culpa ipsius venditoris,seu promissoris,vel eius hæredis,vel forte quia rem alienam vendidit,vel promisit vendere,& propterea eam tradere non potest, tũc illico cogatur realiter,& personaliter ad restituendum pretium habitum,& ad dimidium totius pretij conuenti alteri parti loco damnorum suorum & interesse.Et in prædictis,& quolibet prædictorum omnes,& singuli magistratus teneantur & debeant procedere summarie de plano sine strepitu, & figura iudicij,& ferijs messium,& vindemiarum non obstantibus,& quilibet magistratus qui non seruauerit omnia & singula in præsenti statuto contenta, toties currat ipso iure in pœnam librarum vigintiquinque applicandam pro dimidia Fisco Ducali,& pro alia dimidia parti ea de causa læsæ. &c.

¶ Quod socius pro socio agere,& conueniri possit. RVB. LXX.

SI fuerint duo,vel plures,qui fecerint,seu faciant simul aliquam mercaturã, vel trafficum,quilibet ipsorum inuicem teneatur pro rebus habitis, vel debitis contractis per alterum occasione dicti sui traffici,& possit conueniri insolidum,etiam si vnus soluere incepisset. Similiter quilibet eorum insolidũ possit agere,& exigere omnia,& quæcunq; credita,res,& bona occasione dicti traffici,& soluens,seu restituens alteri eorum plenariam, & insolidum consequatur absolutionem,& sufficiat apparere de ipsa solutione,vel restitutione per solam vnius confessionem,vel per publicum instrumentum, vel per testes legitime deponentes,vel per libros societatis,& socius, qui esset obligatus pro socio occasione traffici vt supra, possit agere contra socium ad conseruationem indemnitatis iuxta tradita in statuto.De securitate danda ab eo,pro quo quis est obligatus.Intelligantur autem socij quantum ad prædicta omnes illi,qui in eadem statione,vel negotiatione morantur,vel mercantur,nisi liquidissime probentur discipuli.

¶ De

¶ De debitis contractis per vxorem occasione mercaturæ.

RVB. LXXI.

SI vxor habitans cum viro suo aliquam mercaturã exercuerit palam, & publice, & occasione dictæ mercaturæ aliqua debita in re, vel pecunia consistentia contraxerit, vxor ipsa teneatur, & cogi possit ad huiusmodi debita non obstãtibus etiã dispositis in statuto. De indemnitatibus mulierum. Et creditoribus satisfieri possit, & debeat de rebus reptis in statione, in qua tenebatur mercatura, non obstantibus etiam dispositis in contrarium per statuta nostra prohibentia dotes, vel bona dotalia non posse alienari per mulierem, seu maritum.

¶ De satisdatione a non subiectis præstanda. RVB. LXXII.

NVlla persona, Commune, Collegium, vel vniuersitas non subiecta pleno iure iurisdictioni DD. Magistratuũ ciuitatis Mut. agens, vel experiens, seu ẽt excipiens contra aliquem subiectum iurisdictioni prædictorum magistratuũ, siue causa fuerit ciuilis, siue criminalis, siue mista, siue conuẽtionalis, siue reconuentionalis quoquo modo audiri non debeat ab ipsis magistratibus, sed penitus audientia ei denegari, nisi in primis præstiterit in qualibet parte iudicij parte ita instante fideiussorem idoneum facultatibus existentibus in ciuitate, vel districtu Mutinensi, & facilitate conueniendi corã prædictis DD. magistratibus. Qui fideiussor principaliter, & insolidum obligãdo se, & sua bona promittat de iudicio sisti & iudicatum soluendo in prima & vlteriori instantia, prout censeri volumus illum obligatum esse, licet simpliciter se obligauerit de iudicio sisti, & iudicatum soluendo. Quantum autem ad iuratoriam cautionem statuimus, quòd si ipse non subiectus egerit contra subiectum, vel subiectus p modum principalis petitionis egerit contra non subiectum, ijs casibus respectiue non subiectus teneatur præstare dictam fideiussionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo respectiue, non obstante etiam quòd dictus non subiectus, facta diligenti inquisitione inueniendi, & præstandi dictam fideiussionem, cautionem ipsam iuratoriam præstaret. Verum si ipse non subiectus vt supra agens reconueniatur per subiectum, quia huiusmodi reconuentio calumniose fieri posset, tunc pro causa reconuentionis non subiectus admitti possit ad iuratoriam cautionem. Hoc tamen intellecto quòd si postea contingeret non subiectũ condemnari in petitis, vel aliquo petitorum per subiectum in causa reconuẽtionis, tunc in causa appellationis ab eo interpositæ non audiatur, nisi præstito dicto fideiussore, alioquin instantia sibi pereat. Si vero ipse non subiectus reconueniret dictum subiectum, non subiectus teneatur ad dictam fideiussionem. Subiecti autem quo ad præsens statutum intelligantur omnes ciues laici originarij origine paterna habitantes, vel non habitantes in dicta ciuitate, & omnes laici possidentes bona immobilia in ciuitate, vel districtu Mutinæ sufficientia p deductis in iudicio vt supra respectiue, & omnes laici habitantes in ciuitate, vel districtu Mutinæ tempore motæ litis, & ante per annum continuum, & citra cum tota familia. Reliqui vero intelligantur non subiecti.

¶ De Præscriptionibus. RVB. LXXIII.

STatuimus quòd si quis habuerit creditum vel ius aliquod agendi, vel petendi etiam per officium iudicis descẽdens siue ex contractu, siue ex quasi contractu,

tractu, siue ex quauis causa, vel occasione, quod quidem creditum, vel ius probetur, seu probari possit vel per instrumentum iuratum, vel scriptum iuratū, vel testes, & huiusmodi creditum, vel ius ipse creditor, seu quasi, & eius hæres non petierit iudicialiter intra annos xv. continuos a die solutionis sibi faciendæ (si dies solutionis fuerit præfixus, alioquin a die celebrati contractus) assertus creditor, vel eius hæres petens, vel agens post dictos vigintiquinque annos, nec audiatur, nec audiri possit a quouis magistratu etiam excipiendo, nisi per exceptionem adduceretur compensatio crediti consistentis in quantitate, specie, vel genere contra debitū, vel ius petitum ab aduersario consistens in quantitate, specie, vel genere, si debitor viuens, vel eius legitimus procurator habens ad hoc speciale mandatum iurauerit se soluisse, vel aliter satisfecisse creditori, vel alteri de eius mandato, cuius debitoris iuramento fides adhibeatur, & habeatur pro plena, & vera probatione virtute præsentis statuti. *quindecim

Debitore vero mortuo censeatur, & intelligatur solutum, vel satisfactum prætenso creditori, vel hæredi si hæres, vel successor debitoris, vel eius procurator legitimus iurauerit se credere quod creditori, vel eius hæredi satisfactum fuerit a suo authore, & iuramentum in instrumēto, vel scriptura præstitum in hoc non obstet, sed quantum ad prædicta præsumatur dolosum, simulatum, meticulosum, & fictitium, & dolo, metu, & per vim extortum virtute præsentis statuti, & hæc locū habeant ēt in sententijs, & præcepto sup debito pecuniario latis, & in quibuscunq; obligationibus, vel quasi quomodocunq; contractis in eis seu creatis, locū tñ præsēs statutū non habeat contra minores xx. annis, & alios, contra quos mero iure non currit præscriptio, nec contra mezadros, seu laboratores de medio, nec in dotibus, aut augumētis dotiū. Addētes quòd si quis allegaretur creditor alicuius, vel ex operibus diurnis, vel famulatu, vel ex nutritione, vel aduocatione, vel procuratione, vel medicatione, & per annū continuū a die finitorum operum, famulatus, nutritionis, aduocationis, procurationis medicationis in iudicio non petierit id quod sibi debetur ex aliqua causa, vel occasione prædictorum post dictum annum continuū amplius non audiatur, nec ei ius reddatur de prædictis, sed virtute præsētis statuti præsumatur ei fuisse satisfactum, maxime cum non sit verisimile quòd vltra annum differret ad suum salarium, seu mercedem postulandam, nisi tamen appareret de confessione debitoris facta intra annum prædictum, quia eo casu statutum præsens pro allegatis mercedibus cessare præsumatur, & cesset.

¶ De modo tenendo ab eo, qui vult vendere rem immobilem, & fideiussorem præstare non potest. RVB. LXXIIII.

STatuimus, & ordinamus, quòd si quis Commune, vel collegium, vel vniuersitas vellet aliquam suam rem immobilem, quam possideat in ciuitate, vel districtu Mut. vendere & fideiussorem de euictione dare non possit, compareat coram Potestate, vel eius Vicario, vel alterius ipsorum locumtenente sedente p tribunali hora iuris, & ibi in actis vnius notarij dicti tribunalis dictam rem vendendam det in scriptis, exprimēdo in qua parochia ciuitatis sit, vel quæ villa, si erit in districtu & eius confinia, & iugerum numerū vel circa, & eius conditionem, dicendo se velle omnino eam vendere, & non habere fideiussorē, qui

velit

velit pro eo de euictione promittere, propter quod instat committi proclama tionem in forma infrascripta. Qua instantia facta Iusdicens teneatur committere per vnum ex bannitoribus Com. sono tubæ præmisso fieri tres proclamationes ad Arengheriam, & ad scalas palatij Com. Mut. plateam versus, & ante rem vendendam, si erit in ciuitate, si vero erit in districtu ciuitatis ad ecclesiam villæ, in qua erit ipsa res incontinenti post celebrationem missarum, in die dominico multitudinem hominum astante in præsentia massarij, & duorum testium de dicta villa, clamando alta voce & sono tubæ præmisso. Qualiter talis persona, vel vniuersitas, vel tale Commune, vel collegium vult vendere talem rē, exprimendo nomen, & cognomen eius, qui vult vendere, & ipsius rei latera, & confinia, & conditionem vt supra, & siquis habet, vel habere prætendit in ipsā rem ius aliquod iure dominij, vel quasi hypothecæ, vel quacunq; alia de causa, comparere debeat coram ipso iudice ad opponendum, & contradicendum, & demonstrandum quicquid voluerit de iuribus suis intra terminū sexaginta dierum continuorum numerandorum a die vltimæ proclamationis faciendæ, & exprimatur in ipsis proclamationibus quæ sit dictarum proclamationum prima, secunda, & tertia. Quas proclamationes ter fieri volumus diuersis diebus in quolibet prædictorum locorum cum dimissione cedulæ manu notarij prædicti subscriptæ effectum & tenorem dictarum proclamationum continentis, & affixione ad quodlibet dictorum locorum. Item quòd inter vnam proclamationem, & alteram intersint ad minus octo dies continui inclusiue, intelligendo vnam proclamationem id quod semel factum fuerit in locis prædictis, & adsit semper notarius, qui omnia scribat ordinate. Et elapsis dictis sexaginta diebus, & nemine comparente, possit ipsa res vendi cuilibet emere volenti, & quicunq; emerit hac forma seruata non possit, nec debeat ab aliquo creditore ipsius venditoris, nec ab aliquo communi collegio, vel vniuersitate, nec ab aliqua alia persona aliquo modo vel iure inquietari, vel molestari in dicta re sicut supra empta, nec aliquis vltimus audiatur contra talem emptorem. Si quis vero comparuerit intra dictum terminum sexaginta dierum, vel postea quandocunq; ante confectum instrumentum venditionis audiatur, & sibi ius fiat per ipsum Iusdicentem. Prædicta vero locum non habeant contra ecclesiam, vel alia quæcunq; loca pia, nec in dotibus, nec in absentibus nec in Camera Duc. nec in minoribus, nec in aliqua causa, quæ quoquo modo dependeat, vel dependentiam habeat a Camera Duc. cui Massarius, aut alius magistratus Serenis. D. N. pro interesse Altitudinis suæ interesse debeat, neq; etiam intelligatur per suprascripta præiudicari posse, vel debere alicui liti quocunq; modo sopitæ per transactionem, vel sententiam, vel per alium quemcunq; modum, vt ipsa sopita instaurari possit, sed solum habeat locum in causis non decisis.

¶ Quod Potestas, nec aliquis magistratus Mut. reddat ius alicui personæ, quæ non sit obediens Communi dictæ ciuitatis. RVB. LXXV.

POtestas, & alij magistratus Comm. Mut. non possint, nec debeant vinculo iuramenti reddere ius secundum statuta, & ordinamēta ciuitatis alicui non obedienti dicto Comm. & quisquis inobediens fuerit minime gaudeat dictis statutis, nec ei prosint, vel patrocinentur. Verū dicti DD. Iud. possint tantummodo

modo inobedientibus ipsis ius reddere secundum ius commune, & non secun-
quoad dum statuta ipsa ea concernunt fauorem prædictarum personarum, quoad
vero concernant eorum præiudicium ipsis statutis obligati sint. Saluis tamen
dispositis per alia nostra statuta.

¶ Quod Clerici, vel Prælati, vel personæ Religiosæ, seu loca pia non gaudeant beneficijs statutorum. RVB. LXXVI.

LIcet statuta nostra non auferant, nec eis auferre intendamus Clericis, Prælatis, vel religiosis personis, seu locis pijs ea, quæ ipsis in priuilegium vel alias conceduntur de iure Communi, quinimmo disponimus ea ipsis a quibuscunq; magistratibus seruari, volumus tamen quod ipsi clerici, vel prælati, vel personæ religiosæ, vel loca pia non possint vti, nec gaudere beneficijs stat. nostrorū, sed penitus sint dictis beneficijs priuati, & ab eis penitus excluſi, non obstātibus quibuscunq; priuilegijs sibi quouis modo concessis ēt a sūmo Pontifice, nisi huiusmodi religiosi, clerici, vel prælati se subiecerint cum effectu oībus oneribus Communis Mut. vel nisi D. Episcopus p̄ constitutionē validā oīa, & singula statuta nostra legitime ap̄pbauerit, & confirmauerit quatenus ēt ipsa statuta concernāt præiudiciū religiosorū, & locorū piorum, & non aliter nec alio modo.

¶ De Prælatis Clericis, Ecclesijs, & locis religiosis non audiendis a magistratibus, si noluerint sub Episcopo respondere. RVB. LXXVII.

STatutū est quòd vbi subiectus iurisdictioni Com. Mut. contraxerit, vel quasi cū aliquo prælato, clerico, vel ecclesia, aut loco religioso, siue ipse subiectus aliquā iniuriā a prædictis quoquo modo acceperit, seu prædicti clerici, vel prælati quoquo modo deliquerint, vel quasi in aliquē subiectū iurisdictioni prædictæ ēt si prædicti haberēt solū superiorē D. Pontificē, vel aliū superiorē ecclesiastici suo, vel ecclesiarū suarū noīe, si dicti clerici, vel ecclesia, aut collegium ijs contractibus, vel quasi, debito, vel quasi, a subiecto conuenti noluerint respondere corā D. Episcopo Mut. Potestas, & oēs alij magistratus Com. Mut. aliquod eorū negotiū, siue ecclesiarū suarū non audire debeāt vllo modo, & sic nullū ius reddi debeat ab aliquo magistratu Com. Mut. dictis prælatis, & alijs suprascriptis, nec eorum inquilinis, seu laboratoribus, vel colonis. Addentes quòd nullus magistratus Com. Mut. possit, nec debeat reddere ius alicui non subiecto iurisdictioni prædictæ nisi ita fecerint, & obseruauerint, vt quilibet subiectus possit consequi ius contra eos sub suis iudicibus in ciuitate Mut. & extra. Et Potestas, & reliqui magistratus maxime teneantur obseruare præsens statutum, sub pœna librarum centum applicanda Fisco Ducali.

¶ De iure reddendo contra Milites. RVB. LXXVIII.

STatutum, & ordinatum est quòd per D. Potestatē, & quemlibet alium magistratum ordinarium possit, & debeat reddi ius summarium sine strepitu, & figura iudicij, & aliqua petitione in scriptis redacta, cuilibet contra quēcunq; militem, capitaneum, vel antesignanum occasione pensionis domus, & cuiusli bet alterius rei quam receperit ab alio, & nulla cinquantina, vel singularis pso ua compelli possit ad dandū domum aliquam alicui militi, vel forensi. Verum q̄n accederent milites Mut. in magna quantitate adeo q̄d non possint inuenire commode domos, vel hospitia, tūc fieri debeat diligēs inquisitio ad inueniēdū

eisdem domos, prout D. Guber. videbitur, & nihilominus ipsi milites teneãtur soluere dominis pensiones dictarum domuum.

¶ Qui habet res in solutum, defendatur in tenuta vsq; ad cognitam rationem. RVB. LXXVIIII.

POtestas, & eius Iudices, cæteriq; magistratus communis Mut. in primis, & oino teneantur defendere, & tueri et manu militari quelibet in tenutã, & possessionẽ earũ rerum, quæ ipsi datæ fuerint, vel dabuntur per magistratus in solutũ. Et si quis impedierit possessorem, vel fructus abstulerit absq; causæ cognitione, Potestas, & alij magistratus teneantur, & debeant absq; oblatione libelli oibus diebus ẽt feriatis, præterq; in honorẽ Dei, compellere huiusmodi impedientẽ ad restituendũ possessionẽ, & fructus possessori, seu possessoribus habẽtibus in solutũ res ipsas vt supra dictũ est. Insup r Potestas, & alij magistratus teneantur condemnare talem sic impedientẽ vel possessionẽ, seu fructus possessori auferentem in libr. quinquaginta applicandis pro dimidia Fisco Duc. & p alia dimidia damnum passo, & in damnis, & expensis, quas suo iuramento declarauerit dictus impeditus, vel is, cui possessio seu fructus ablati fuerint, taxatione tamen Iudicis præmissa a quo, seu quibus non possit aliquo modo appellari, nec de nullitate dici, & hoc præsens statutum locum non habeat contra eum, qui tempore tenutæ, & dationis in solutum tenebat, & possidebat rem prædictam in solutum, si ad prædicta citatus non fuerit.

¶ Vbi, & à quibus ius reddi debeat. RVB. LXXX.

nisi. tracch. in tract. de arrest. particular. vlt. partis princip. n. 26. et 27.

STatuimus quòd in ciuitate, vel districtu Mut. ius siue in ciuilibus, siue criminalibus, siue mistis reddatur per magistratus Com. Mut. tantũmodo, & non per alios quocunq; noie censeantur, vel quacunq; præfulgeant dignitate, ẽt si ciues ipsi vel districtuales consentirent, seu prorogarent iurisdictionẽ alterius, q̃s magistratus Mut. Et si fuerit contrafactum processus, sententia, vel condẽnatio ipso iure non valeãt, & nihilominus ipse exercens iurisdictionẽ ẽt per vnicũ actũ contra formã præsentis statuti, & notarius rogatus de processu, sententia, vel condẽnatione, priuati sint eorũ officijs, nunq; in ciuitate, vel districtu Mut. officium, beneficium, seu dignitatem habituri, & vlterius quilibet eorum cadat in pœnã libr. centum applican. pro dimidia accusatori, & altera dimidia Communi Mutinæ, & actor, & ẽt reus consentientes si contrafecerint cadant in prædictas pœnas applican. vt supra, & nihilominus actor priuetur omni iure suo. Declarantes quòd nullus ciuis vel habitator ciuitatis, vel districtus Mut. possit conuenire alium ciuem, vel habitatorem ciuitatis, vel districtus prædicti ratione rei sitæ, corã aliquo magistratu alicuius loci, castri, vel villæ, ducatus, vel extra ducatũ Mut. sed tãtũ possit, & debeat eũ conuenire coram magistratibus ciuitatis Mut. pro re, seu rebus sitis in dictis locis sub pœnis prædictis applicandis vt supra, & nihilominus processus, & sententiæ sint nullæ ipso iure.

¶ Quod idem ius reddatur illis forensibus, quod redditur Mutin. in eorum terris. RVB. LXXXI.

Sic tenet [illegible] ad ord. [illegible] et ad distinctionem Iudices. con. 104. in

STatuimus quòd forenses, & non subiecti gaudeãt beneficijs pñtiũ oium stat. ciuitatis Mut. si idẽ ius reddatur Mutinẽsibus in eorũ terris seu foro, in casu, de quo agitur, quòd ipsis forẽsibus reddi petitur in ciuitate, vel districtu Mut.

¶ Quod

¶ Quod Potestas, aut Vicarius non possint cognoscere causas conterraneorum suorum. RVB. LXXXII.

STatuimus quòd Potestas non possit, aut valeat cognoscere aliquã cãm ciuilẽ alicuius, qui sit de loco vel oriundus, vel habitator tpe officij sui, de quo forte loco sit ipse Potestas, siue Vicarius, aut alius Iudex D. Potestatis. Similiter Vicarius, aut alius quiuis ex iudicibus D. Potestatis non possint cognoscere causas ciuiles alicuius, vel aliquorũ, qui sint de loco, vel oriũdi, vel habitatores vbi, & vnde sit ipse D. Potestas, seu Vicarius. Nec ipse Potestas, vel aliquis ex dictis iudicibus cognoscere valeant causã alicuius ex famulis, & ancillis suis, sub pœna in prædictis librarũ CCC applicandarum in totum Fisco Duc. & nihilominus parte opponente acta sint nulla, & præsens stat. locum non habeat, si vterq; esset de loco D. Potestatis, seu Vicarij, vel prædictorum magistratuum.

¶ De Exceptionibus non opponendis contra Iudices, & Notarios. RVB. LXXXIII.

STatuimus quòd si quis terrigena, vel forensis existens in aliquo officio, seu quasi possessione alicuius officij Com. Mut. fecerit vel exercuerit aliquid ad dictum officium spectãs si quidem huiusmodi gestum, vel factum productum fuerit per aliquem in causa ciuili, vel criminali, contra id opponi non possit, quòd ille talis non fuerit Iudex, vel de collegio Iudicum Com. Mut. Et si oppositum fuerit, huiusmodi oppositio pro nulla habeatur, & ea non obstãte in causa procedatur, nec etiam super eo consilium sapiẽtis peti valeat, & nihilominus opponens condemnetur in soldis xx. pro qualibet vice applicandis pro dimidia Fisco Duc. & pro alia dimidia alteri parti, saluis tamen semper omnibus alijs exceptionibus contra prædicta competentibus. Et idem dispositum sit, si quis existẽs in collegio DD. Tabellionum ciuitatis Mut. vel quasi possessione Notariæ aliquid gesserit spectãs ad officium Notariæ, & contra huiusmodi factum, vel gestum oppositum fuerit, quòd ille non erat, vel non est tabellio, nã huiusmodi exceptionem pro nulla habemus, & vt supra, & nihilominus opponens cadat in pœnam suprascriptam applicandam vt supra.

¶ De Recusatione Notarij. RVB. LXXXIIII.

STatuimus quemlibet not. Cuiusuis Iud ordinarij vel delegati etiam a Principe, ac D. Massarij Duc. posse in qualibet parte Iudicij vsq; ad conclusionem in causa vel habita pro concluſa recusari, & iurari suspectum p quamlibet partem litigantem, & sufficiat iuramentum partis, vel eius procuratoris, actoris, seu curatoris etiam si causæ suspicionum non exprimantur ad quas exprimendas, & probandas nolumus teneri ipsum recusantem, & præstito in actis huiusmodi iuramento, altera die proxime sequenti iuridica partes ipsæ teneãtur dare, porrigere & exhibere suos confidẽtes de numero DD. notariorum iuris, vel appellationũ tantũ, prout materia patietur, iuxta modũ traditũ in stat. De electione Consultoris Et notarius electus non possit amplius recusari, vel iurari suspectus, & solus rogetur de ꝓcessu, & sentẽtia illius causæ, remoto in totũ dicto notario recusato. Prohibẽtes oino p vtilitate publica principaliter associationes notariorũ, ẽt si partes ipsæ consentirent, & hoc ne expẽsæ multiplices fiãt, & si aliter in prædictis processum fuerit, omnia inde secuta sint ipso iure nulla.

¶ De Recusatione Iudicis. RVB. LXXXV.

STatuimus quòd si quis suspectum habeat in aliqua causa ciuili Iudicẽ aliquẽ ordinariũ, vel delegatũ ét a Principe procedatur in hunc modum. Nam ipsa pars, vel ea absente procurator eius habens legitimũ mãdatũ compareat corã ipso Iudicẽte, ac proponat recusationem suam in scriptis, & iuret p̃ sanctum Dei Euangeliũ quòd habet ipsũ Iudicẽ suspectũ ex iustis, & rationabilibus causis, & huiusmodi recusatio valeat, & p̃cedat ab.q; ét expressione aliquarũ causarũ & p̃batione ipsarũ, teneaturq; talis iudicens recusatus dictam recusationẽ admittere, alioquin acta inde secuta sint nulla ipso iure. Et partes teneantur altera die sequenti iuridica dare suos confidentes iuxta tradita in stat. De electione Consultoris. & fiat electio de confidentibus vt in stat. De Confidẽtibus, & suspectis. Et coram dicto electo procedatur in ipsa causa, prout procedebatur co ã Iud. suspecto ante suspicionẽ allegatã habeatq; electus illas authoritates & potestates, quas habebat Iudex recusatus, non possit tamẽ Iudex electus recusari, aut peti vt associetur, quia hoc esset p̃cedere in infinitũ, sed bene corã eo peti possit consiliũ sapientis iuxta tradita in statutis nostris. Et dictam recusationẽ permittimus posse fieri vsq; quo lapsum sit tẽpus ad petendum consiliũ sapientis sup̃ definitiua, vel habente vim definitiuæ, post vero dictum tempus recusatio ipsa non admittatur, nisi causa suspicionis allegetur, & p̃betur, quæ probatio fieri debeat coram D. Iudice appellationum, & si Iudex appellationum fuerit ille, qui allegetur suspectus coram D. Potestate, vel eius Vicario, qui teneatur declarare superinde intra sex dies vtiles a die propositæ recusationis sub pœna ipsi iudici imposita Scutorum viginti applicanda in totum parti recusanti. Declarationi autem superinde stetur sine remedio appellationis, & nullitatis, & in integrum restitutionis etiam ex capite minoris ætatis. Et si causa, seu causæ suspicionum probatæ non fuerint per recusantem, pars ipsa opponens incidat, & incidisse intelligatur in p̃œnam librarum quinq; & in expensas causæ recusationis alteri parti applicandas.

¶ De Carceratis in subsidium alendis. RVB. LXXXVI.

STatuimus quòd vbi detentus ex causa, siue criminali, siue ciuili siue mista ad instantiã alicuius ciuis, vel districtualis ciuitatis Mut. vel forensis steterit in carcere per sex menses continuos, & modũ non habeat se alimentãdi per se, vel ascendentes, vel descendentes suos masculos (quod præsumi volumus p̃ dictũ tempus quouisq; p̃ creditorẽ probatum fuerit contrariũ) creditor ipse, ad cuius instantiã detentus fuit per dictũ tempus, teneatur singulis quibusq; diebus per se, & non p̃ aliã personã personaliter portare ad carcerem quadrantes sex monetæ currentis Mutinæ & eos sine spe rehabẽdi dare & dimittere ipsi debitori detento, alioquin detentus ipse liberetur, ac liberatus sit ipso iure a carcere ipso, licet non a debito, pro quo detinebatur, & amplius p̃ eodem debito capi non possit, nisi forte fieret locupletior, & debitum prædictum soluere nollet. Declarãtes non sufficere si creditor ipse solueret, vel soluere vellet debitori semel aliq̃ quantitatẽ pecuniæ p̃ pluribus diebus, quia volumus dictũ creditorẽ gravari singulis quibusq; diebus ad portãdũ, & soluendũ dictos sex quadrãtes vt trãdẽ tædio affectus vel libere dimittat debitorem, vel cum eo concordiam faciat,

¶ De

¶ De non patrocinando coram Patre, vel Filio, vel Fratre, Domino, vel Vassallo. RVB. LXXXVII.

SI Pater sit Iudex ordinarius, vel delegatus etiam a Principe in aliqua cā, non possit filius nomine suo, vel alieno patrocinium alicui præstare, nec econtra, & similiter, nec pater habere consilium a filio. Et idem dispositum intelligatur de fratre corā fratre, & de Domino coram Vassallo, & e contra, sub pœna contrafacienti librarum quinq; applicanda parti aduersæ.

¶ Quod quis non vtatur patrocinio Forensis. RVB. LXXXVIII.

NVllus ciuis, vel comitatinus, nec aliqua alia persona vtatur patrocinio Forensis corā Potestate Mut. vel suis Iudicibus, aut alijs magistratibus Com. Mut. & qui contrafecerit soluat pro banno libras quinquaginta monetæ Mut. & quilibet possit accusare, & medietas sit accusantis. Et potestas teneatur exigere dictum bannum, seu pœnam sine remissione infra dies xv. postquā requisitus fuerit, sub pœna quinquaginta librarum irremissibiliter ab eo soluenda. Et intelligatur quantum ad prædicta forensis, quicunq; non fuerit ciuis originarius origine sua, vel paterna, vel auita.

¶ Quod nullus bannitus pro falsitate possit esse Syndicus, Procurator, vel Notarius. RVB. LXXXVIII.

STatutum est quòd quicunq; est, vel fuit bānitus, vel condemnatus ex aliqua ciuitate, castro, vel loco pro instrumento falso, vel aliqua alia falsitate non possit esse procurator, curator, actor, vel syndicus alicuius villæ, loci, collegij, vniuersitatis, monasterij, seu capituli, vel singularis personæ, nec coram aliquo magistratu in ciuitate Mut. patrocinium præstare pro aliquo, agendo, vel defendendo, nec artem notariæ quoquo modo exercere in ciuitate, vel districtu Mut. Quilibet autem magistratus, coram quo comparuerit, eum audire non debeat, nec possit sed omnino à se repellere, & nihilominus Potestas teneatur, & debeat talem bannitum, vel condemnatū, qui pro aliquo comparuerit, vel artem notariæ exercuerit, in xxv. libris condemnare applicandis pro dimidio Collegio DD. notariorum, & pro alio dimidio Fisco Duc. & a dicta procuratione, & omnibus suprascriptis expellere, & cassare sub eadem pœna, quam incurrat ipso iure Iudex, vel magistratus prædictus, applicanda vt supra. Et insuper omnis processus suo, vel alieno nomine, & in eius fauorem, & quodlibet aliud instrumentum, siue scriptura ipso iure nullius sit momenti, & sub eadem pœna huiusmodi bannitus, vel condemnatus minime possit magistratum gerere, vel eligi ad aliquod officium ciuitatis, seu Communis Mutinæ, & electio in contrarium facta non valeat ipso iure.

¶ De Aduocatis Ciuitatis Mutinæ. RVB. XC.

NVllus, qui sit potēs, vel de genere potentum possit esse Aduocatus alicuius vniuersitatis, seu singularis personæ in ciuitate, vel districtu Mutinæ, nec officium Aduocati in dictis locis exercere. Item & non possit exercere officiū prædictum qui non sit descriptus in matricula venerandi collegij DD. Iuristarū ciuitatis prædictæ, nec aliqui ex prædictis possint dari pro confidentibus, nec eligi in consultores etiam de consensu partium, & si electi fuerint, & forte exhibita consilia p eos, non valeat electio, nec sententia forte lata iuxta eorū consiliū.

¶ De Procuratoribus. RVB. XCI.

STatuimus quòd nullus potens, vel de genere potentum possit, vel debeat esse procurator, actor, vel curator, seu tutor alicuius collegij, vel singularis personæ ciuitatis, vel districtus Mut. sub pœna libr. centum auferenda a quolibet potente, vel de genere potentum, & qualibet vice. Similiter qui non sit in matricula DD. notariorũ non possit esse actor, syndicus, procurator, vel intercedere pro aliquo in iudicio nisi vsq; ad litem contestatam, postea autem teneatur procuratorem constituere, qui sit ciuis, & in matricula DD. notariorum descriptus. Prædicta autem intelligantur quantum ad iudicia, non autem quãtum ad negotia, vel ad substituendum, vel constituẽdum procuratores, & omnis qui fuerit matriculatus & originarius ciuitatis Mut. possit exercere officiũ procuratoris in quocunq; foro & coram quibuscunq; iudicibus. Verum is, qui exercet officium procuratoris, non possit per se, vel suppositam personam quoquo modo exercere officium iuris, vel appellationum in ciuitate, vel districtu Mut sub pœna imposita tam ipsi procuratori, quam personæ suppositæ, lib. xxv applicanda collegio DD. notariorum, & nihilominus persona suppositа deleatur de matricula DD. notariorum, nec amplius exercere valeat artem notariæ. Et ad detegendas fraudes mandamus Massarijs dicti collegij, & cuilibet ipsorum sub pœna lib xxv. applicanda vt supra, quòd singulis sex mensibus faciant de prædictis diligentem inquisitionem, & vt facilius constent fraudes volumus quòd ipsi Massarij possint deferre iuramentum cuilibet ex notarijs prædictis, an ipsi exerceant dicta officia, vel aliquod eorum nomine, seu contemplatione alicuius procuratoris comparentis in iudicio, & maxime si talis procurator participet secum de emolumentis dictorum officiorum, & an sit eius substitutus, vel discipulus, & huiusmodi notarius teneatur iurare, & si recusauerit habeatur pro conuicto, & confesso, & sit plena probatio contra ipsum. Et sin aliter possint deferre iuramentum procuratori qui teneatur iurare vt supra. Qui vbi iureiurando affirmauerint partem affirmatiuam, vel recusauerint iurare vt supra, vltra pœnas supradictas quilibet eorum teneatur ad damna, & interesse alicuius læsi.

¶ De Aduocato, & Procuratore Pauperum. RVB. XCII.

STatuimus quòd D. Iudex ad minora, qui pro tẽpore fuerit, sit, & esse debeat Aduocatus pauperum, & miserabilium personarum, quibus teneatur officium aduocationis gratis, & amore Dei præstare, & ad hoc compelli possit per D. Potestatẽ Mut. & DD. Conseruatores. Et procurator Magnificæ Communitatis Mutin. qui pro tempore fuerit, similiter pro tempore officij sui teneatur, & debeat esse procurator dictorum pauperum, & miserabilium personarum, & pro illis intercedere pro salarijs, quæ recipiunt a magnifica Communitate, & illis debeant esse contenti excepto ipso procuratore, qui etiam habeat salarium alias sibi legatum, & taxatum per Magnificam D. Constãtiam Rangonã. Et teneantur ipsi tam D. Iudex, quam procurator singulis tribus diebus saltem visitare carceres, & Carceratos, & interrogare eos de causis carcerationum, & facere ea, quæ spectant ad eorum officium sub pœna priuationis salariorũ, quæ percipiunt ab ipsa Illustri Communitate.

¶ De

¶ De Pauperibus. RVB. XCIII.

QVia sæpius in statutis nostris fit mentio de Pauperibus, ne dubium sit qui dicãtur pauperes, statuimus quòd illi sint, & intelligantur pauperes, qui non habent in bonis immobilibus vltra valorem librarũ Ducentũ, & non exercent aliquam mercaturam de suo, & quibus procurator iurauerit præstare patrocinium suum amore Dei.

¶ De iuramento testibus præstando. RVB. XCIIII.

NE propter difficultates probationum ius alicuius pereat statuimus quòd si testes inducendi in aliquam causam habitarent extra Ciuitatem Mut. possit, & valeat is, qui vult inducere illos, & quemlibet illorum, hoc facere, vt iuramentum eis deferatur quacunq; hora diei, & etiã extra bancũ, & quocunq; die, dummodo non sit feriatus in honorẽ Dei, & ẽt absente Iudice, dummodo iurẽt in manu notarij causæ, parte tñ altera legitime citata, vel monita ad hoc. Qui cum eis iuramentũ delatũ fuerit possint examinari quocunq; die, interpellata tamen parte, & dictũ cuiuslibet testis, qui vt supra iurauerit, etiam si non fuerit citatus, vel coactus, sed sponte accesserit, valeat ac si coactus fuisset.

¶ Quod quilibet possit alteri stipulari, & acquirere. RVB. XCV.

STatuimus quod quilibet ẽt non subiectus potestati illius, cui stipulatur, & acquirit, possit, & valeat stipulari, & acquirere cuicunq; etiam extraneo, & valeat stipulatio contractus, & acquisitio perinde ac si esset notarius, vel persona publica qui stipulatur, vel acquirit, absq; etiam alia cessione, ipso tamen cui stipulatum, contractum & acquisitum fuit, ratificante, & non aliter.

¶ De Salario Iudicum, Consultorum, & Arbitratorum. RVB. XCVI.

STatuimus quòd in causis Ciuilibus, vel criminalibus, ex quibus imponeretur pœna pecuniaria, salarium Iudicum (quibus tamẽ salarium ex forma nostrorum statutorum debeatur) consultorum, arbitrorum, & arbitratorũ, etiam si prædicti plures essent, quia quoad dictum salarium prædictos omnes, quotquot fuerint, pro vno haberi volumus, sit, & taxari debeat, vt infra, & plus peti, vel taxari non possit. Et primo pro qualibet interlocutoria mera expresse lata recipiat in totum libras II. & soldos X. Pro qualibet vero definitiua, vel habẽte vim definitiuæ, si æstimatio eius quod petitur vere, vel verisimiliter tam respectu conuentionis, quam reconuẽtionis (quod sin ul adiungi volumus) sit librarũ XX. recipiat in totũ libram I. Si vero fuerit a libris XX vsq; ad XXX recipiat in totũ libr. I. & soldos X. A libr. aũt XXX. vsq; ad L. recipiat in totum libras II. A libris L. vsq; ad LXXX. recipiat in totum libras III. A libris LXXX vsq; ad C. recipiat in totum libras III. & soldos X. A libris C. vsq; ad CL. recipiat in totum libras IIII. A libris CL. vsq; ad CC. recipiat in totum libras V. A libris CC. vsq; ad CCL. recipiat in totum libras V. & soldos X. A libris CCL. vsq; ad CCC recipiat in totũ libras VI. A libris CCC vsq; ad CCCL. recipiat in totũ libras VI. & sold. X. A libris CCCL. vsq; ad CCCC. recipiat in totũ libr. VII. A libris CCCC. vsq; ad CCCCL. recipiat in totũ libras VII. & soldos X A libris CCCCL vsq; ad D. recipiat in totum libras VIII. A libris D. vsq; ad libras DL. recipiat in totũ librsa VIII. & soldos X. A libris DL. vsq; ad DC. recipiat in totum libras VIII.

A libris DC.vſq; ad DCL.recipiat in totũ libr. VIIII. & ſoldos X.A libr. DCL. vſq; ad DCC.recipiat in totum libras.X.A libris DCC. vſq; ad DCCL. recipiat in totum libras X.& ſoldos X.A libris DCCL.vſq; ad DCCC. recipiat in totum libras XI.A libris DCCC.vſq; ad DCCCL.recipiat in totum libras XI.& ſoldos X. A libris DCCCL. vſq; ad DCCCC. recipiat in totum libras XII. A libris DCCCC.vſq; ad DCCCCL.recipiat in totum libras XII. & ſoldos X. A libris DCCCCL.vſq; ad M recipiat in totum libras XIII.A libris M.vſq; ad MC.recipiat in totum libras XIII.& ſoldos X.A libris MC. vſq; ad MCC. recipiat in totũ libras XIIII.A libris MCC.vſq; ad IIIM.recipiat pro quolibet M. vltra mercedem prædictam in totum libras IIII.A libris IIIM. vſq; ad XM. recipiat pro quolibet M.vltra mercedem prædictam in totum libras III. A libris XM. vſq; ad XXM.recipiat pro quolibet M.vltra mercedem prædictam libras II. in totũ. Ab inde vero ſupra,quantacunq; ſit ſumma, non poſſit recipere amplius q; ſoldos xxx pro quolibet.M.Pro ſententia quá pronuntiaretur deferendum,vel non deferendum appellationi,recipiat in totum libras III.Pro cauſis autẽ non continentibus quantitatem implicite , vel explicite , ſtetur arbitrio D.Prioris Conſeruatorum,& Syndici palatij.In cauſis vero Criminalibus, ubi ueniret imponenda pœna mortis,etiam cum bonorum confiſcatione,ſiue ſit abſolutoria, ſiue condemnatoria,recipiat in totũ libras XXV. Vbi vero veniret imponẽda aliqua pœna corporalis,etiam ſi cum dicta pœna corporali irrogaretur aliqua pecuniaria,recipiat in totum libras XV.Vbi autem veniret imponenda ſolum pœna pecuniaria,recipiat ſolum ſalarium prout taxatum eſt in ciuilibus. Et Iudices ipſi,vel arbitri,ſeu arbitratores ſalarium ipſum recipiãt poſt latam ſententiam,& non ante,modo aliquo,ratione,vel cauſa,& ſi ante petierint,vel receperint,incurriſſe intelligantur in crimen barataríæ, & ſi non ferretur ſententia,vel partes concordarent ante litem conteſtatam,vel ſi periret inſtantia culpa Iudicis,vel arbitri,ſeu arbitratoris,non ſoluatur ſalarium aliquod. Si vero concordarent partes poſt litem conteſtatam,& ante concluſum in cauſa,ſoluatur tertia pars ſalarij tantum.Si vero poſt concluſum in cauſa fieret concordia, vel inſtantia periret culpa petentis,ſoluatur totum ſalarium.Et in ſupradictis omnibus caſibus ſoluatur vnicum ſalarium,ſiue ſint plures Iudices,vel arbitri ſeu arbitratores,vel vnus tantum,ſiue in cauſa,ſiue in petitione,aut in inquiſitione plures continerentur perſonæ,quia quoad prædicta pro vna tantum perſona haberi ordinamus.Et Iudices ordinarij pro cauſis quarum iure ordinario eſſent Iudices,nullas ſportulas etiam a ſponte dare volẽtibus accipere poſſint, etiam ſi cauſæ ipſæ delegarẽtur etiam cum clauſula ſola facti veritate inſpecta. D.Gubernator autem,vel eius conſultor inter ciues , vel diſtrictuales ſportulas aliquas habere,vel petere minime poſſit , præterquam in cauſis delegatis a Principe.Statuentes quòd,ſi quis obtinuerit aliquam cauſam ciuilem,vel criminalem , ſeu miſtam ad preces alicuius delegari etiam a principe alicui non ordinario,talis impetrans teneatur ad ſolutionem omnium ſportularũ , ſi quæ debebuntur,& eas immediate lite conteſtata teneatur deponere penes notarium cauſæ,alioquin delegatio ſit nulla,& ad vlteriora procedi non valeat.& ſi fuerit proceſſum,acta ſint nulla,etiam altera parte non opponente,& minime

dictas

dictas ſportulas rehabere valeat a parte altera in expenſis etiam condemnata. Et Iudices tam ordinarij, quam delegati, ſi contigerit eos, vel aliquem eorum ire ad locum alicuius differentiæ, recipiant intra ciuitatem ſoldos x. a qualibet parte, intra vero ſuburbia ſoldos xv. a qualibet parte, per diſtrictum vero eundo habeant libras tres in totū ſingulis diebus, & expēſas pro ſe, famulo, & equo.

¶ De Salario Patrocinij Cauſidicorum. RVB. XCVII.

HAbeant Cauſidici pro mercede ſui patrocinij in cauſis ſalaria ſibi ipſis ſoluenda prout infra ordinatur videlicet. In prima inſtantia. A libris XV. vſq; ad libras XXX. pro libello, vel primis exceptionibus ſoldos X. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libram I & ſoldos X. A libris XXX. vſq; ad LX. pro libello, vel primis exceptionibus ſoldos XV Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras II. & ſoldos X. A libris LX. vſq; ad C. pro libello, vel primis exceptionibus libram I. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras III. A libris C. vſq; ad CL. Pro libello, vel primis exceptionibus libram I. & ſoldos X. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras III. & ſoldos X. A libris CL. vſq; ad CC. Pro libello, vel primis exceptionibus libram I. & ſoldos XV Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libr. IIII. & ſoldos X. A libris CC. vſq; ad CCC. Pro libello, vel primis exceptionibus libras II. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras V. & ſoldos X. A libris CCC. vſq; ad CCCC Pro libello, vel primis exceptionibus libras II. & ſoldos X. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras VI. A libris CCCC. vſq; ad D. Pro libello, vel primis exceptionibus libras II. & ſoldos XV. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras VI. & ſoldos X. A libris D. vſq; ad DC. Pro libello, vel primis exceptionibus libras III. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras VII. A libris DC. vſq; ad DCC. Pro libello, vel primis exceptionibus libras III. & ſoldos V. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras VII & ſoldos X. A libris DCC. vſque ad DCCC. Pro libello, vel primis exceptionibus libras III. & ſoldos X. Pro alijs ſcripturis & toto proceſſu libras VIII. A libris DCCC vſq; ad DCCCC. Pro libello, vel primis exceptionibus libras III. & ſoldos XV. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras VIII & ſoldos X A libris DCCCC. vſq; ad M. Pro libello, vel primis exceptionibus libras IIII. Pro alijs ſcripturis & toto proceſſu libras VIIII. A libris M. vſq; ad MD. Pro libello, vel primis exceptionibus libras V. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras X. & ſoldos X. A libris MD. vſq; ad IIM. Pro libello, vel primis exceptionibus libras V & ſoldos X. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras XII. A libris IIM. vſq; ad IIIM Pro libello, vel primis exceptionibus libras VI. & ſoldos X. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras XIII. A libris IIIM. vſq; ad IIIIM. Pro libello, vel primis exceptionibus libras VII. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras XV. A libris IIIIM. vltra. Pro libello, vel primis exceptionibus libras VII. & ſoldos X. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras XV. Et vltra taxam ſupraſcriptam ſoldos X. po quolibet C. a libr. IIIIM. vltra. In cauſis appellationum. Pro appellatione a libris XV. vſq; ad L. ſoldos XV. A libris L. vſq; ad libras C. libram I. A libris C. vſq; ad libras D. libram I. & ſoldos V. Ab inde ſupra libram I. & ſoldos XV. Item pro libello appellatorio, uel appellatione loco libelli producta, uel primis exceptionibus habeat procurator ut ſupra taxatū eſt in appellatione. Pro alijs uero ſcripturis, & toto proceſſu

ceſſu habeat vt ſupra taxatum eſt in prima inſtantia. In cauſis vero executiuis, & alijs, in quibus non producatur libellus in ſcriptis, ſed inſtrumentum, ſententia, ſeu laudum, vel prima inſtantia, ſeu petitio oretenus facta habeatur loco libelli, pro eo prætenſo libello, & pro primis exceptionibus, & toto proceſſu dimidietur ſalarium eius, & dimidiatum eſſe intelligatur, quod taxatur per præſens ſtatutū in cauſa, ſeu cauſis, in quibus porrigitur libellus in ſcriptis. Et prædicta omnia procedant, & vendicent ſibi locum in cauſis reconuentionum, vt ipſa reconuentio ſit pro libello, & exceptiones ad reconuentionem ſint per exceptionibus ad libellum, & reſiduum proceſſus ſit pro proceſſu cauſæ petitionis. In cauſa vero alicuius præparatorij, in qua fertur ſententia in contradictorio iudicio, habeat procurator dimidium illius, quod taxatum eſt in principali cauſa. In cauſis vero ab interlocutoria mera, a qua liceat appellare, habeat procurator appellantis ſoldos XXXX. & procurator appellati ſoldos XXX. pro tota cauſa. In cauſis non continentibus certam ſummam implicite, vel explicite habeat procurator pro libello, vel primis exceptionibus libram I. & ſoldos XV. Pro alijs ſcripturis taxetur ſecundum importantiam, attentis laboribus, & qualitatibus perſonarum. In cauſis ſeruitutum pro libello, ſeu querela conuentionali, vel primis exceptionibus libram I. & ſoldos V. Pro alijs ſcripturis, & toto proceſſu libras III. Et ſi qua pars habuerit plures procuratores non teneatur condemnatus niſi ad ſalarium vnius tantum, & iuxta taxam prædictam.

¶ De Salarijs Aduocatorum. RVB. XCVIII.

Vide Reformat. Rub. xij Car. 2.

SAlaria ſunt mirum in modum Aduocatis debita, cum eorum ſcientia, bona, & aliquando vita hominis defendatur, ideo ſtatuimus & taxamus eiſdem ſalaria modis infraſcriptis. Nam ſi Aduocatus fuerit in cauſa ciuili, & conſtituerit faciendo, vel gloſſando ſcripturas, & non fuerit allegatum oretenus, vel in ſcriptis percipiat tantummodo dimidium ſalarij, quod percipit procurator a parte ſua, iuxta tradita in proxime præcedenti ſtatuto. Si vero duxerit cauſam, & in ea oretenus, vel in ſcriptis allegauerit, percipiat, & taxatum ſibi eſſe intelligatur ſalarium ſecūdum modum, & formam, & ad eandem rationem, quibus ſupra taxata ſunt ſalaria procuratorum cum quarto tamen de pluri, ſi aduocatus reportauerit victoriam in cauſa, quod loco palmarij ſuccedat, & ſi non obtinuerit, non habeat ipſum quartum. & quæ dicta ſunt ſupra non habeant locum, ſi duo aduocati interuenerint. Nam ſi duo a principio interuenerint aduocati habeant ſalarium ſupraſcriptum, & dictum quartum in caſu victoriæ, & etiam tertiam partem totius ſalarij taxati pro vno aduocato cum tertio dicti quarti pro palmario. Si vero vnus aduocatus a principio interuenerit, alius autem poſtea, qui a principio duxit cauſam habeat ſalarium totum, alter vero habeat dictum tertium ſalarij prædicti. In cauſa vero criminali criminaliter intētata, ſiue ex inquiſitione, ſiue ex accuſatione, ſi fuerit pœna pecuniaria ſalariū pro patrocinio taxamus vt ſupra, & ſi fuerit pœna ſanguinis citra mortem, taxamus ſcutos tres, & pro palmario ſcutum vnum, ſi vero pœna mortis fuerit, pro defendendo ſcutos ſex, & pro palmario ſcutos duos. Et ſi quis aduocatus conduceretur extra ciuitatem Mut. ad allegandum, aut aliter ad patrociniū ſuum præſtādum in aliqua cauſa percipiat, & habeat, & habere poſſit vnum ſcutum

quoli-

quolibet die,& expen cibi,& potus pro se,vno famulo,& duobus equis. At sala rium alicui aduocato taxari non possit, nisi ille sit descriptus in collegio DD. Iuristarum ciuitatis Mutinæ,nec ad illud teneatur pars condēnata in expen. Et nullus possit habere in eadem causa vltra duos aduocatos.

¶ De non Capiendis venientibus ad mercatum. RVB. XCVIIII.

STatuimus & ordinamus quod nullus habitator extra ciuitatem in Ducatu Mutinēsi possit,vel debeat detineri in die sabbati,& etiam veneris, respectu habitantium vltra decem milliaria a ciuitate Mutinæ,pro aliquibus debitis ciuilibus etiam fiscalibus,vel condemnationibus pecuniarijs, vel pro debito aliquo gabellarum,vel salinæ, nec quoquo modo molestari,vel grauari possit in rebus,vel persona in dictis diebus respectiue,etiam si suspecti, & fugitiui allegarentur. Et si captus fuerit contra formam præsentis statuti, talis captura sit nulla ipso iure,& ille,ad cuius instantiam captus fuerit,teneatur ad omnes expensas ac damna & interesse capto. Et hoc statutum seruari volumus inuiolabiliter pro interesse publico,cui statuto renuntiari non possit per debitorem ēt cum iuramento,quod iuramētum præsumatur dolosum,simulatū ac per vim, & metum extortum & habitantes in iurisdictione Saxoli & Castellarani comprehendantur in præsenti staruto & gaudeant beneficio illius.

¶ De Alienatione,vel locatione apothecæ locatæ prohibita, & tacita locatione. RVB. C.

AD euitandas expensas mercatorum statuimus,& ordinamus quod si quis locauerit alicui mercatori apothecam aliquam in ciuitate, vel Ducatu Mutin. qui eam renuerit pro tempore suæ conductionis,& pensionem iuxta conuēta soluerit,ipse locans eam alteri vendere, vel locare etiam finita prima locatione non possit,etiam pro maiori pēsione,nisi prius ipse conductor, qui in apotheca merces suas habere reperietur,fuerit requisitus & interpellatus an eam emere,vel reconducere pro illo iusto pretio,vel iusta pēsione,quod, vel quam ab alia persona bona fide consequi,& habere potest. Et ipso primo conductore eam volente illo mōdo quo potest patronus illam alteri vendere, vel locare, teneatur ipse proprictarius eam locare,si locare proposuerit,vel vendere,si vēdere voluerit,ipsi primo conductori,& facta tali denuntiatione habeat interpellatus terminum xv. dierum continuorum ad sese deliberandum, an velit eā reconducere,vel emere,prout fuerit requisitus, & si exprimeretur pensio oblata,vel pretium oblatum,quod videretur iniusta,vel iniustum, stetur iuramento vendere,vel locare rem volentis. Et elapso dicto termino si interpellatus nihil dixerit,liceat ipsi patrono eam vendere,vel locare cuicunque alteri personæ,& prædicta procedant,nisi locator,vel eius hæres voluerit pro se, vel filijs, & descendentibus,& transuersalibus intra secundum gradum secundum ius ciuile apothecam prædictam, quo casu teneatur ipse locator licentiam dare in scriptis ipsi conductori,& eum expectare per menses tres continuos immediate sequentes a die datæ licentiæ,vt possit ipse conductor de alia apotheca commode sibi prouidere. Et si quis locauerit domum aliquam alicui in ciuitate,vel Ducatu Mut. pro vno,vel pluribus annis expressis,teneatur locator, si eam alteri voluerit locare,licentiam ipsi conductori dare in scriptis per vnū mensem con-

continuum ad minus, antequam finiatur locatio præcedens, & contra conductor, si ex ea exire voluerit, teneatur ante finitam conductionem per vnum mẽsem notificare in scriptis ipsi locatori, quòd non vult reconducere tacite, nec expresse dictam domũ, alioquin huiusmodi notificatione non facta, intelligatur ipso iure locatio, seu conductio per vnum annum immediate sequentem renouata. Et successiue in fine anni prorogati dictæ notificationes respectiue fieri debeant, alioquin de anno in annum intelligatur relocata, seu reconducta, & si in locatione non esset expressum tempus solutionis affictus faciendæ, statuimus tacite actum fuisse inter partes, quòd medietas affictus solui debeat in fine primi semestris, & altera medietas in fine anni.

renouata Stat. Luc. ad Ligures
Thorius Cinet Jurisd. cap. 2. n. 23 num. 1.

¶ De diffalcatione pretij rerum rusticalium, vel conductitiarum libere venditarum. RVB. CI.

AD obuiandum hominum fallacijs statuimus quòd si quis scienter, vel ignoranter vendiderit rem aliquam, quæ sit rusticalis, vti ciuilem, & pro ciuili, vel conductitiã iure proprio, sit in arbitrio emptoris posse ipsam rem restituere & nolle illam emisse. Et si dixerit nolle illam cum tali onere, venditio ipsa sit ipso iure nulla & nullius momenti, & venditor teneatur, & condemnatus esse intelligatur ipso iure ad restitutionem pretij per eum accepti, & quinq; pro centenario, & ad rationem centenarij, etiam si incontinenti solueret, & etiã singulis annis si vltra annum differet solutionem, & ad damna, expensas, & interesse. Si vero emptor vellet rem emptam retinere, sed de pretio diffalcari quanto minoris pretij diminuatur pretium vt infra videlicet. Primo si erunt rusticales, & vti ciuiles vẽditæ fuerint, diminuatur tertia pars pretij conuenti, & restituatur si soluta fuerit si vero iure proprio venditæ fuerint, & essent conductitiæ ciuiles tamen, diminuatur, & restituatur tertia pars pretij vt supra si vero essent rusticales, & conductitiæ, & iure proprio, & vti ciuiles venditæ fuerint, detrahatur, & restituatur respectiue medietas pretij conuenti. Si vero venditæ fuerint vti conductitiæ, & ciuiles, & rusticales reperiantur, detrahatur & soluatur vt supra tertia pars pretij conuenti, & facta fide de præmissis summarie, Iudex, seu Domini Compilatores æstimi rusticalis teneantur compellere ipsum venditorem ad prædicta absq; alia condemnatione. Et prædicta procedant quando venditor expressit, quo iure, vel modo vendat ipsam rem, si vero nihil expressũ sit clare, & aperte, licet sit dictum quòd venditor vendebat rem cum iuribus suis, tunc valeat contractus, nec ab eo discedere valeat emptor, & venditor teneatur diffalcare partem, seu ratam de qua supra.

¶ De rebus, & iuribus emphiteoticis. RVB. CII.

CVm sæpe occurrat quod ignorato instrumento emphiteosis, vel liuelli, aut feudi, aut vsus, aliqua pars negat tale ius, asserendo forsan affictum simplicem, vel proprietatem sibi ascribendo, iccirco volentes fraudibus occurrere, hoc præsenti statuto ordinamus quòd si reperiretur aliqua ꝑsona, quæ tenuisset aliquam rem immobilem per quinquennium continuum, & soluisset pẽsionem, seu canonem, & haberet receptiones manu proprietarij directi, in quibus esset scriptum tales receptiones, & solutiones factas fuisse pro emphiteosi, vel liuello, vel feudo, aut vsu, tunc ipsi proprietario noceat, & contra eum tales receptio-

ceptiones probent rem in emphiteosim vel liuellum, vel feudū vel vsum, put receptiones cantabunt concessam. Et ipso soluente petente cogatur, & teneatur ipse proprietarius instrumentum inuestituræ facere, expen. tamen ipsius petentis, ablq; solutione alicuius laudemij iuxta formam iuris, & similiter obseruetur contra soluentem, si erit persona, quæ sciat legere cū non sit verisimile, quòd huiusmodi receptiones fecerit, nisi veritas sic se haberet. & accipere inuestituram teneatur ipso D. directo petente, expen. tamē directi D. ablq; solutione alicuius laudemij, si autem ipse soluens esset literarum ignarus prædicta contra ipsum procedant si soluerit, & receptiones in scriptis acceperit per decennium continuum, & hæc procedant vbi non constaret nec constare posset per testes, instrumentum, vel inuestituram factum, vel factam fuisse, alioquin receptionibus non extantibus seruetur ius commune. Si vero constare posset instrumentum inuestituræ factum fuisse, licet ignorentur omnes qualitates, & ipsum detentum aliquo casu fortuito, puta incendio ruina, naufragio, vel alio simili casu, statim facta fide saltem per duos testes fidedignos concessionem vel inuestituram factam fuisse, teneatur quælibet pars altera petente, vel instante accipere, vel facere inuestituram iuxta formam iuris, videlicet iure emphiteotico, si probabitur inuestituram factam in emphiteosim, vel iure vsus, vel iure feudi, prout probatum fuerit, licet aliæ singulares qualitates non ita præcise probarentur. Et si reperiatur aliqua concessio facta in perpetuum, vel simpliciter ablq; pacto renouationis, & iam res ipsa peruenisset ad quartam generationē, possit cogi Dominus directus ad renouandum inuestituram, & similiter conductor, seu successor ad accipiendum renouationem ablq; solutione laudemij, expen. tamen petentis respectiue, & si quis non soluerit debitum canonē iuxta formam iuris, & in ipso termino lapso negligens fuerit etiam vltra præfatum terminum per mensem continuum cadat a iure suo Domino volēte, & nullo modo possit moram purgare, similiter etiam si concessio facta fuerit cum pacto renouandi in fine annorum xxviiij. vel ad aliud certum tempus teneatur conductor, vel successor renouationem ipsam petere iuxta conuenta, & si finito termino steterit per annum immediate sequentem quòd inuestituram non petierit si sciens fuerit, vel verisimiliter scire potuerit ipso iure cadat ab omni iure suo, & ipsi iuri renuntiasse præsumatur virtute præsentis statuti, Domino tamē volente, & non aliter, & si in tali concessione non adesset pactum renouādi, sed solum terminus concessionis, videlicet vsq; ad triginta annos vel per totam primam, vel secūdam generationem, & huiusmodi terminus sit lapsus res ipsa, Domino volente, reuertatur ad ipsum dominum, reseruato iure melioramentorū ipsi conductori, vel hæredibus eius, & hæc procedant in concessionibus priuatorum. Vbi vero concessio facta esset ab ecclesia Nonantulana, vel alia seruetur laudum alias latum inter commune Mut. & Abbatem Nonantulanum, & disposita per Summos Pontifices. Et quæ supra ordinata sunt in proprietario, vero, vel præsumpto procedere etiam statuimus contra eorum, & cuiuslibet eorum singularem, vel vniuersalem successorem, & tempus successoris coniungatur cum tempore authoris ita vt quo ad prædicta eademmet persona censeantur.

¶ De

¶ De compromissis faciendis, & de modo, & forma pronuntiandi per arbitros. RVB. CIII.

Nota quòd loco statuti veteris abrogati reposuimus sequens statutum reformatum.

STatuimus, quod si contigerit aliquod peti, vel fieri compromissum inter quascunque personas de quacunque re, seu quantitate, vel de quocunque facto, seu interesse in aliqua lite, causa, seu controuersia quacunque occasione, modo valor, vel æstimatio litis, vel controuersiæ transcendat summam librarum quinquaginta monetæ Mutinæ, si partes concordauerint quæstiones huiusmodi committi in arbitros, seu arbitratores, si partes de vno non concordauerint arbitro, vel arbitratore, in quem solum compromissum fiat de quæstionibus eorum facta nominatione ex qualibet parte de suo confidenti arbitro, vel arbitratore, qui non fuerit, nec sit aduocatus in causa, & qui alicui partium non consuluerit, & qui non fuerit procurator, solicitator, vel intercessor in causa, vel aliter conuenerit cum aliqua partium de eligendo ipsum in arbitrum, vel arbitratorem de quibus omnibus pars eligens, & ipse eligendus ante omnia iuramentum præstare teneantur altera parte instante, teneantur partes suos dare confidétes, & suspectos infra biduum vtile coram D. Potestate vel Iudice causæ, qui eligere debeat tertium, vbi partes de tertio non concordarét hoc ordine videlicet quod pars quæ petierit compromissum, primo teneatur dare in scriptis D. Iudici, & notario causæ nomina quatuor hominum exceptis supra nominatis, deinde altera pars illud idem facere teneatur, ex quibus personis is tertius sit, in quo ambæ forte consenserint, verum si partes ipsæ in aliquo eorũ non concordauerint, ille qui compromissum petierit denuo teneatur dare in scriptis iudici, & notario antedictis nomina aliorum quatuor, vt supra. Quod tẽ fiat ab aduersario, & ex ijs iterum datis is tertius sit, in quo ambæ partes fuerint concordes. Et si partes in omnibus præfatis, vt supra datis dissentient tunc volumus, quod iudex publicare teneatur illos qui prima, & secunda vice ab ipsis partibus dati sunt ad hunc finem, vt sic huic rei finem imponat. Nam quælibet pars eligat vnum ex publicatis à D. Iudice, & datis per aduersam partem, quorum nomina ponantur in vno pileo à D. Iudice, ex quo ille qui primum à notario causæ extrahatur tertius arbiter, & arbitrator sit, & esse debeat. Declarantes, quod nulla pars recusare possit quin det, & dare debeat semel atq; iterũ suos confidentes, & quotiens aliquis eorum recusauerit, tunc Iudex debeat omnino eligere vnum eorum qui dati sunt ab altera parte, & hic a Iudice hunc in modum, & formam electus sit tertius arbiter, & arbitrator nec vti suspectus recusari possit, & iste tertius cum alijs duobus primo electis arbitris, & arbitratoribus habeant iudicare, laudare, & decidere litem iurantes prius ad sacra Dei euangelia de recte iudicando & laudando, ac terminãdo omnia eis commissa, seu de quibus in eum vel eos factum fuerit compromissum per quæcunque verba sub quacunque potestate & authoritate, ita quod laudum, seu arbitramentum sit decisiuum totius quæstionis compromissæ, & omnino finem liti imponens, & quæstioni. Statuimus, quod dicti domini arbitri vel arbitratores vnus, vel tres (quia in duos, vel quatuor, aut numero pares fieri posse compromissum omnino prohibemus) acceptare debeant in actis notarij publici compromissũ

in eos

in eos factum infra dies tres continuos à die facti compromissi. Qua electione facta si ipsi electi præsentes fuerint, & se electos intellexerint, intelligantur acceptasse, nisi immediate recusauerint, & si absentes fuerint debeat ipsa electio eis legitime notificari, qui facta notificatione intelligantur acceptasse compromissum, nisi infra duos dies continuos à die notificationis numerandos acceptare recusauerint, & ipsa recusatione facta, si fuerit ex primis duobus electis teneatur & cogi debeat realiter, & personaliter pars ipsa, quæ eum sic recusantē elegerit die sequenti, cum sciuerit ipsum recusasse alium loco ipsius recusantis subrogare. Si verò tertius electionem de se factam recusauerit, aut non acceptauerit, tunc ad electionem alterius tertij procedatur modo, & forma superius dictis. Et idem obseruetur si ipse tertius, vel alter ex alijs duobus, vt supra electis, post acceptationē factam aliquo iusto impedimento non possit sibi commissa expedire arbitrando tamen a D. iudice causæ, intra quos tres dies partes deponere debeāt salarium ex forma statutorum taxatum penes notarium causæ, quod salarium totum ab vtraque parte altera pars possit deponere, & Iudex teneatur ad instantiam partis deponētis alteram partem non deponentē compellere realiter, & personaliter ad deponendum partem suam, vel ad reficiendum parti quæ totum deposuerit partem contingentem ipsi parti deponenti, & post ipsam acceptationem electus, seu electi arbitri vel arbitratores, vt supra teneantur causam, seu causas & lites, vel quæstiones in eum, vel eos compromissas laudare, & terminare vt supra, intra duos menses continuos proxime sequentes inchoandos a die acceptationis, vt supra factæ, sub pœna libr. xx. monetæ prædictæ pro quolibet arbitro, seu arbitratore contrafaciente applican. pro dimidia Cameræ Ducali, & pro alia dimidia pauperibus Orphanellis Ciuitatis Mutinæ, quod tempus duorum mensium non possit suspendi per positiones in iudicio productas ab aliqua partium, nec per pronuntiam arbitrorum, & arbitratorum interim tempus non currere. Et nihilominus ad proferendum se tētiam, seu laudum, vel arbitrium seu arbitramētum teneantur & compelli possint, & debeant realiter, & personaliter per D. Prætorem Mutinæ, vel eius Vicarium intra viginti dies proxime sequentes post finitum terminum suprascriptum. Et si post dictum terminum proferre distulerint, siue distulerit condemnetur quilibet contrafaciens, seu differens, & condemnatus esse intelligatur in libris quinquaginta monetæ prædictæ applican. vt supra, & nihilominus instantia compromissi pereat, neque a pœnis prædictis excusentur aut excusari possint arbitri vel arbitratores vllo prætextu, etiam si dixerint sibi de causa non liquere, quia oīno laudo, & arbitramento compromissum terminare volumus, vt supra. Et si eueniet, quod alter ex arbitris durante compromisso ab hac vita decederet, volumus per mortem illius compromissum non expirare, nec finiri, & ordinamus, quod si talis fuerit electus ab altera partium pars ipsa teneatur alterum eligere loco illius intra duos dies a die scientiæ mortis illius, & si fuerit tertius, qui defunctus sit, eligatur à partibus alter, qui sit tertius loco illius defuncti modo & forma, de quibus supra ordinatum est in electione tertij, qua electione facta volumus tempus duorum mensium assignatum, vt supra arbitris, & arbitratoribus ad laudandum stare in suspenso spatio decem dierum ad

hoc,

hoc vt nouiter electus possit se informare de gestis, & actitatis ac de alijs necessarijs, & acta, & iura coram primis arbitris, & arbitratoribus facta, & producta, & attestationes factæ faciant fidem, & probationem, etiam coram nouo arbitro, & arbitratore.

Adijcientes quod illud valeat, & seruari debeat, ac sortiatur effectum, quod maior pars arbitrorum, seu arbitratorum concorditer laudauerit, & pronuntiauerit, seu arbitrata, vel arbitramentata fuerit, etiam si alius, vel alij alter vel alio modo pronuntiauerint, & laudauerint, dummodo intra tempora instãtiæ suprascriptæ pronũtiauerint, & laudauerint. Possint autem partes de communi concordia terminos, vt supra instantiæ præfixos suspendere, & prorogare semel, ac pluries ad eorum volũtatem, dũmodo suspensio, & prorogatio vna, vel plures non excedant terminum aliorum duorum mensium continuorum, ita quod in omni casu tempus instantiæ compromissi tempus quãtuor mensium continuorũm excedere nequeat, compræhensis viginti diebus suprascriptis, ni si acciderit, quod alter ex arbitris decederet tempore compromissi, quo casu volumus instantiam duorum siue quatuor mensium perseuerare per illud tẽpus, quod datum est arbitro siue arbitris, nouiter electis loco defuncti pro eorum informatione in tali casu, & omnia, ac singula supradicta quo ad modum, & formam laudandi, & arbitrandi intelligantur repetita in tempore prorogato sub eisdem pœnis vt supra applicandis.

Si vero dicti omnes arbitri, vel arbitratores essent in laudando, & pronuntiãdo vary, & discordes, tunc dictum laudum, vel pronuntiatio cuiusque dictorũ arbitrorũ nullo modo valeat, & procedatur in causa corã D. Iusdicente cæpta.

Volentes quod quando fit compromissum iuxta formam statutorum videlicet duraturum per duos menses, vel per aliud tempus terminatum a partibus, & vltra ad beneplacitum arbitri, vel arbitratoris arbitrorum, vel arbitratorũ, vel partium tale beneplacitum vltra quadrimestre supradictum extendi nequeat, ita quod instantia compromissi in totum sit de quatuor mensibus continuis, & non vltra, salvis suprascriptis, possit tamen de breuiori tempore declarari ab arbitris vel arbitratoribus respectiue.

Et quia magis dispendiosa plerunque sunt iurgia, & lites inter attinentes quam inter extraneos, prouidemus, quod si contigerit litem, quæstionem, vel causam, aut contentionem moueri siue per libellum, siue per aliquam petitionem, vel exceptionem, vel quocunque alio modo in aliqua causa ciuili, ordinaria, vel extraordinaria, siue executiua, etiam habente originem a criminali corã aliquo magistratu communis Mutinæ inter aliquos coniunctos vsque ad quartum gradum inclusiue numerando gradus secundum formam iuris ciuilis, siue sint agnati, siue cognati, affines autem non compræhendantur in præsenti statuto, inter quos moueretur dicta lis, & contentio, & aliqua partium peteret coram D. Iusdicente partem aduersam sibi, vt præmittitur coniunctã compelli ad compromissum faciendum de dicta lite quæstione, vel causa dictus D. Iudex vel officialis, qui de hoc requisitus fuerit teneatur vinculo sacramenti sui, & sub pœna vigintiquinque librarum monetæ Mutinæ Cameræ Ducali applicandarum partes ipsas tam realiter quam personaliter cogere ad compromis-

sum

ſum faciendum,& per illum modum,& formam ſupra traditum, ſeu traditam circa principium, vbi de numero arbitrorum ſeu arbitratorum diſpoſitũ fuit, ita vt omnia,& ſingula ſupra ordinata, quo ad tempus & inſtantiam compromiſſi,& quo ad formam traditam electioni,& acceptationi arbitrorum, & ſeu arbitratorum & quo ad diſpoſitionem ſalarij intelligantur, ac ſint repetita, ac inſerta in præſenti ſtatuto,& obſeruari, ac adhiberi debeãt omnimodo. Et compromiſſum fieri debeat à partibus cum poteſtate procedendi, & terminandi ſola,& mera facti veritate inſpecta, & de facto ſuper omnibus contentis in dicto libello, ſeu petitione porrecta exceptionibus, ac inſtantia quacunque & qualitercunque hinc inde facta per partes prædictas. Et vna parte petente compromiſſum propter coniunctionem ſupraſcriptam ſi altera pars negauerit eſſe in gradu requiſito à ſtatuto poſſit,& debeat iudex ſe de attinentia informare ſola facti veritate inſpecta, & ſuperinde pronuntiare teneatur ſecundum informationes habitas infra quinque dies vtiles a die negationis per partem factæ numerandos,& ab eius pronuntia, ſiue pronũtiauerit partes eſſe in gradu, vel non: non liceat modo aliquo appellare, querelare, aut de nullitate dicere, vel contrauenire nec reſtitutionem in integrum petere, etiam ex ratione minoris ætatis, & ſi pars negans parentelam ſuccubuerit ipſo iure condemnata eſſe intelligatur & ſit virtute præſentis ſtatuti in libris decem monetæ ſupraſcriptæ applicandis parti petenti compromiſſum loco damnorum & intereſſe, & abſque alia condemnatione Iudex ipſe, cui denegamus facultatem excuſandi, aut abſoluendi dictum ſuccumbentem à pœna prædicta vlla ratione, vel cauſa teneatur ſub pœna ſoluendi de ſuo committere grauamen reale,& perſonale contra negantem. Similiter neque a pronuntiatione ipſa de compromiſſo faciendo, vel non, minimè liceat quoquomodo appellare, vel querelare; aut de nullitate dicere, vel contrauenire, nec reſtitutionem in integrum petere etiam ratione minoris ætatis. Declarantes, quod deinceps non poſſit coram aliquo Iudice ciuitatis Mutinæ, coram quo petitum fuiſſet fieri compromiſſum, opponi, excipi, ſeu peti, quod fiat compromiſſum compromiſſi,& ſi dicta oppoſitio, exceptio, ſeu petitio fieret, non valeat ipſo iure, neque debeat in aliquo caſu per iudicem admitti ſub pœna librarum centum ipſi iudici infringenda, & omnis ſtilus vel conſuetudo, ac doctorum authoritates in contrarium intelligantur & ſint omnino ſublatæ.

Similiter, neque modo vllo, ſi ſuper prædictis oriretur difficultas poſſit peti conſilium ſapientis, quod ad euitandas fraudes, ac deluſionem præſentis ſtatuti nullo modo peti poſſe volumus.

Mandantes ipſis iudicibus ciuitatis Mutinæ quod prædicta obſeruẽt & obſeruari faciant ſub pœna in præſenti ſtatuto compræhenſa,& electio, vt ſupra facta, valeat,& teneat,& ſeruari debeat, etiam tertio aliter vel alio modo laudãte,& pronuntiante, requiſito tamen, de qua requiſitione conſtet in actis notarij cauſæ. Et, ſi petito compromiſſo, inſtantia, vt ſupra prefixa, perierit, ita, quod per arbitros, vel arbitratores non fuerit laudatum, & pronuntiatum ſuper deffinitione negotij principalis ſibi commiſſi, amplius non poſſit prætextu attinentiæ quiſpiam ad aliud compromiſſum cogi, ſed procedatur in cauſa

mota coram Iudice vel officiali cuius compulsione factum fuerit compromissum, quam causam volumus stetisse in suspenso pendente compromisso sic petito, quod generaliter volumus esse statutum de omnibus alijs causis, & quæstionibus, in quibus tempora nullo modo currant quousque durauerit compromissum inter quoscunque factum de & super petitis in quæstionem, & seu litem deductis inter ipsas partes quomodolibet coram quocunque iudice. Et probationes factæ coram dictis arbitris, seu arbitratoribus habeantur perinde ac si factæ fuissent coram ipsomet iudice ordinario. Adijcientes ad euitanda subterfugia, & protelationes litium, quod si facto compromisso inter attinentes, vt supra, extraiudicialiter, nullo adhuc Iudice adito, instantia a partibus compromisso præfixa perierit, cæpto post modum iudicio, aut mota lite super eo, de quo prius, vt supra extraiudicialiter compromissum fuerat, non liceat in iudicio aliud compromissum peti, ad quod petendum quispiam nullatenus audiatur. In super statuimus ad hoc compromissum sic vt præfertur inter dictos attinentes faciendum compelli posse pupillos cuiuslibet ætatis minoris vigintiquinque annis, & teneantur eorum tutores, & curatores super ijs omnibus, & singulis authoritatem præstare, & si essent infantes tunc tutores illorum nomine cogantur ad omnia, & singula prædicta & similiter curatores furiosorum, surdorum, & mente captorum, & ijs casibus bona duntaxat ipsorum pupillorum minorum ac aliorum prædictorum sint obligata, non autem tutorum vel curatorum.

Hoc tamen compromissum volumus peti posse in causa principali tantum infra quindecim dies continuos à die litis contestatæ exclusiuè, & non postea vllo modo, quod autem inter attinentes prædictos fuerit per arbitrum, vel arbitros, seu arbitratorem, vel arbitratores laudatum, pronuntiatum, præceptū, vel visum, illud per Prætorem, vel eius Vicarium executioni mandetur omni reductione, appellatione, nullitatis dictione in integrum restitutione, vel recursu, & supplicatione in contrarium factis & exceptionibus quibuscunque prorsus reiectis, siue illud fuerit emologatum per partes, siue non, quia pro emologato ipso facto haberi volumus, & disponimus, quam emologationem volumus intelligi in laudo emanato inter prædictos attinentes, etiam si ipsum laudum emanauerit super compromisso voluntario, & sponte per ipsos attinentes facto, & a laudo lato inter prædictos attinentes non possit modo aliquo per aliquam partium reclamari, nec contra ipsum laudum aliquod opponi prætextu alicuius læsionis enormis, enormioris, & enormissimæ, vel alio modo causatæ, nec officium Iudicis implorari, nec aliquo alio beneficio legis, vel statuti contraueniri; immò firmum sit ipsum laudum, & perinde, ac si esset sententia, quæ trãsiuisset in rem iudicatam contra cuius executionem nulla exceptio possit opponi quin sententia sortiatur debitam executionem. Adijcientes etiam quod supradicta de compromisso faciendo inter coniunctos non vendicent sibi locum in rebus finitis, vel quæstionibus, siue controuersijs, siue causis in iudicio, vel extra per iudicialem sententiam, vel per laudum, seu transactionem, seu pactum, vel iuramentum, vel aliter quomodocunque finitis, seu terminatis, sed quod finitum, & terminatum fuerit plenum

num robur obtineat, ac etiam disponimus, quod compromissum locum non habeat in casu, quo de obligatione quacunque cuiuscunque speciei appareat publicum instrumentum ex quacunque causa factum, vel scriptura priuata manu propria debitoris, vel etiam si appareat scriptura priuata manu tertiæ personæ cum subscriptione duorum vel trium testium de consensu debitoris subscribentium, vel si ex libro publici camporis ciuitatis Mutinæ probaretur factum, vel debitum. Et similiter cesset huius statuti dispositio, & compromissi petitio vbicunque peteretur legatum, vel relictum in ultima uolũtate, de qua appareat publicum instrumentum, neque in casibus prædictis peti possit compromissum, etiam super exceptis contra instrumentum, scripturam, ut supra, priuatam, & librum camporis.

Declarantes in omnibus suprascriptis casibus, ualere compromissum, & laudum, etiam si instrumento uel instrumentis compromissi contineretur quod quælibet pars elegerit arbitrum uel arbitratorem suum, & pro parte sua tãtũ, & eidem solummodo authoritatem, & facultatem attribuerit, & non etiam arbitro, vel arbitratori electo per aliam partem, vel sorte extracto, vt supra, quia volumus intelligi compromissum esse factũ communiter in electos per dictas partes, & sorte extractos, vt supra, &c.

¶ Quod probationes factæ in vna instantia valeant in alia.

RVB. CIIII.

QVoniã quandoq; contingit propter ineptam petitionẽ acta corruere, ita quòd partes patiuntur maximũ dispendiũ, prouidẽtes earũ indẽnitati, & vt lites citius finiantur, mandamus quod ubi ex cã prædicta, pcessus redderetur nullus, oĩa acta, pbatoria ẽt non publicata valeãt in qualibet alia instãria inter easdem psonas, ac si apta petitio ab initio pducta fuisset. Declarantes tñ quòd actor non possit gaudere beneficio pñtis statuti, nisi prius actor ipse integraliter, & cum vero, & perfecto effectu, & non per viam depositi refecerit reo oẽs expensas p ipsum in cã factas, & a taxatione ipsarũ expensarũ, per aliquam partem non liceat appellare, vel querelare, nec contra eam aliquid opponere.

¶ De probatione solutionis.

RVB. CV.

STatuimus quòd si inter partes ẽt cum iuramento conuẽtum fuerit non posse probari solutionẽ debiti, vel satisfactionem nisi per instrumentum publicum, vel alio certo modo, nihilominus possit debitor probare ipsam satisfactionem per duos bonos, & legales testes. Quæ qualitates legitime probari debeãt ipsa conuentione, & iuramento non obstante, quòd iuramentũ in casibus prædictis dolo, & metu volumus præsumi esse extortũ, nec huic stat. modo aliquo renuntiari possit, ẽt cum iuramento, & si renuntiatũ fuerit, renuntiatio non teneat, & iuramentum prædictũ vi, & metu vt supra interpositum præsumatur.

¶ De eo qui pro alio obligatus soluerit.

RVB. CVI.

SIquis fideiussor, correus, vel mandatarius, vel alius pro alio obligatus ciuis, vel districtualis Mut. pro eo aliquid soluerit, vel satisfecerit quoquo modo, siue volens, siue coactus, compellatur debitor, pro quo soluerit, & satisfece-

rit, et ſoluere omne id, qđ ꝑ ipſo debitore ꝑbauerit fideiuſſor, vel alij ſupraſcripti ſe ſoluiſſe, & vltra hoc omne damnū, & intereſſe, quod paſſi fuerint, & quod ſoluerint credendo de damno, & intereſſe ſacramento illorū, qui ſoluerint inſpecta qualitate ꝑſonæ, & quātitate debiti, præmiſſa taxatione Iudicis. Et Prætor, & alij officiales Com. Mut. qui cauſas cognoſcent, teneantur, & debeant dictam causā definire intra xv. dies ſummatim, ſine porrectione libelli, & ſine aliqua iudiciorum figura, non obſtantibus aliquibus ferijs, ſub pœna librarū x xv. cuius medietas ſit ipſius ſoluentis vt ſupra, & altera ſit communis Mutinæ, exigen. vt ſupra per Theſaurerium ipſius communis.

¶ De iuribus, & actionibus non cedendis. RVB. CVII.

NEmo ēt forenſis poſſit cedere, vendere, vel mandare, vel transferre alicui perſonæ ēt forenſi aliquo titulo lucratiuo, vel oneroſo, & quocunq; modo aliqua iura, & actiones contra aliquē ciuē, vel diſtrictualē Mut. niſi ceſſio fieret in caſibus neceſſarijs, vt ſi ipſe ceſſionarius fuerit obligatus cū eo, contra quē dicta iura, & actiones cederentur, & pro eo ſoluiſſet, vel ſatisfeciſſet creditori, vel niſi ex natura contractus, vel in contractus conſequentiā facienda eſſet prædicta ceſſio, vt in venditione, emptione, permutatione, diuiſione, & donatione, & alijs ſimilibus contractibus rerū mobiliū, & immobiliū, ac hæreditatis exiſtentiū, vel exiſtentis penes ipſum cedentē, & alienantē, vel niſi iura prædicta in ſolutum cederentur pro ſatisfactione rei immobilis acquiſitæ, & non aliter. Q̄n caſu quo dictæ res non exiſterēt apud dictum cedentē, vel alienātem, nolumus quoquo modo fieri poſſe dictā ceſſionē, vel alienationē, & qđ contra factū fuerit ipſo iure non valeat, & nullū ſit, ēt ſi appoſitum ſit iuramētum, quod metu, & dolo extortū præſumi volumus. Et cedens, & recipiēs contra formā præsētis ſtat. ipſo iure puniatur in quinta parte rei, & iurium ceſſorum, quā applicamus pro dimidia Cameræ Ducali, & pro alia Com. Mut. Et quiſquis ceſſerit iura ſua contra formam præſentis ſtatuti modo aliquo non audiatur.

¶ Quibus ſpectet cura bonorum abſentium, vel bona ſua negligentium. RVB. CVIII.

STatutum eſt quoties contigerit aliquē ſe abſentare extra ciuitatem, & diſtrictū Mut. vel alio modo relinquere, vel negligere domū propriā, vel res ſuas, quòd tunc propinquior agnatus eius maſculus, vel deficientibus agnatis, proximior cognatus maſculus ſit ipſo iure curator bonorum dicti ſic ſe abſentantis, vel alio modo res, domū, & bona ſua negligentis, ita quod talis curator debeat fideliter, & diligenter curare bona prædicti, cuius bonorum curator erit, & iurare vtilia pro dicto abſente, & negligente facere, & inutilia prætermittere, & inuentarū bonorū eorū conficere, ac fideiuſſionē idoneā præſtare, & omnia, & ſingula ad dictā curam ſpectantia bene, & legaliter adminiſtrare & agere Qui curator prædictū abſentē, vel negligentem defendere poſſit, & debeat & ipſius nomine agere, & experiri ꝑ quibuſcunq; iuribus ēt pro tempore non perituris, & pro prædictis bona abſentis, vel negligentis intelligantur, & ſint obligata adeo, quòd nullam ſatisfactionē iudicialiter præſtare cogatur curator prædictus, & qui curator ad petitionem cuiuſlibet compelli poſſit ad ipſam curā inſumendam, gerendam, & exercendam, niſi ex iuſta cauſa ſe excuſauerit, quæ quidē cā

vtrum

vtrum iusta fuerit, nec ne, remaneat in arbitrio D. Prætoris, qui hoc declarare debeat, prout sibi æquum esse videbitur, infra terminum sex dierum continuorum. Et curator prædictus quandocunq; ad petitionem dicti absentis, vel negligentis, vel eius procuratoris legitimi, vel eius hæredis teneatur, & debeat suorum gestorum, & administrationis reddere rationem.

¶ Quod hæredes cuiuslibet personæ bona, quæ defunctus tempore mortis suæ pro suis, & tanquam sua tenebat, & possidebat, possidere intelligantur. RVB. CVIIII.

QVilibet ciuis, & districtualis Mut. hæres cuiuslibet personæ intelligatur ipso iure possidere omnia bona, quæ defunctus, cuius est hæres, tempore mortis suæ pro suis, & tanq̃ sua tenebat, & possidebat perinde ac si statim eo authore mortuo hæres corporalem dictorũ bonorum appræhendisset possessionẽ, & ita ẽt pronuntiari facere p̃ quemcunq; Iudicẽ competentem possit dictus hæres. In qua possessione, quæ pro vera habeatur, Prætor, & Commune Mut. teneantur eos defendere quousq; legitime cognitũ fuerit de iuribus partium, & si quis contrafecerit turbando, vel inquietando, seu auferendo dicto hæredi ipsã possessionẽ condemnetur Com. Mut. & huiusmodi hæredi in libris L. Mut. & nihilominus ipse hæres defendatur, vt superius dictum est, contra quoscunq; ẽt non subiectos, & contra quaslibet vniuersitates, & idem ius habeat in dictis bonis, qui emit ab hærede prædicto, vel qui aliam iustam causam, vel titulũ habeat ab eo. Et intelligatur defunctus bona tenuisse, & possedisse tempore mortis vt supra, si probabitur ipsum defunctum ipsa bona p̃ suis, & tanquam sua tenuisse, & possedisse tempore mortis suæ, vel a tempore mortis retro intra vnum mensem, dummodo non probetur p̃ aduersarium se vel alium, quam ipsum defunctũ ipsa bona dicto tpe possedisse. Et prædicta de continuatione possessionis in hæredẽ locum habeant ẽt si interim, ante q̃ adita esset ipsa hæreditas, possessio dictorũ bonorũ fuisset quoquo modo appræhensa per tertium, quæ appræhensio in casu prædicto pro nulla habeatur, & allegari non possit. Et nihilominus p̃ dicta possessione sic vt supra virtute præsentis statuti attributa dicto hæredi competant quælibet remedia possessoria ẽt possessionis recuperandæ, & omnibus diebus ius reddatur de, & super prædictis summarie, & sine strepitu, & figura Iudicij, & ferijs etiam repentinis non obstantibus, nisi ob aliquã publicam causam & necessitatem indictum esset, & ita instituimus.

¶ De Indemnitatibus Mulierum, & earum contractibus. RVB. CX.

MVlierũ indemnitati, quarum sexus est fragilis, quæq; blanditijs, vel minis facile circumueniũtur in quantũ possumus p̃uidentes statuimus, quòd nulla Mulier cuiuscũq; ætatis sit, ẽt cum tutoris, vel curatoris authoritate, nupta, vel non nupta possit aliquẽ contractum, vel quasi contractũ, vel liberationẽ distractũ, obligationẽ, ex eã dotis, vel conf[illegible] vẽ alicuius qualitatis, receptionẽ, renuntiationẽ, fideiussionẽ, donationẽ, venditionẽ, alienationem, vel hæreditatis additionem, vel immistionẽ, vel alium quemuis contractum, vel quasi, per quem quoquo modo ipsa mulier appareat obligata, vel aliquid, qualecunq; præiudiciũ sibi generaretur, inire, vel facere sine præsentia & consensu patris ipsius mulieris, si superest, vel si patrẽ non habuerit, vnius saltem ex filijs ipsius mulieris maio-

L

maioris tamẽ xxv. annis,& ſui iuris,vel ipſis patre,& filijs non extantibus,vel inhabilibus , vel contumacibus,ſiue recuſantibus,ſine præſentia, & conſenſu vnius ſaltem ex fratribus ipſius mulieris maioris,& ſui iuris vt ſupra,& ipſis fratre,vel fratribus deficientibus,vel inhabilibus exiſtentibus,vel contumacibus, ſeu recuſãtibus,abſq; præſentia, & conſenſu duorum proximorum attinẽtium ipſius mulieris maiorum annis xxv.vt ſupra,& cum decreto vnius Iudicis aduocatorum Comm.Mut.ſi extant,& ſi non erunt duo, ſaltem cum præſentia, & conſenſu vnius attinentis,& vnius vicini cum decreto tamen Iudicis vt ſupra; & quicquid contrafactũ fuerit ipſi mulieri quoquo modo præiudiciũ generans non valeat ipſo iure.Addentes tamen quòd caſu quo primo loco requiſitus recuſauerit conſentire contractui,vel actui celebrando per mulierẽ,eo caſu poſſint fieri contractus,& actus vt ſupra per dictas mulieres cũ conſenſu aliorum, de quibus ſupra,& cum decreto Iudicis,citato tamẽ illo recuſante conſentire, ad finẽ vt prædictus Iudex cognoſcere poſſit recuſationis cauſas,& an expediat ipſi mulieri decretum per ipſum Iudicem interponi,& intelligatur cognitũ de cauſis recuſationis,& eas reiectas eſſe,vbi Iudex decretum ſuum interpoſuerit. Volumus tamen quòd ſi aliqua mulier per annum continuum tenuerit,& poſſederit bona hæreditatis ad eum ſpectantis,vel eorum partem aliquam, ea intelligatur,& præſumatur dictam hæreditatem ſolemniter,& legitime adiuiſſe, vel ei ſe immiſcuiſſe ita tamen vt nullo caſu vnquam grauari poſſit vltra vires hæreditarias,ſed perinde ſit,ac ſi dictam hæreditatem legitime adiuiſſet,vel ei ſe immiſcuiſſet cũ beneficio legis,& inuentarij ita tamen, quòd ad inſtantiã cuiuſlibet intereſſe prætendentis quandocunq; teneatur inuentarium bonorũ legitime conficere,alioquin inuẽtarij beneficiũ amittat. Item & quòd perſonæ, quæ in prædictis ſuum præſtiterint conſenſum in prædictis nullum habeãt intereſſe,& in ipſo contractu,vel inſtrumẽto nullo modo eidẽ,cui ſe obligat mulier,obligentur,alioquin quicquid geſtũ fuerit per ipſas mulieres in eorũ præiudicium et cũ pñtia,& conſenſu prædictis caſſum ſit,& irritũ,ac inane, & nullius roboris,vel momẽti ipſo facto. Et nulla pſona poſſit contrahere, vel quaſi, vel aliquid agere aliquo ex prædictis modis cũ aliqua muliere ſine ſolemnitate pñtis ſtatuti ẽt ſi in prædictis, vel aliquo prædictorũ interceſſerit iuramẽtum, quòd in caſibus prædictis aut aliquo eorũ ſolemnitate pñtis ſtatuti præſumatur metu,dolo, & p vim extortũ,& contra bonos mores tã iuris canonici,q̃ ciuilis, & in ſexus muliebris fraudẽ.Inhibentes Notarijs qui rogati erunt de aliquo inſtrumento inde & ſuper prædictis,vt non deferãt iuramentũ ipſis mulieribus,nec ſcribant, aut memoriã aliquã faciant de delatione dicti iuramenti ipſis mulieribus, niſi ſeruata ſolemnitate prædicta ſub pœna lib. xxv. aplicanda collegio Notariorum ciuitatis Mut.quam Maſſarij prædicti Collegij illico exigere teneãtur ſub pœna ſoluendi tantundem de ſuo ar[illegible]canda a prædicto collegio. Et ex contractu vel facto aliquo celebrato vel geſto cũ aliqua muliere contra formã prædictã,aliquis non audiatur coram quocunq; iudice,immo petẽs,vel excipiẽs vigore dicti contractus,vel facti cõtra pñtis ſtatuti formã geſti,huius ſtatuti authoritate ſe adiuuare ab omni iure ſuo,quod haberet aduerſus ipſam mulierem,& in pœnam ſoluendi de ſuo ipſi nulieri,vel eius hæredibus tantundem,

qu[illegible]

quantum esset id, quod in ipso contractu, vel obligatione cum dicta muliere factis continetur, reficiendiq; ipsi mulieri omnes expen. & damnum, ac interesse, quæ ipsa ideo passa esset. Et vt omnis tollatur circumscriptio, & occasio fraudis volumus supradicta omnia locum habere, ét si per interpositam personã, vel quoquo modo mulier contra formã præsentis statuti apparuerit obligata. Et si aliquis ex prædictis, cuius præsentia, & consensus requiritur, fuerit absens a ciuitate, & districtu Mut. illius præsentia, & consensus adhibeatur, cuius necessarius esset, si ille absens non esset in rerum natura, dummodo de dicta absẽtia appareat per relationẽ nuntij Com. qui ipsum attinentẽ citauerit in scriptis saltẽ bis per interualliũ ad eius habitationis domũ. Quod si dictus talis attinẽs, cuius præsentia, & consensus requiritur, fuerit requisitus a dicta muliere, vel ab alia persona eius nomine in præsentia testiũ, vel de commissione vnius ex Iudicibus Aduocatorũ Com. Mut. vel alterius Iudicis per nuntium Communis Mut. vt veniat ad consentiendũ alicui ex prædictis, & declaretur ei locus, & tẽpus contractus, & actus celebrandi, & ille venire neglexerit, tunc debeat alius attinens proximior eodem modo requiri, & eius venientis præsentia, & consensus sufficiat, ac si requisitus & negligens vt supra non esset in rerum natura, ita vt amplius non sit necessaria eius requisitio, sponte tamen veniens admittatur, & adhibeatur. Quibus oĩbus non extantibus, vel non repertis, siue absentibus, vel negligentibus, vel præsentibus, & recusantibus suum præstare consensum recusationis causas allegando, vel non allegando, possint ipsæ mulieres contractus ipsos & oĩa prædicta facere libere eorum absentia, vel contradictione non obstante, cum authoritate tamen, & decreto vnius ex Iudicibus Aduocatorũ Com. Mut. & cũ præsentia, & consensu duorũ ipsarũ mulierũ vicinorum ætatis perfectæ. Et dictus Iud. teneatur tunc perscrutari diligẽter a dictis vicinis causas contractus ipsius, vel actus celebrandi per mulieres, & si viderit prædicta tendere ad earum vtilitatem, suã & Communis Mutinæ authoritatem interponat, & decretũ & non aliter, in quo ipsius conscientiã oneramus. Statuimus insuper, & ordinamus quòd si mulier aliqua aliq; obligationẽ, fideiussionem, vel promissionẽ fecerit pro marito suo ét in casu quo loquitur Authentica. Si qua mulier. Codice ad Velleianum, vel cum ipso marito ét cũ solemnitate præsentis statuti non valeat, neq; teneat, ét si in dicta obligatione, fideiussione, vel promissione fuerit iuramentũ interpositum, quod dispositione præsentis statuti præsumatur & metu, & ꝓpter minas, & terrores eidem illatos extortum, ét si aliquo tempore talis actus fuerit per mulierẽ ratificatus, nec possit pro vero in contrarium admitti, nec vigore talis obligationis, fideiussionis, vel promissionis possit quis agere, excipere in iudicio, nec a quocunq; Iudice quomodolibet audiatur & agens incidat in pœnas, de quibus supra. Et similiter non valeat renuntiatio facta per mulierem in matrimonio existentem, ét seruata forma & solemnitate per præsentẽ legẽ indictam in vltimis bonis viri, vel alterius personæ sibi obligatis pro iure eidẽ competenti pro suis dotibus, seu augumentis dotiũ, ac donationibus, sponsalitijs in & super dictis bonis, scilicet quantũ sit vsq; ad quãtitatẽ ipsarũ dotiũ, augumentorũ, ac donationũ tantum, ét si iuramentũ ratificatũ, & iteratũ vt supra, ac repetitũ pro parte mulieris interuenerit, quòd simi-

liter præſumatur metu, dolo, propter minas, & terrores ei illatos extortum, & ſimulatum, & agens, ac excipiens vigore huiuſmodi renuntiationis cadat in pœnas, de quibus ſupra. Inhibentes notarijs, qui de prædictis contractibus, & actibus rogabuntur ſub pœnis vt ſupra diximus in alio caſu præſentis ſtat. Et prædicta ſibi locũ vendicent niſi in aliquo ex caſibus proxime dictis fuerit diſpenſatũ per Ill. DD. Conſeruatores ciuitatis Mut. qui diſpenſare poſſint in caſibus prædictis ita demũ ſi iuſta, neceſſaria, & legitima cã interuenerit, de qua in inſtrumẽto p̃ mulierẽ celebrando fiat mentio ſpecialis cũ præſentia tñ, & conſenſu, ac decreto, & ſolẽnitatibus prædictis, & non aliter. Et prædicta non intelligantur in conſtitutionibus p̃curatorũ ad cãs, vel lites, nec in actibus, vel negotijs iudicialibus, nec in tenutis accipiendis, vel in poſſeſſionibus, nec in receptionibus, ſeu receptionis confeſſionibus pecuniarũ vſq; ad x. libr. incluſiue ſemel tãtum factis p̃ vno, eodemq; debito, nec in caſibus, in quibus mulieres ipſæ receperint aliquid extra pecuniã p̃ neceſſitate ſui victus, & veſtitus, nec in locationibus domorũ, poſſeſſionũ, vel aliarũ rerũ mobiliũ, vel immobiliũ, ac ſeſe mouentiũ, dũmodo dicta locatio non trãſcendat tẽpus v. annorũ, & dicta mulier in vno anno p̃ pluribus annis mercedẽ, & ſeu penſionẽ non recipiat, nec in conductionibus laboratorũ, ac operariorũ, & colonorũ partionariorũ, vel famulorũ, ac ancillarũ, in quibus oĩbus caſibus ſufficiat ſeruari formã a iure Communi traditã, teneãtur tñ ipſæ mulieres ex contractibus, & actibus ſuis ſine ſolemnitatibus prædictis celebratis eatenus, quatenus factæ ſunt locupletiores, ne cum aliena iactura ditentur. Quæ oĩa in præſenti ſtatuto compræhenſa locũ habeant in quibuſcunq; obligationibus, & actis ẽt celebrandis extra iuriſdictionem Prætoris Mut. inter aliquos ciues, vel diſtrictuales Mut. in quantum aliter facta concernerent præiudicium alicuius ciuis, vel diſtrictualis Mutinæ.

¶ De non danda licentia vendendi, vel alienandi res pupillorum, prodigorũ, furioſorum, & mentecaptorum. RVB. CXI.

PVpillorũ indẽnitati, prodigorũq;, & furioſorũ, ac mentecaptorũ prouidẽtes ſtatuimus, quòd Prætor, vel aliquis alius Iud. vel aduocatus Communis Mut. alicui tutori, vel curatori alicuius prædictorũ aliquo modo, aliqua ratione, vel cauſa licentiã dare non poſſit vendẽdi, alienãdi, obligandi aliquã rem immobilẽ alicuius prædictorũ, niſi creditore ipſorũ pupillorũ, cæterorumq; prædictorũ inſtãte, & ſibi corã ipſo Iud. in actis ſatisfieri petẽte, aut niſi legitima cauſa vrgente, quæ ſimiliter in actis appareat, & niſi in primis dictus Iud. fuerit informatus de valore, ac æſtimatione dictæ rei p̃ duos ad minus vicinos dictæ rei vẽdẽdæ, prout ipſi Iud. videbitur, & niſi de mãdato, & commiſſione ipſius Iud. a quo ipſa licentia petetur, factæ fuerint tres p̃clamationes, quarũ vna fieri debeat in conſpectu rei vendendæ, aliæ duæ ad tribunal ipſius Iudicis, a quo petitur licentia, ipſo pro tribunali ſedente hora iuris, & ad arengheriã Communis Mut. diebus & horis, quibus ius redditur, palã, & alta voce, ſono tubæ præmiſſo per vnum ex tubicinibus, ſeu bannitoribus Communis Mut. & inter vnã p̃clamationẽ, & aliã ſit, & eſſe debeat terminus triũ dierũ ad minus. In quibus p̃clamationibus exprimatur, & notificetur, quòd ipſa res talis pupilli, vel talis p̃digi, ſeu furioſi, vel mentecapti eſt vendenda, vel obliganda per eius tutorem,

vel

vel curatore, & ex cā, p qua licētia fuerit petita, & si pretiū aliquod erit in actis p aliquē p emptione dictæ rei oblatū, exprimatur dicti pretij quantitas, & nomē, ac cognomē eius, qui pretiū obtulerit. Et si aliquis est, qui velit aliquid contradicere, vel opponere, ne res ipsa vendatur, alienet, vel obliget, & ne petita licentia detur, seu quia non sit iusta de causa petita, vel qui velit ipsam rem emere, debeat in termino trium dierum proxime futurorū in qualibet ipsarum p-clamationū apponendo corā ipso D. Prætore, vel Iud. comparere ad opponendum quicquid voluerit, ne præmissa fiant, & ad proferendum quid, & quantum dare voluerit pro emptione, seu pretio dictæ rei, & cedula continens omnia prædicta ponatur, & affigatur ad scalas palatij Communis, & ad ipsam rem vendēdā. Et si in dicto termino alicuius dictarum proclamationum comparuerit aliquis, & contra prædicta opposuerit, vel dixerit, Prætor, seu Iud. prædictus intra terminum x. dierum cognoscere, & declarare debeat super dictis exceptionibus, & oppositionibus, prout sibi iustum, & æquum esse videbitur. Et si cognouerit licentiā non esse dandā, ad aliquid vlterius non procedatur, nec procedere possit, sed si sibi videbitur licentiā prædictam iusta de causa esse petitam, & non dolo, vel fraude, & oblatum pretium esse iustum, tunc licentiā det, & concedat vendendi, alienandi, vel obligandi dictā rē illi, qui plus obtulerit quando cunq; ante licentiā concessam. Et dictæ Prætoris, vel Iud. declarationi stetur, & res, de qua alienanda vt supra fuerit licētia postulata, & sic seruatis seruandis præ dictis data, vendi, alienari, & obligari libere possit, nec in ipsa alienatione, & obligatione postea secuta necessario requiratur amplius dicti Prætoris, vel Iudicis licentia, & aliter vel alio modo res aliqua immobilis alicuius prædictorum vendi, alienari vel obligari non possit, neq; de ipsa vendenda, alienanda, vel obliganda licentia dari, & si data fuerit nullius sit momenti. Venditio autē, alienatio, & obligatio facta contra dictam formam nullæ sint, & omni careāt firmitate, ēt si iuramētum fuerit interpositum, quod volumus præsumi dolo, & per vim extortum, & nihilominus Prætor vel Iudex, qui prædictam licentiā dederit, non seruata forma prædicta incurrat pœnam C. librarum Mut. applican. p dimidia ærario Duc. & pro alia Communi Mut.

¶ De non contrahendo cum aliquo filiofamilias, vel minore, vel alijs. RVB. CXII.

Item Eve et cum vel minore Rot. in cohaer. à Farin. de. 218 n. 5. p. 2.

NVllus contrahere possit, vel quasi, cum aliquo filiofamilias in quacunq; ætate constituto, nec aliquem omnino actū cum ipso celebrare, per quē quoquo modo appareret ipse filiusfamilias obligatus, vel aliquod qualecunq; præiudicium sibi generaretur, sine consensu eius, in cuius potestate esset. Cum consensu autem solo eius, qui eum in potestate haberet, dūmodo sit pubes, & alias habilis, possit dictus filiusfamilias quencunq; contractum, vel quasi contractū, ac obligatorium actum facere, & prædicta locum habeāt quotiescunq; ipse pater, vel habens in potestate ipsum filium præsens fuerit in ciuitate, vel districtu Mut. & suū præstare voluerit consensum. Vbi vero is, qui habet in potestate ipsum filiumfamilias, absens esset a ciuitate, & districtu Mut. vel præsens nollet sine iusta causa consentire contractui, obligationi, seu actui per ipsum filiumfamilias celebrādo, tunc, si ipse filiusfamilias fuerit minor xxv. annis, in dictis con-

tractibus,vel quasi, ac obligationibus,& actis quibuscunq; per eum celebrandis seruetur forma per præsens stat.in contractibus minorum sui iuris tradita. Vbi vero dictus filiusfamilias esset ætatis perfectæ, tunc prædicta omnia facere possit cum decreto,& authoritate vnius ex Iudicibus aduocatorũ Communis Mut.vel Iudicis loci,in quo habitaret extra districtum Mut. & non aliter, & an recusationis causa sit iusta,nec ne,stetur arbitrio, & declarationi D. Iudicis decretum interponere debentis. Et quicquid contra formã præsentis stat. actum,vel gestum fuerit non valeat ipso iure, ẽt si iuramentũ fuerit interpositũ,quòd in casibus prædictis præsumatur dolo,& per vim extortum, ac simulatum.Cæterum quilibet filiusfamilias maior xviij.annis,qui sit publicus, & consuetus mercator,vel qui vniuersaliter bona eius in cuius fuerit potestate,administret,similiter & qlibet sui iuris maior xviij.annis publicus & consuetus mercator obligetur,& obligatus esse intelligatur illis,cum quibus contraxerit, vel quasi,ẽt sine solẽnitate præsentis stat. & minoritate non obstante. Idemq; intelligatur,& fiat de quolibet alio filiofamilias maiore xxv. annis habitante per se, seorsum a patre,vel eo,in cuius est potestate,& faciente,ac gerente facta,& negotia sua seorsum a patre,vel eo,in cuius est potestate, & possint prædicti agere,& conueniri in iudicio tanq; patresfamilias in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;.Addẽtes ẽt quòd aliquis sui iuris minor xxv. annis aliquo modo,ratione vel causa extra iudiciũ cũ aliquo contrahere non possit,vel aliquid gerere sibi quoquo modo dãnosum,ẽt cũ tutoris, vel curatoris authoritate absq; decreto,& authoritate vnius ex iudicibus aduocatorũ Communis Mut.vel iudicis loci,in quo habitaret extra districtũ Mut & absq; consẽsu duorũ minoris ipsius propinquorũ attinentiũ habitãtiũ in ciuitate Mut.vel districtu,vel ipsis non extantibus,vel recusantibus sine iusta cã,de qua stetur declarationi dicti D. Iud.vt supra,cũ consensu duorũ habitatorũ cinquantinæ,villæ, castelli,vel loci,in quo,vel in qua habitabit ipse minor in ciuitate Mut. vel districtu,& si in ciuitate Mut.vel districtu non haberet ipse minor, absq; consensu duorũ habitatorũ cinquantinæ dictæ ciuitatis, villæ, castelli,vel loci vltimæ ipsius minoris solitæ habitationis,si ipse unq; habitauerit, alioquin vltimæ habitationis patris,si habuerit,& vltimo loco aui paterni ipsius minoris, & si pater,vel auus in ciuitate,vel districtu non habitassent,absq; consensu duorum ciuiũ,vel districtu aliũ Mut.cognoscentiũ ipsum minorẽ. At suprascriptis oĩbus deficientibus absq; consensu duorum cognoscentium, a quibus propinquioribus,& habitatoribus,& cognoscentibus vt supra,Iudex prædictus, qui authoritatẽ suã,& decretũ interponet in contractu,vel quasi, ac alijs sic(vt præmittit) p minorẽ faciendis,informationem recipere debeat,si ipsi, qui erunt præsentes sint propinquiores minoris ipsius,vel habitatores,& cognoscentes vt supra. Et si contractus,& obligatio,quẽ,vel q; minor facere voluerit fit iusta de causa,& non dolo,vel fraude,& si Iudici videbitur ipsa informatione præhabita fieri iusta de causa,& non dolo vel fraude,suã & Communis Mut.authoritatem interponat,& non aliter,& intelligãtur esse,& fuisse propinquiores, & habitatores, & cognoscentes prædicti,de quibus supra continetur,illi,a quibus Iudex prædictus informationẽ receperit supradictã,si notarius fecerit in instrumẽto mẽtio-

tionē, quòd Iudex illos p talibus vt supra approbauerit. Statuentes, & ordinantes quòd in extraiudicialibus iudices aduocatorū Communis Mut. solū, & non alij minoribus prædictis curatorem dare possint, & debeant, & suam, & Communis Mut. authoritatem, & decretum interponere. Et si contra aliquod prædictorum factus fuerit actus non valeat, nec teneat ipso iure, ēt si iuramentum per ipsum minorē fuerit præstitū super prædictis, siue iurauerit non contrauenire, siue se maiorem esse, siue alio quocunq; modo, quod iuramentum in omnibus prædictis casibus præsumatur vi, & dolo extortum, prout docente experientia sæpissime, & communiter accidisse compertum est. Addentes insuper, & statuentes ad euitandas multorum fraudes, qui simulationibus, & blanditijs senes circumueniunt, quod nullus maior annis LXX. possit quoquo modo contrahere, vel quasi contrahere, vel se obligare sine decreto, & authoritate vnius ex iudicibus aduocatorum Communis Mut. vel Iudicis loci, in quo habitaret extra districtum Mut. & quicquid fuerit contrafactum sit ipso iure nullū etiā si iuramentum interuenerit, quod in casibus prædictis præsumi volumus dolo, & per vim extortum. Quæ omnia in præsenti statuto compræhensa vendicent sibi locum in contractibus, & obligationibus, vel quasi, ac actibus quibuscūq; obligatorijs etiam celebrandis extra iurisdictionem Præt. Mut. per aliquos ciues, vel districtuales Communis Mut. Et hæc omnia in hoc stat. compræhensa locum habeant etiam in quibuscunq; contractibus factis, & celebratis per suprascriptos cum quibuscunq; campsoribus, & mercatoribus etiā ciuitatis Mut. non obstantibus quibuscunq; stat. & priuilegijs ipsorum campsorum, & mercatorum etiam quouis iuramento roboratis.

¶ De ratione administrationis per tutores adultis reddenda, & cui deferatur tutela, vel cura. RVB. CXIII.

FInita tutela si tutor velit rationem reddere, & absolui, vel adultus vellet rationem a tutore ipso reddi de tutela, & administratione, prouideatur de curatore ipsi minori ad hunc actum, qui curator sit attinens ipsi minori, & homo bonæ famæ, & conditionis, & dato curatore coram vno ex Iudicibus aduocatorum Mut. cum authoritate ipsius curatoris eligantur duo attinentes pximiores ipsius minoris, vnus videlicet ex parte ipsius, & alius ex parte tutoris, qui sint maiores annis XXV. & homines bonæ famæ, & conditionis, & experti in calculando computa, si extarent, & si non extarent de attinentibus, qui essent habiles, eligantur duo alij probi viri experti, & bonæ famæ, & conditionis, & ipsis electis, & confirmatis per ipsum Iudicem deferatur iuramentum de legaliter calculando computa, & rationes ipsorum minoris, & tutorum, remotis amore, timore, pretio, & omni humana gratia. Et hoc facto calculentur ipsa computa, & rationes administrationis dictæ tutelæ, & his calculatis referant in actis corā ipso D. Iudice tam de neglectis, vel ommissis, quam de gestis in præsentia ipsius adulti, & curatoris, & decernatur copia ipsi minori, & curatori eius cum termino quatuor dierum continuorum, dummodo non sint feriati in honorem Dei, ad videndum, & considerandum ipsa computa, & ad opponendum, si quid opponere intendit. Et si opposuerit aliquid summarie, & sola facti veritate inspecta, examinentur causæ oppositionis, & terminentur prout iuri conueniēs fuerit,

rit, si autem non fuerit oppositum, vel si fuerit oppositum, sed terminatū circa talem oppositionem, & veniat faciēda absolutio per minorem, solutis his quæ soluenda essent, fiat talis absolutio cū authoritate dicti curatoris adhibitis duobus alijs proximioribus attinentibus iuxta formam statuti præcedētis. De non contrahendo cum filiofamilias, & ratio aliter reddita nōn valeat. Et tutela, vel cura minorum, vel bonorum absentis, vel furiosorum, vel mentecaptorum, vel aliorum similium deferatur prius, & dari debeat attinentibus illorum habitantibus in ciuitate, vel districtu Mut. quam alijs etiam proximioribus suis, q̄ non habitarent in ciuitate, vel districtu Mut. vel matre, vel auia tutrice transeūte, vel transire volente ad secunda vota, & instante de tutore prouideri pupillo sit locus legitimo tutori, reiecta penitus nominatione ipsius matris, & auiæ.

¶ De interdicendo bonis cuilibet male gerenti facta sua.

RVB. CXIIII.

SI quis attinens, vel affinis, seu vicinus alicuius personæ ciuitatis Mut. vel districtus, Prætori, vel suis iudicibus manifestum fecerit per tres testes, inter quos saltem adsit vnus ex attinentibus infrascripti malegerētis negotia sua, vel alias legitimas probationes coniunctum vel affinem, vel vicinum male tractare substantiā suā in ludis, vel cauponulis, siue tabernis, vel aliter, Prætor, vel sui officiales pronuntient eum prodigum, & teneatur Prætor per præconem publicari facere, quòd nullus quoquo modo debeat contrahere cū prædictis, vel de rebus suis accipere loco pignoris, vel alia quacunq; de causa. Et si aliquis contrafecerit teneatur ad restitutionē rerum, quas habuit a prædictis, & contractus cum ipsis factus p̄ nullo habeatur ēt si iuramentum interuenerit, quod in casibus prædictis dolo, & metu extortum præsumatur, & prædicta fiant sine figura iudicij, etiam parte aliter non citata, & remota quacunq; appellatione.

¶ Quod Aduocati, & procuratores non possint pro alijs fideiubere.

RVB. CXV.

QVoniam aduocati, & procuratores consueti, & periti suis subtilitatibus lites faciunt protelari, & subterfugijs vtuntur, & iccirco faciles sunt ad se pro alijs obligandum, ideo ne ex hoc damnum aliquis sustineat, statutum, & ordinatum est quod aliquis Iudex, seu Aduocatus, qui sit in matricula iudicum ciuitatis Mut. & aliquis causidicus solitus non possit esse fideiussor alicuius personæ, collegij, vel vniuersitatis, nec etiam possit constituere se pro aliquo solutorum, nec pro alio nec secundo loco, nec principaliter aliquid promittere, vel se obligare in iudicio, vel extra iudicium etiam ipsi Communi Mut. aliquo modo, vel causa, quæ dici vel excogitari possit. Et si quis aduocatus, vel causidicus prædictus aliquid prædictorum fecerit ipso iure non teneatur, nec conuenti, nec condemnari possit, etiam si iuramentum fuerit interpositum, quod præsumatur dolo, & fraude, & per vim extortum, & hoc statutum sit præcisum, & truncum, cui renuntiari non possit. Et si renunriatum sit, renuntiatio nulla sit ipso iure etiam si iuramentum interuenerit, quod metu, & dolo interpositum præsumatur & omnes obligationes, vel contractus factæ, & facti contra formam præsentis stat. non valeant, nec teneant ipso iure.

¶ De

De modo alienandi res communes, vel confinantes.

RVB. CXVI.

Nota quòd loco statuti veteris abrogati reposuimus sequens statutum reformatum.

STatuimus quemlibet habentem rem aliquam immobilem communem, stabulum, apothecam, hortum, cortile, vacuum, vel aliud quodcunq; stabile, vel quæ alias fuerit communis, aut sub eodem contextu, siue tecto cum aliqua persona in Ciuitate vel districtu Mutinæ, non posse partem suam alij vendere, alienare, vel in alium transferre titulo tamen oneroso, nisi prius requisita fuerit altera persona quæ habebit vel habuisset, aut authores eius habuissent rem ipsam communem, vel sub eodem contextu, aut tecto cum ipso alienare volēte, an eam velit emere illo pretio quo alteri vendere, vel in alium trāsferre potuerit vel poterit, dummodo sit iustum & conueniens pretium arbitrio boni viri per peritos communiter eligendos, & teneatur talis requirens ipsum tunc vel alias socium interpellare, & requirere in præsentia duorū testium & vnius Notarij, qui mentionem faciat de tali interpellatione seu requisitione aut per viā iudiciariam ipso citato secundum formam Statutorum de modo citandi. Et hoc si requirendus siue interpellandus erit maior. Si vero esset minor, furiosus, mente captus, prodigus, mutus, vel alius cui de iure debeat dari tutor vel curator, requiratur mediantibus eorum tutoribus, & curatoribus respectiue. Et si ipse siue ipsi requisitus vel requisiti vt supra eam emere vellent cuilibet præferantur aut præferatur. Si autem requisitus siue interpellatus vt supra dixerit nolle emere vel acquirere, possit ipse alienare volens partem suam alienare ad libitum suum cui voluerit, si autem nihil responderit teneatur expectare per quindecim dies continuos, quibus elapsis intelligatur ei data licentia alienandi vt supra partem suam ad suum libitum & ita virtute præsentis Statuti data sit & esse intelligatur ipso iure omni exceptione ac restitutione in integrum ēt ex capite minoris ætatis aut alio quocunq; remoto beneficio. Et si essent plures qui haberent rem communem vel quæ alias fuerit communis vt supra cum ipso alienare volente, si adest alius attinens, detur proximiori secundum successionem ab intestato tam iuris quàm statutorum. Si vero aliqui ex prædictis attinentibus essent in pari gradu successionis vt supra tunc sit locus gratificationi etiā si lis mota esset. Et si nullus esset attinens sit in electione ipsius alienare volentis eam rem vendere vel alienare cui ex socijs voluerit etiam mota lite, & tales interpellationes renuente socio emere tacite vel expresse suam habeant virtutem per annum tantum finiendum à die lapsi termini quo socius respondit tacite vel expresse, & non vltra, quoniam si post annum integrum vendere statuerit, volumus venditorem teneri ad faciendum denuo interpellationes vt supra. Si vero aliqua persona haberet domum, aream, siue vacuum, ædes, seu domum diruptam, stabulum, apothecam, hortum, cortile, & siue quodcunq; stabile siue sint separata, siue contigua, & connexa, vel aliquam petiam terræ etiā si haberet domum, & alia ædificia superexistentia quæ non excedat quantitatē iugerum viginti non communem, vt supra, & uellet eam alienare, uendere, uel in alium transferre ut supra titulo tamen oneroso teneatur eam dare, & uendere confinanti eam emere uolenti, & si essent plures confinantes, uel unus qui confi-

confinaret à pluribus lateribus qui eam emere vellent, detur in primis attineti confinanti & si plures essent detur proximiori, vt supra. Et si aliqui ex dictis attinentibus confinãtibus essent in pari gradu sit locus gratificationi vt supra, etiam lite mota Si vero non confinaret attinens qui eam vellet, detur illi qui à pluribus lateribus siue plagis mundi confinaret. Si autem pariter confinarent sit locus gratificationi etiam mota lite, & teneatur ipse alienare intendens vicinos omnes interpellare, & requirere & domum ac alia supradicta alicui ex vicinis vendere pro iusto pretio vt supra. Et quod supradictum est de stabulo, horto cortili, & area, vel æde dirupta non habet locum quando quis venderet vel alienaret domum vnii cuius stabulum, hortum, cortile, siue area, vel uacuum respectiue essent destinata, quia tunc præferatur confinans domui tanquã membro principali etiam respectu horti & aliorum accessoriorum de quibus supra. Item non habent locum quando quis venderet vel alienaret possessionem distinctam in pluribus petijs terrarum, quæ possessio intelligatur, quando excedat quantitatem bubulcarum viginti quatuor, licet separatarum tecum domo super extante, & quælibet alienatio vel in alium translatio aliter facta non valeat & sit ipso iure nulla in præiudicium sociorum vel confinantium vt supra. Et hoc statutum procedat non solum in alienatione voluntaria, sed etiam necessaria, etiam si bona alienanda essent subiecta emphiteosi etiam Ecclesiasticæ respectu vtilis dominij, nisi concurreret Dominus directus cum emptore, quia tunc dominum præferri volumus, nisi secuta esset ad iudicatio bonorum, ex causa dotis constante matrimonio, quia vbi ex quacunq; alia causa ad talem actum esset deuentum, etiam si alias esset priuilegiata, & etiam si interuenisset iuramentum, quod præsumatur dolose ac fraudulenter præstitum vti contra vim & formã præsentis statuti, & si venditor non factis interpellationibus prædictis procederet ad venditionem sit in libertate & facultate emptoris retrahẽtis vel vti & potiri ijsdem met pactis, & commodis quibus res ipsa alteri vẽdita fuerit prius vel deuenire ad electionem æstimatorum vt supra. Similiter ille confinans qui haberet seruitutem luminis tantum in domo vendenda, tunc talis confinans præferatur alij vicino non habenti talem seruitutem luminis, nisi tamen adesset attinens, qui eo casu præferatur. Vlterius ille qui voluerit vendere, & alienare, vt supra, si processerit ad alienationem, non facta requisitione vt supra, & confinantes non interpellauerit, teneatur omnino vendere illã rem socio vel confinanti vt supra pro illomet pretio, quo alteri vendita fuerit, si retrahenti placuerit vel iusto pretio vt supra, & vti ac gaudere possit ijsdẽ pactis, & commodis quibus prius alienata res fuerat, nec amplius locus sit pœnitentiæ quoquomodo. Et ius dicendi alienationem nullam, & retrahendi rem ipsam contra formam huius statuti venditam, vel alienatam, vel in alium translatam duret per biennium à die scientiæ etiam præsumptæ, quo biẽnio elapso habeatur pro vera scientia, absq; alia probatione talis scientiæ, quæ censeatur inducta virtute præsentis statuti dẽptis minoribus, & absentibus, quibus quatuor anni conceduntur continui ad scientiam introducendam vigore præsentis statuti, vt excludantur & ipsi tali tempore ab omni remedio restitutionis ex quocunq; capite competenti, & prædicta locum habeant quo ad alienationes,

Li contrahens sit conditionalis, puta sub reservatione beneplaciti Apostolici, quod non verificatâ conditione tenuit Rot. Rom. ut attestat Gratianus in addit. Burat. dec. 937. n. 14 et 15.

nes,quas in futurũ fieri contigerit.Quo vero ad alienationes siue, venditiones factas ante pñs statutũ,volumus,& declaramus, quod si qs voluerit retrahere aliq̃s ex prædictis rebus vẽditis seu alienatis,vt supra ante pñs statutũ,& sit in casu quo sit locus retractui,tunc possit eas retrahere,sed tñ teneat̃,& obligatus sit soluere iustũ pretiũ p̃ pitos vt supra eligẽdos estimãdũ tpe quo velit retrahere, non aũt eo pretio,quo prius vẽdita fuit vel alienata,id tamen conceditur intra tpa prædicta præfixa,vt supra respectiue,& non post,& prædicta non habeãt locum in alienationibus seu venditionibus factis ad publicum incantum,quorũ subhastationes ex forma statutorum,& iuris dispositione fieri debent citatis tamen,& interpellatis vicinis siue socijs,vt supra ad videndum fieri tales subhastationes,& non aliter. Et præsens dispositio non habeat locum in causis seu litibus pendentibus.Et quia nostræ intentionis est,quod stabilia prædicta, quæ supposita esse reperiuntur iurisdictioni,& obedientiæ Sereniſſimi Principis nostri siue Communi Mutinæ ad subleuationem aliorum Ciuium, & districtualium remaneant nostro Sereniſſimo Principi subiecta,& obnoxia ob bonũ publicum,propterea statuimus,& ordinamus quod priuilegium siue beneficium præsentis statuti, & commodum huius nostræ ordinationis non transeat neq; transire possit ad eos,qui pleno iure non sint subiecti Sereniſſimo Principi nostro,& Communi Mutinæ,grauando in hoc pro vt grauamus venditores subiectos,vt supra,quod eorum bona,& iura minime in supradictas personas quo quomodo alienare valeant directè vel indirectè,aut alio quoquis quæsito colore.Inijcientes ex nunc pro vt inijcimus vinculum obligationis rebus,& iuribus prædictis ita,quod nulla ratione vel causa ad extraneas personas non subiectas, vt supra transire possint quominus subditi nostri sub colore,& prætextu alicuius priuilegiati,ementis vel emere procurantis ab acquisitione prædicta impediri aut distrahi possint, pro vt alias vsu euenisse comperimus supponendo tales personas. Volentes quod prædicta bona dictorum subditorum sint vigore præsentis statuti tali onere retractus affecti adeo quòd transeant ad quascunq; personas cum tali onere,& si alienatio facta fuerit in non subiectos,vt supra dominium aliquod non transeat neq; possessio,sed statim reuocari possit, & interim sit & intelligatur virtute præsentis statuti violenta vitiosa, & clandestina, quo ad præiudicium sociorum vel vicinorum,vt supra,& statim acipso iure sit locus retractui,& venditor etiam si opus fuerit cogatur, & cogi possit per socios,vel confinantes,vt supra ad recuperandum,siue retrahendum rem vitiose alienatam in talem non subiectum & non obseruantem præsentia statuta nostra.Et talis venditor si non curauerit cum effectu,quod confinãs,vt supra consequatur bona,vt supra vendita infra mensem, tunc incurrat in pœnam amissionis pretij applicandam pro medietate vicino vel socio ratione damnorum, & pro alia medietate fisco Sereniſſimi D.N. Prohibentes ex nunc omnes fraudes,& cautelas quibus præsens nostra ordinatio suum non posset de cætero sortiri effectum adinuentas, vel quæ inueniri possent per vẽditores vel alios, quas volumus probari posse per coniecturas,& præsumptiones arbitrio iudicis,quoniam tale statutum fauore publico inductum esse censemus, & declaramus. Et idem seruari volumus vt supra,si res mobilis, vel se mouens communis vt

supra.

ſupra venderetur. Inſuper ſtatuimus, & ordinamus, quod Ciues habentes præ dia, domos, & alias res eiuſdē generis ſitas alibi extra diſtrictum Ciuitatis Mutinæ vt ſupra non poſſint neq; valeant, vel eas alienare, vel in alium transferre titulo tamen oneroſo, niſi prius interpellatis conciuibus, confinantibus, vel habentibus rem communem vt ſupra ſub pœna dimidij pretij rei vendendæ, vel in alium transferendæ, vt ſupra applicanda pro dimidia Ciui conſocio, vel confinanti, & pro alia dimidia fiſco Sereniſſimi Ducis noſtri. Et vlterius ad prædicta etiam cogi poſſint, per officiales Ciuitatis Mutinæ ad vendendum ac tradendum rem ſiue communem, ſiue confinantem contra prædicta alienatam in alium quam in Ciuem.

¶ De donationibus. RVB. CXVII.

STatuimus & ordinamus quòd quælibet inter viuos donatio maioris quantitatis, valoris, ſeu æſtimationis centum librarum Mut. debeat inſinuari, & ſi inſinuata non fuerit non valeat ipſo iure. Et prædicta locum habeant etiam ſi iuramentum fuerit interpoſitum, quod in prædictis præſumatur dolo malo, & per vim extortum, & huic ſtatuto renuntiari non poſſit.

¶ De Emancipationibus. RVB. CXVIII.

SAncimus quòd quælibet Emãcipatio debeat publicari ad Arengheriã Communis Mut. palam, & alta voce, & ſuper ſcalis palatij Communis plateã verſus, & ad tribunal Iudicis, corã quo fiet dicta emancipatio, hora iuridica tpe dictæ emancipationis p vnũ ex præconibus, & bannitoribus Communis Mut. ſono tubæ præmiſſo, quod ſi non fuerit obſeruatũ emãcipatio non valeat ipſo iure. Itẽ volumus quòd ſi quis filiusfamilias male vtatur, vel male tractet bona patris, vel propria, Prætor, & quilibet alius Iuſdicens, Communis Mut. requiſitus a patre teneatur compellere talẽ filiũ recipere emancipationẽ, cui tñ filio in caſu prædicto, ſi non ſit idoneus ad quærẽda ſibi alimẽta condecentia, teneaꝫ pater ſñ facultates, & qualitatẽ perſonarũ alimẽta præſtare, vel ſupplere. Si vero pater male vtatur ſua ſubſtantia, vel dicti ſui filij, tũc & eo caſu pater cogatur ipſum ſuum filium emancipare, & ipſi patri interdicat bonis ſecundum formã ſtatutorum, remanente dicto filio, vel filijs adminiſtratione bonorum propriorum, & patris, cui teneatur ipſe filius alimenta condecentia miniſtrare.

¶ Qualiter donari poſſit, vel relinqui ſponſæ vel vxori, & de prohibitis donationibus, vel relictis in concubinas & meretrices. RVB. CXIX.

NVllus ſponſus, vel maritus, cui dos conſtituta, vel promiſſa fuerit, aut ſoluta ex parte ſponſæ, vel vxoris infra ſummam librarũ mille, poſſit inter viuos, vel cauſa mortis ſponſæ, vel vxori ſuæ donare vltra ſummam libr. cẽtũ quinquaginta, vel aliud excedens ſummã prædictã, & in maiori quãtitate non valeat ipſo iure, quod ſi dos exceſſerit ſummam librarũ mille, vſq; ad bis mille poſſit donare vſque ad ſummã librarum ducentarũ. Si verò erit trium mille donare poſſit libras tercentũ, & ſi erit de quatuor mille ſcutos centum auri donare poſſit, & ſic pro ſingulis mille ſcutis poſſit ſponſus, vel maritus donare ſcutos centum ſponſæ, vel vxori, & non vltra abſque vlla inſinuatione.

Adijcientes, quod vltra prædicta liceat marito, vel ſponſo donare ſponſæ vel vxori quaſcunque veſtes, & quæcunque ornamẽta per ipſum maritũ, vel ſponſum

sum ad usum uxoris facta,& seu destinata. Ex ultima uerò uoluntate quauis dispositione,seu prohibitione de non molestando,uel introspiciendo capsas,uel alias quomodolibet a marito,uel sponso facta non obstante, non possit sponsa, uel uxor consequi aliquid de bonis sponsi uel mariti ultra usumfructũ integrũ bonorum illius dempto usufructu legitime descendentiũ,& eorũ quibus de iure debetur in bonis defunctæ psonæ,uel libras mille ad plus & quascũq; uestes & quæcunq; ornamẽta per ipsum maritũ,uel sponsum ad usum sponsæ, uel uxoris destinata seu facta. Debeat tamen uxor,uel sponsa cui usufructus, & libræ mille essent in ultima uolũtate relictæ eligere an mille uel usumfructum utrũ infra mensem proxime subsequentem à die interpellationis,seu monitionis per iudicem in scriptis sibi factarum qua electione per uxorem,uel sponsam,ut supra non facta transferatur electio in hæredem ipsius relinquentis.

Addentes,quod in omni casu quo mulier extra districtum nuberet ipso iure priuetur & priuata sit eo,quod sibi fuerit relictum.

Vlterius statuimus,nullum posse aliquo titulo donationis, aut relinquere in ultima uolũtate aliquid etiam minimum concubinis,uel meretricibus suis, & in omnibus prædictis casibus quicquid factum fuerit contra formam præsentis statuti sit nullum,& iuramentum super eo appositum præsumatur dolo, & per fallaciam extortum.

Declarantes prædicta non habere locum in donatis, seu relictis per vxorẽ, seu sponsam marito seu sponso. Quia uolumus eas prohibito ipsarum uolũtatis posse inter uiuos donare,& in ultima uolũtate maritis relinquere.

¶ Quod in omni alienatione rei ímobilis saluũ sit ius laboratoris. RVB. CXX.

STatuimus quòd in omni alienatione rerum immobilium quarũcunq; saluũ semper & in omni casu sit,& esse debeat ius Laboratoris,ita quòd per ipsam alienationem,capiendo eam etiam largo modo,non fiat aliquod præiudicium colono,vel laboratori possessionis vnius,vel rei particularis, quo minus suã portionem fructuum,& reddituum vndecunq; venientium percipiat, ac si dicta alienatio facta non fuisset,nisi tamen alienans esset Laborator dictæ rei, quo casu Laborator ipse nihil petere possit de dictis fructibus, nisi tamen alienans ius suum pro fructibus reseruasset,vel aliter conuentum esset inter alienãtem, & laboratorem,volumus enim dictas conuentiones seruari.

¶ Ne Prælati,uel Clerici,uel Potentes alicui uim faciãt. RVB. CXXI.

SI quis Prælatus,vel Clericus fecerit aliquam violentiam alicui ciui Mut. vel districtuali in possessione alicuius petiæ terræ,seu domus, quæ petia terræ, seu domus fuerit possessa,seu detenta tempore uiolentiæ, uel turbationis per ipsum ciuem,uel districtualem,uel per aliquem eius nomine. Potestas teneatur ad postulationem dicti ciuis,uel districtualis,cui facta fuerit dicta uiolẽtia mittere nuntiũ suum p Communi Mut ipsi Prælato,vel Clerico, ne inquirat, imbriget,vel turbet,& fructus non auferat,uel laboret,uel laborari faciat,uel molestet in possessione ipsius terræ dictum ciuem,uel districtualem. Et si hoc facere contempserit facta requisitione prædicta, postea miles potestatis pro Communi Mut.ad uillam,uel locũ mittatur,in qua,uel in quo dicta terra,uel domus fuerit,qui miles ipsum ciuẽ,& districtualẽ defendat in possessione & tenuta

nuta dictæ terræ, siue domus, & fructuũ omniũ, & præcipiat consuli, vel officialibus dictæ villæ, seu loci, si placuerit dicto ciui, vel districtuali, dictam terram, siue domũ tenere, & laborare, seu laborari facere pro ipso, & medietatẽ totius bladæ, quã ipsi perceperint, dicto ciui in ciuitatẽ Mut. conduci facere expensis illius villæ, vel loci. Et si, dictus Prælatus, vel Clericus aliquos fructus a solo remouisset, teneatur Potestas Mut. & eius Iudices facere vt dicto molestato, turbato, vel inquietato dicti fructus restituantur si exteant, alias eorum æstimationem declarandam sacramento vim passi, vel turbati, vel inquietati, vel molestati, faciendo executionem fieri in quibuscunq; bonis possessis per dictũ Prælatum, vel Clericũ. Et si dictus Clericus, vel Prælatus voluerit consequi rationẽ de dicto ciue, vel districtuali occasione prædicta, Mutinam venire debeat ipse, vel eius procurator Potestati, vel officialibus Communis Mut. ostensurus de iure suo, si quod habuerit contra prædictũ ciuẽ, vel districtualẽ. Et prædicta possit petere persona molestata, vel inquietata officio Iudicis summarie, sine libello, & citatione, & strepitu aliquo, vel ordine, vel solemnitate iudiciorũ, ipsa tali persona plene probante, quòd turbatus possidebat, vel eius nomine possidebatur eo tpe, quo se molestatũ dixerit, vel inquieratũ. Idem obseruetur qñ aliquis de populo diceret se molestatum, vel turbatũ esse in possessione terrarũ, & possessionum ab aliquo potente, vel eius domestico, vel familiari, vel eius castaldo, vel factore, vel quocunq; modo censeatur. Et Potestas Mut. & eius Iudices & milites teneantur præsens statutũ in omnibus suis partibus obseruare, & obseruari facere præcise vt iacet, sub pœna C. librarum Mut. irremissibiliter ab ipsis auferenda, quoties per ipsos, vel per aliquem eorum fuerit contrafactum, applicanda pro medietate vim passo, turbato, vel inquietato, & pro alia medietate Cameræ Ducali. Et teneantur Syndicatores prædictam pœnam exigere sub pœna tantundem de suo ab ipsis auferenda, & applicanda vt supra.

¶ De surreptis rebus restituendis. RVB. CXXII.

VT fraudibus & dolis hominum quoad eius fieri potest occurratur mandamus quòd, si quis surripuerit aliquid alicui, possit ille, cui res surrepta fuerit a quolibet possessore illam recuperare, & possessor incontinenti illam restituere omnino teneatur, neq; aliquid recipere possit pro dicta re surrepta, vel eius restitutione, & ad id compelli debeat sublatis exceptionibus quibuscunq;, & præsertim si dictus possessor allegaret, & probaret se dictã rem emisse pro domino, & etiam ad publicum incantum. Et ad probandum rem fuisse eius, cui surrepta diceretur, sufficiat petenti, si probet se illam possedisse tempore surreptionis vel ante, is autem, qui eam rẽ per alium surreptam habet, condemnari non possit in aliquam pœnã applicanda ærario, vel parti, nisi dolum, vel culpã, dum surrepta fuit, adhibuerit, vel dictam rem sciens esse furatam acquisiuerit.

¶ De salario, & mercede famulorum, & aliorum. RVB. CXXIII.

SAncimus quòd alicui ius non reddatur de salario suo si steterit cum aliquo p famulo, vel famula, nisi intra vnum annum, postquam se seperauerit a Dño, vel eo, cum quo steterit, quærimoniã fecerit coram D. Prætore, vel alio Iudice, vel officiali Coís Mut. de dicto salario, vel nisi appareat de confessione Dñi, vel patroni facta, postq̃ se seperauerit dictus famulus, vel famula a Dño, vel ab eo,

cum

cũ quo ſteterit, quòd ipſis pro dicto ſalario teneatur. Et prædicta locũ habeát, dũmodo dominus ipſe, vel patronus iurauerit ſe ſatisfeciſſe prædictis, quòd iuramentum pro plena, & ſufficienti probatione ſatisfactionis habeatur. Quod ſi prætenſus debitor fuerit mortuus, volumus quòd hæredis iuramentũ ét credulitatis ſufficiat, & plenã faciat ꝓbationem, & idem obſeruetur in fabris murarijs, & lignarijs, ac magiſtris, & operarijs quibuſcunq;, & quibus merces aliqua debetur, cum non ſit veriſimile, quod aliquis ex prædictis vltra annum differat ad mercedem ſuam, & ſeu ſalarium poſtulandum.

¶ De ſecuritate danda ab eo, pro quo quis ſe obligauit. RVB. CXXIIII.

SI quis eſt obligatus ꝓ aliquo quacunq; de cã principaliter, vel ſecundario etiã ex cã euictionis, teneatur ille, ꝓ quo is ſe obligauit, dare idoneã ſecuritatem ét cum fideiuſſione de eo conſeruando indemné ab obligatione, & ꝓmiſſione, in qua eſt ꝓ eo obligatus poſt annum a die obligationis contractæ, niſi is, ꝓ quo ſe obligauit, eſſet ſuſpectus, & cauſa ſuſpicionis probaretur ſaltem ſemiplene ad arbitrium Prætoris. Quo caſu teneatur prædictam ſecuritatẽ præſtare quandocunq; ad voluntatẽ, & requiſitionẽ eius, qui ſe pro alio obligauit, quòd ſi prædictã ſecuritatẽ non præſtiterit tunc Prætor, vel quilibet alius competens Iudex teneatur ad voluntatem illius, qui ſe pro alio obligauerit, contra illum, pro quo ſe obligauerit, procedere realiter, & perſonaliter, & illum cogere ad dictã ſecuritatem præſtandam ſub pœna Prætori, vel Iudici prædicta non obſeruãti librarum L. Mut. applicanda prædicta fieri petenti, & nihilominus teneatur Iudex in prædictis negligens ad damna, & intereſſe parti læſæ, & in prædictis ꝓcedatur ſummarie, & ſine figura iudicij.

Item Ioc. non ligare pannos Eccl. cõ. Extat Ferrar. ad Burat. dec. 3020 n. 6. ubi multa de fideiuſſore qñ poſſit nil ndũ agere ut liberetur d. dec. 401. lit. B.

¶ De operibus, & laborerijs manutenendis. RVB. CXXV.

PRo euidenti vtilitate ciuium, & diſtrictualium Mut. ordinamus quòd quilibet magiſter muri, vel lignaminis, qui acceperit aliquod laborerium, vel opus a Communi Mut. vel ab aliqua ꝑſona, vel vniuerſitate faciendum ad ſummã, teneatur ipſum opus, vel laborerium manutenere per annos x. continuos a die perfecti operis. Et ſi laboreriũ ipſum interim corrueret, vel ruinam minaretur in totum, vel in partem, præſumatur id accidiſſe culpa ipſorũ magiſtrorũ, & ſucceſſiue teneantur ad reſtitutionem totius mercedis, & ad refectionẽ omnium impenſarum per Dominum operis factarũ & ad omnia alia damna, & intereſſe ipſius domini. Ad quas impenſas, & damna, ac intereſſe taxanda eligantur duo periti de confidentibus partium, & in caſu diſcordiæ eligatur tertius ꝓ D. Prætorẽ, & eorum relationi ſtetur, nec poſſit appellari, vel peti quòd corrigatur, vel emendetur, nec contra eam aliquid opponi poſſit. Et ſuper prædictis reddatur ius ſummarium, & ſola facti veritate inſpecta.

¶ De Clauſendis domorum. RVB. CXXVI.

OMnes qui habuerint domũ iuxta vicinũ ſuum teneantur facere communiter, & ꝓ dimidia clauſendam ad poſtulationem vicini per totũ inter vnam domum, & aliam, quantum ambæ domus ſimul aſcendunt, ſcilicet in vrbe Mutin. & eius ſuburbijs ex lateribus coctis, extra vrbem vero & ſuburbia ſiue de muro, ſiue de alia materia prout D. Prætori Mut. videbitur, & qui habuerit domum altiorem domo vicini, ſi eam ab inde ſupra claudere voluerit hoc faciat.

ſuis expenſis. Item qui habent in vrbe Mut.& eius diſtrictu caſamenta vacua, & hortos iuxta vicinos ſuos teneantur claudere ſepibus,vel muro, vel alia materia communibus expenſis prout arbitrabitur D. Prætor Mut. qui teneatur facere vt prædicta fiant ab omnibus,de quibus quærimoniã habuerit, intra x. dies continuos,ſub pœna xxv. libr. Mut. prædicto Prætori præfata adimplere negligenti irroganda. Et ſi contigerit aliquam donũ deuaſtari, clauſendæ exiſtentes inter ipſam domũ,& domos vicinorum non poſſint,nec debeãt deuaſtari etiam ſi non eſſent in totum illius,cuius domus deſtruitur,& ſit præciſum.

¶Qualiter teneãtur laboratores,ſeu mezadri laborare terras.RVB.CXXVII

LAboratores qui vulgo mezadri dicuntur,teneantur terras p̃ eos ad laborãdũ conductas laborare arbitrio boni viri, & foſſata ipſarũ terrarũ bene ſtirpare,& fodere,ſeu cauare, & reparata,& cauata tenere ſumptibus ſuis,& vites,ac arbores tp̃ibus congruis putare, ipſaſq; vites & arbores fructiferas ſingulis annis bis zappare debitis tp̃ibus,videlicet in menſe Aprilis,& Iunij, & terras per quatuor vices anteq̃ ſeminentur arare,& prius terras ad laborandũ acceptas ſeminare,q̃ proprias,& cum arauerint dictas terras,teneantur dñis,vel eorum factoribus denuntiare quòd ſunt aratæ, & ſimiliter quando fuerint retaliatæ, rezerzatæ,& requartatæ. Et ſi dicti laboratores terras ad laborandũ conductas non laborauerint vt ſupra,liceat patrono terrarũ,ſiue ſit dñs, ſiue affictuarius accipere ẽt propria authoritate tantã terram de ſeminata, vbi aliqua ſeminata fuerit,quãta erit illa,quæ laborata,ſeu ſeminata non fuerit ita tñ, quod non excedat portionẽ debitã patrono,& fructus ex ea p̃cipere,& habere. Vbi vero terras ipſas non laborauerint vſq; ad ſummã debitã patrono,tunc teneantur laboratores huiuſmodi reſpondere patronis p̃ terris non laboratis vt ſupra,ſecundũ quòd terræ conſinantes bene aratæ,& ſeminatæ reſponderint dominis earum, & ſi in aliquo prædictorum contrafecerint incurrant pœnam librarum triũ p̃ qualibet vice, & re,qua, & pro qua contrafactum fuerit applicanda Dño ipſo iure. Ipſi aũt laboratores prædicta obſeruantes dimidiã oĩum fructuum etiã in ſtipulis exiſtentiũ habeãt ſingulo anno,ẽt vltimo,quo diſcederent a laborerio, præterea ẽt habeant oẽs glandes ipſarum terrarum,ſi carnem pro affictu cortis ſoluerent,& alias honorantias,vel porcos ad medium tenerent.

¶De meſſe,& trituratione a laboratoribus facienda. RVB. CXXVIII.

TEneantur laboratores,ſeu mezadri tempore debito metere bladas terrarũ ad laborandum conductarum,a patrono tamen accepta licentia, & omnes bladas terrarum,quas ad laborandum acceperint,in garba conducere ad areã poſſeſſionis,ſeu terrarum ipſius patroni,& area in dictis terris non extante teneantur illas conducere ad alium locum prædictarum terrarum, quas laborauerint,ad voluntatem patroni etiam ſi eſſet affictuarius ille, cui eſſet reſpondendum vti patrono & ibi ipſas bladas triturare tempore debito, & partem patroni ſuper granario patroni conſignare,& exonerare expenſis ipſius laboratoris excepta gabella. Et poſſit quilibet patronus etiam ſi eſſet affictuarius vt ſupra ponere, & dare ſuo laboratori tempore triturationis vnum areſanum expenſis ſui laboratoris ſi erit aptus ad adiuuandum ipſum laboratorem, & eũ adiuuauerit ad triturandum bladas ipſarum terrarum,ſi autem non adiuuaret

labo-

laboratores, tunc detur expen. ipsius patroni tantum, alias laboratores contra facientes incurrant pœnam libr. v. pro qualibet vice, qua fuerit in prædictis, & quolibet prædictorum contrafactum applicanda ipso iure ipsi patrono, & similiter teneantur laboratores affectum cortilis, & omnia alia debita patrono ad domum ipsius patroni debitis temporibus conducere expen. proprijs ipsorũ laboratorum sub pœna prædicta applicanda vt supra.

¶ De paleis, straminibus, & fœno. RVB. CXXIX.

DEclaramus quòd tota palea, & fœnũ, & stramina collecta, seu nata ex terris quas mezadri, seu laboratores laborauerint, sint, & esse intelligantur dos ipsarum terrarum, & ad eas terras spectent, & pertineant. Et ipsi laboratores, seu mezadri non possint, nec valeant de talibus paleis, fœno, & straminibus contrahere, vel alienare, sed hæc omnia super ipsa possessione consumere teneantur in alendis bestijs tentis, seu tenendis super prædictis terris, & ad beneficiũ ipsarũ terrarum, & lætamen non vendant, sed illud totũ super ipsis terris ad laborandum conductis spargere teneantur, sub pœna libr. v. p qualibet vice, qua contrafactum fuerit, applicanda ipsi patrono. Et prædicta locum habeant in quolibet laboratore, etiam si non adesset domus super dictis terris, & etiam in quolibet conductore ad pretium, nisi aliter fuerit inter partes conuentum.

¶ De bestijs tenendis per laboratores. RVB. CXXX.

STatuimus quòd laboratores, seu mezadri teneantur, & obligati sint oẽs bestias cuiuscunq; qualitatis, & generis, exceptis bobus aratorijs, ad mediũ tenere a patronis, siue sint pprietarij, siue affictuarij, & non ab aliqua alia persona, et si essent propriæ, & hoc intelligatur quoties patronus ipse dictis laboratoribus aut dare noluerit, aut non potuerit. Et oẽs bestiæ, quæ reperirentur penes ipsos laboratores, exceptis bobus aratorijs, virtute pñtis statuti præsumãtur, & intelligãtur esse patroni vt supra, si patronus hoc allegauerit, & iurauerit, nisi aliter plegitimas pbationes contrariũ pbaretur Laboratores aũt ipsi habere teneantur boues aratorios pprios pro laborerio necessarios, vel conductos ab ipso patrono, vel ab alio, si patronus dare noluerit, & ad iuuaticã teneãtur ipsi laboratores tantum, & non patroni, & teneãtur ipsi laboratores tenentes porcas ad mediũ ad ipso patrono illos tenere vsq; ad festum S. Thomæ apostoli singulis annis, & ante diuidere illos non possint inuito domino, & facta diuisione non possint dicti laboratores partem suam tenere super ipsa possessione vltra octo dies, nisi patrono expresse consentiente, sub pœna libr. trium pro qualibet vice applicanda pro dimidia patrono, & pro alia dimidia accusatori.

¶ De non carrezando per laboratores. RVB. CXXXI.

NOn possit, nec debeant ipsi laboratores pro aliqua alia persona vltra patronum carrezare, vel carregium aliquod facere, vel operam aliquam bouum pro carrezando, vel arando extra terras ad laborandum conductas præstare sine licentia, & voluntate patroni, sub pœna librarum trium pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit, applicanda ipsi patrono, etiam si esset ipse patronus affectuarius ad pretium. Et nullus laborator, qui aliquam possessionem acceperit ad laborandum ad medium, super qua habitaret cum eius familia, possit aliquas alias terras accipere, vel conducere ad laborandum, seu ad affectum si-

ne voluntate,& licentia patroni ipsius possessionis,super qua habitaret sub pœna prædicta applicanda vt supra.

¶Quod laboratores non possint peruertere possessionem, nec quæstionem dominij inferre,nec bona ipsa alienare. RVB. CXXXII.

NVllo modo,nulla ve causa possint ipsi coloni partiarij,vel laboratores quæstionē dominij patrono,vel locatori terrarū inferre, vel possessionē patroni seu locatoris peruertere,vel ipsam possessionem in aliū transferre, vel rem ipsā conductā ad laborandum alienare,vel alium in ipsam possessionē ponere , vel inducere,sine patroni,seu locatoris licentia,& si contrafactum fuerit, tam ipse laborator,quam accipiens in centum libris Mutinæ condemnetur , & plus arbitrio Iudicis,inspecta qualitate,& quantitate negotij,& terrarum.Quæ pœna applicetur pro dimidia Cameræ Duc.& pro alia dimidia ipsi locatori, & nihilominus incontinenti restituatur,& restitutus ipso iure sit, & intelligatur ad suam pristinam possessionem absq; aliquo processu,sed sola facti veritate inspecta,& manu regia absq; ordine aliquo iudiciario.

¶De laboratore recusante dare partem patrono. RVB. CXXXIII.

SI quis colonus partiarius,seu laborator recusauerit,vel omiserit dare,& consignare patrono suo,seu locatori partē fructuū ipsarū terrarum ipsi patrono spectantē,& eā ad domū dicti patroni conducere ad mādatū D.Prætoris Mut. vel eius vicarij,teneatur pro ipsis fructibus terrarū,quas laborauerit,videlicet pro frumento,spelta,faba,& alijs quibuscunq; respondere ipsi patrono , seu locatori pro parte ei spectante tantū de terra clausurata,campanea,pratiua , vineata,vel alia qualicunq; terra , quantum communiter reddiderint aliæ terræ eiusdem villæ,& viciniæ,similis qualitatis,& bonitatis illo anno suis patronis, nisi dominus,vel locator probauerit , quod terræ per eum locatæ ad laborandum tali laboratori reddidissent maiorem quantitatem fructuum , quam reddiderint supradictæ circumuicinæ terræ. Quo casu ipse laborator teneatur respondere secundum quod locator ipse,seu patronus probauerit.

¶De pignonis faciendis,& modo respondendi patrono. RVB. CXXXIIII.

TEneatur quilibet laborator , seu colonus partiarius statim messis bladis reducere oēs bladas in pignonos in campis , & illas illinc non amouere absq; licentia patroni,seu locatoris.Et pignonis factis teneatur illud patrono suo denuntiare infra biduum continuū,vt ipse patronus possit numerare, vel numerari facere anteq; moueantur,si ei placuerit.Et possit quilibet patronus,seu locator accipi facere vnum pignonum bladæ de quolibet,& pro quolibet campo, & illud triturari facere per ipsum laboratorem,& tantum,quantum illa blada reddiderit,teneatur ipse laborator de cæteris ipsi patrono respondere ad rationem dictæ bladæ triturataæ absq; alia probatione,reiecta quacunq; exceptione, quæ quacunq; de causa opponi posset.Et quilibet laborator in prædictis,& singulis prædictorum contrafaciens incurrat ipso iure pœnam librar.x.pro qualibet vice,qua contrafactum fuerit applicandam pro dimidia patrono,& pro alia dimidia Cameræ Fiscali. ¶De laborerio derelicto. RVB. CXXXV.

SI contingeret quòd aliquis laborator,vel colonus partiarius culpa , vel facto sui reliquerit laborerium, vel terras sine licentia patroni durante mezadria,

zadria, seu tempore laborerij, patronus ipse, seu locator lucretur, & licite habere, & accipere possit partem fructuum spectantem ad ipsum laboratorem, teneatur tamen patronus facere expensas recollectus, & laborerij illius anni, & insuper talis laborator cadat in pœnam librar. quinquaginta applicandam ipsi patrono loco damnorum & interesse.

¶ De hypotheca in bonis laboratorum. RVB. CXXXVI.

BEstiæ oēs, & singulæ, & fructus, & res oēs, & singulæ, quos, & quas laboratores habere reperiuntur, seu reperirentur, vel haberent in domibus, vel cortili, vel sup terris, quas laborarent, vel laborauerint, sint, & esse intelligantur generaliter & specialiter, & prout magis patronis expedierit, obligatæ, & obligati. Et in his, & qualibet ipsarū rerū præferantur ipsi patroni oībus alijs, licet ipsi alij haberent anteriorē hypothecam, vel potiora iura ēt si alias fuissent patroni talis laboratoris, & præferantur ēt quilibet patroni pro debitis mezadriæ, vel alijs quibuscunq; debitis contractis cum ipsis patronis tempore mezadriæ vxoribus, matribus, & nuribus ipsorū laboratorū, & hypothecis, ac obligationibus quibuscunq; dotiū, & donationū mulierum quorumlibet laboratorū, licet haberent ipsæ mulieres anteriorem hypothecam tacitam, vel expressam. Insuper statuimus quòd dotes etiam, & donationes, & omnia bona, & iura, & actiones prædictarum mulierum, & omnis, & cuiuslibet personæ familiæ cuiuslibet laboratoris seu coloni partiarij, sint ipso iure obligatæ, & obligata ipsis patronis pro debitis per ipsos mezadros qualitercunq; contractis cum patrono ex causa mezadriæ, vel quacunq; alia de causa durante mezadria.

¶ De fructibus arborum. RVB. CXXXVII.

FRuctus oēs arborū existentium super terris conductis ad laborandū cuiuscunq; qualitatis, & quantitatis sint, diuidantur inter patronum, & laboratorē, & communes sint exceptis glandibus, quæ esse debeant laboratoris, cum ipse soluat carnē, vel pecuniā patrono, vel cum teneat porcos ad medium. Et hoc seruetur in fructibus cuiuslibet anni, & tam vltimi, q̄ primi, & tam cortilis, & horti, quam aliarum terrarum, non obstante quod soluatur affictus cortilis, cū hoc, quòd vltimo anno si laborator haberet porcos ad medium, & eos diuideret ante festum Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, teneatur etiam diuidere glandes, quas habere reperiretur tempore diuisionis porcorum, quarū glandium non possit aliquam quātitatem vendere ante dictam diuisionem sub pœna soldorum viginti pro quolibet stario.

¶ De obligatione laboratorum. RVB. CXXXVIII.

STatuimus quòd quilibet laborator maior xviij. annis, etiam si esset filiusfamilias, possit se obligare realiter, & personaliter patrono absq; aliquo curatore, vel aliqua alia solemnitate statuti positi sub Rubrica. De non contrahendo cum aliquo filiofamilias, vel minore, cui statuto in his, & sequentibus in præsenti statuto derogamus. Et quælibet persona de familia ipsius laboratoris, siue sit minor, siue filiusfamilias, & quælibet mulier etiam filiafamilias sit, & esse intelligatur virtute præsenti, statuti principaliter, & in solidum obligata pro debitis contractis per ipsum laboratorem cum patrono vt supra in præsenti statuto, & alijs præcedentibus, cuius patroni dicto cum

iuramentō credi ſtatuimus vſq; ad q̄ntitatē libr. x. abſq; alia ꝓbatione in debitis prædictis. Familiares vero famulos videlz, & famulas q, vel quæ cū laboratoribus ſtarēt ad ſalariū ſub ipſa obligatione minime compræhēdi ſtatuit, & laborator aliquis, vel alius de eius familia non poſſit quoquo modo cedere bonis, vel inducias q̄nquēnales vel ſaluūconductū īpetrare, nec eis vti in præiudiciū patroni, & ſi ceſſerit, vel īpetrauerit talis ceſſio, vel conceſſio ſit ipſo iure nulla quoad præiudiciū patroni, nec aliqs iudex poſſit illā obſtuare ſub pœna ſoluēda de ſuo.

¶ De probationibus in cauſis mezadriæ. RVB. CXXXIX.

SI patronus facto recollectu integre ſteterit ꝑ annū continuū quod non petierit portionē ſuā fructuū, intelligatur habuiſſe partem ſuā fructuū illius recollectus, ſi ipſe colonus iurauerit te patrono, vel eius familiæ conſignaſſe portionē ſuā illius anni, & hoc durāte mezadria. Finita aūt mezadria ſeruetur ſtatutū poſitū ſub Rub. De creditore, & patrono, qui tenuerit ꝑ certū tēpus, & ſi patronus allegaret laboratorē ſibi teneri in aliqua q̄ntitate ꝑ rebus ipſi laboratori datis, vel relaxatis ex portione ipſius patroni ſtetur eius iuramento vſq; ad quā titatem libr. x. quod iuramentum in hoc ſit plena, & legitima probatio.

¶ De licentia danda aut accipienda a laborerio. RVB. CXL.

PAtronus q licentiā laboratori dare vellet, eā dare, & laborator, qui licētiā accipere prætenderet, eā accipere teneatur a principio menſis Aprilis vſq; ad finē Maij, & licētia data, vel accepta in dicto tpe ſit legitima. & ſic laborator ꝑ totū menſē Octob. teneatur euacuare domū poſſeſſionis a qua fuerit licētiatus. Ar poſt dictū tēpus non poſſit dari nec peti ꝑ illo anno, & data non valeat, ſed nullius valoris & momenti penitus ſit, & habeat ipſe laborator eo anno, quo diſcedit ab ipſis terris videlicet a domo talis poſſeſſionis, ſeu terrarū, tm̄ fœni, q̄ntū ſibi ſufficiat ꝑ ſeminādo videlicet vnū cētenariū fœni ꝑ qualiber bubulca ſeminata. ¶ De iure reddendo in cauſis mezadriæ. RVB. CXLI.

OMnes cauſæ mezadriæ inter ipſos patronos ſeu hæredes, & laboratores, ſeu eorum hæredes ēt finita mezadria cognoſcantur, & decidantur ſola facti veritate inſpecta non obſtante ſtatuto. De ius vocatis & venientibus. Et iudex quilibet teneatur omnia, & ſingula ſtatuta de laboratoribus loquentia, & omnia, & ſingula in eis contenta obſeruare, & obſeruari facere ſub pœna libr. xxv. applicanda pro dimidia Cameræ, pro alia dimidia parti læſæ.

¶ De laboratura, ſeu penſione boum, vaccarum, equorum, equarum, aſinorum, & aſinarum. RVB. CXLII.

AD vtilitatē ciuū, & diſtrictualiū, & aliorū de Duc. Mut. ſtatuimus quod q-libet, qui locauerit boues, vel vaccas, aut equos aut equas, vel aſinos vel aſinas, aut alias res mobiles, vt ſunt lecti, vegetes &c. pro certa pēſione, teneatur finito quolibet anno, ſi penſio annua debebitur, talē penſionē, ſeu collaticā, vt dicitur petere infra terminū duorū annorū immediate ſequentiū poſt talē annū, ꝑ quo vellet penſionē petere. Et ſi non petierit in dicto termino, & poſt illū petere vellet ſi conductor, ſeu hæres eius allegabit ſolutionē, ad eā probandam ſtetur eius iuramento, ſi iurauerit ſoluiſſe, & iuramentum talis conductoris ēt iurātis de credulitate ſit plena, & legitima probatio, cū veriſimile non ſit quod locatores fuerint ita negligentes in petendo. Et ſi vellet locator petere pro plu-

ribus

ribus annis non possit petere nisi pro tribus annis tunc ꝓxime præteritis, p plu-
ribus vero si conductor, vel hæres eius allegabit solutionē aliorū itetur eius iu-
ramento, quod iuramentū sit plena, & legitima probatio, & hæc procedant du
rāte locatione. Finita aūt locatione teneatur locator infra annū immediate se-
quentē a die finitæ locationis petere illud, quod sibi deberetur, aliter ipso anno
elapso stetur iuramento conductoris, aut hæredis allegantis solutionē vt supra,
& iuramentū eius sit plena, & legitima probatio vt supra. Et si conductor pro
miserit soluere certā q̄ntitatem frumenti possit, & valeat soluere aut frumentū,
aut soldos triginta quinq; pro quolibet stario, & ad rationē starij, ꝑut sibi magis
placuerit tpe solutionis, & huic electioni, & statuto nullo modo possit renūtia
ri, & si fuerit renuntiatum ēt cum iuramento ipso iure intelligatur, & præsuma
tur, & per talem renuntiationē probatum sit tale iuramentū dolo locatoris ac-
ceptū, & factum, & eidem locatori aliter ius non reddatur, sed aliter petēdo re
pellatur, nec ludex aliquis possit, vel valeat aliquē conductorē compellere ad
solutionē talis frumenti nisi vt supra, sub pœna soluendi tantundē de suo læso.
Et hoc statutum sit præcisum, & truncum, & cuius supradicti temporis non ꝑ
cedat contra minores, vel absentes, vel alios de iure agere non valentes.

De societate bestiarum, & eius præscriptione. RVB. CXLIII.

CVm sæpe occurrit quòd aliquis det bestias in societatem, vel vt vulgo dici-
tur in socidam simpliciter, & dubitari contingat qualiter contractum esse
intelligatur, vel diuidi debeant. Propterea volentes ꝓuidere ne ex tali dubita-
tione lites oriātur statuimus & ordinamus quòd si patronus alicui suo labora-
tori seu colono partiario super terris ipsius patroni proprijs, vel ab alio condu-
ctis bestias aliquas cuiuscūq; conditionis, vel generis, siue sint oues, siue alterius
speciei, exceptis porcis, dederit in societatē, si inter eos facta non fuerint pacta
specialia, intelligantur datæ his modo, & forma uidelicet, quod saluū semper
sit capitale ipsi patrono, nisi perijsset casu fortuito, uel diuino iudicio, & seu ꝑ
fluxū tpis absq; tñ culpa aliqua ipsius conductoris, seu laboratoris, cum ipse pa-
tronus ponat bestias, & terras, super quibus pascūtur ipsæ bestiæ, & fructus oēs,
& tam nascentes, q̄ alij æque diuidantur suis tpibus. In porcis uero firmo manē
te capitali ipsi patrono, nisi perierint casu fortuito vt supra, diuidantur singulo
anno nascentes, dummodo coloni teneātur pro quolibet laborerio vnius paris
bouū ad minus tenere quatuor porcos seu tpales a carne, qui diuidi non pos-
sint, nec debeāt inuito dño, nisi in hebdomada præcedēte festū Natiuitatis D.
N. Iesu Christi iuxta statutū sub rubrica. De colonis partiarijs. In alijs vero ꝑso
nis, videlicet quæ non sint patroni, & laboratores insimul, vt si quis daret be-
stias alicui personæ, quæ non esset eius colonus partiarius, tunc talis societas du
rare habeat ꝑ annos quatuor continuos, quibus finitis diuidantur oīa videlicet
capitale, & nascētes, & alij fructus, qui diuisi non fuerint æquis portionibus, ex
ceptis porcis, quorū societas durare habeat per annos duos continuos. Et in oī-
bus casibus prædictis teneatur ille, qui bestias acceperit vt supra, eas tenere,
custodire, & alimentare arbitrio boni viri, & oēm bonā curam præbere, alias te
neatur ad oīa dāna, & interesse patrono ipso iure liquidañ. suis loco, & tpe &
in prædictis ius summarie, ac sola facti veritate inspecta reddatur. Et finita so-

cie-

cietate si patronus,vel altera pars prætendens ius aliquod habere contra alte rã partẽ tacuerit p̃ bienniũ continuũ,quod in iudicio non petierit,vel conuentionẽ,vel concordiũ extra iudiciũ non fecerit,& postea petere vellet, si reus allegaret satisfactionẽ ex parte,talẽ satisfactionẽ probare possit,& valeat per iuramentũ propriũ,siue sit principalis, siue hæres iuxta dispositionẽ statuti positi sub Rubrica,De creditore &c.& hoc procedat & si in contrahẽda societate interuenisset instrumentũ iuratũ,quo casu quoad impediendã prædictã p̃bationem tale iuramentũ intelligatur,præsumatur,& sit virtute præsentis statuti dolo assumptum.Et in apibus seruetur illud,quod ordinatum est in secundo capitulo.In alijs vero personis &c.siue sint coloni,siue aliæ personæ,cũ in his non dentur alimẽta aliqua a patrono.Et ille qui dederit bestias, & alia animalia vt supra in societatẽ,quoad portionẽ sibi tangentem præferatur oĩbus ẽt patrono possessionis,seu terrarum,super quibus tenerentur,& habentibus anteriora iura,& intelligatur in hoc prior,& potior in iure,non obstaute statuto. De laboratoribus &c.sub Rubrica.De hypotheca in bonis laboratorum.

¶ De dote vxoris cognitæ in matrimonio defunctæ , & de fructibus bonorum non dotalium. RVB. CXXXXIIII.

Nota quòd loco statuti veteris abrogati reposuimus sequens statutum reformatum.

SI vxor à viro traducta,vel cognita decederet absq; liberis eiusdẽ,vel alterius matrimonij,maritus ipse,non extantibus descendentibus ab ipsa vxore ex eodem matrimonio lucretur indistincte dimidium dotis datæ,vel promissæ, seu constitutæ,nec non donationem simplicem totam ab ipso viro,vel eius contemplatione vxori factam,quod & locum habeat in dote data,vel constituta, siue promissa præcedẽti viro quæ dos ipso iure repetita intelligatur in quolibet matrimonio,etiam si vxor minor esset, vbi in vltimo matrimonio in præmissis nihil actum concluſumue esset in contrarium.

Volumus tũ ipsã vxorẽ haberi p̃ cognita si publice more maritali ad domũ viri accesserit,vel aliquo tp̃e cũ ipso viro cohabitauerit. Et casu quo ex dicta vxore liberi masculi,vel fœminæ extarẽt ex alijs matrimonijs vno,vel pluribus, non tñ extent filij masculi,vel fœminæ ex vltimo matrimonio,in quo decesserit tunc dos ipsius mulieris, & eius augumentũ æqualiter diuidatur inter filios dictorũ matrimoniorũ vnius,vel pluriũ & maritũ vltimi matrimonij ſm̃ numerũ matrimoniorũ per ipsã mulierẽ contractorũ,ex quibus liberi extarent in stirpes,& non in capita;Ita quod maritus solus tantã partẽ lucretur de dote prædicta vel eius augumento,quanta contigerit cuilibet stirpi,& parti dictorũ liberorũ præcedentiũ matrimoniorũ vnius, vel pluriũ diuidendo dictã dotẽ ſm̃ numerũ matrimoniorũ per ipsã mulierẽ contractorũ ex quibus liberi extarẽt, vt supra,nulla deducta legitima de dicta dote,vel eius augumento, p̃ q̃s deductionem pars mariti vllo modo minuatur,reliquas verò partes dictæ dotis,vel eius augumẽti restituere,vel relaxare teneat̃,vt supra. Si verò ex vltimo matrimonio vno,vel pluribus extarent liberi,tunc seruẽtur tradita in statuto sub rubrica De successione descendentiũ in bonis fœminarũ ascẽdentiũ. Adijcientes, quod si quis perceperit fructus de possessionibus,& rebus vxoris,vel nurus,vel pronurus non receptis in dotẽ,non possit ipsa mulier,vel eius hæredes ipsos fructus,vel eorũ æstimationẽ ab eo,vel eius hæredibus petere,nec maritus,nec so

cer,

cer,vel prosocer,vel eorum hæredes possint aliquid retinere,vel petere pro melioramẽtis quibuscunque,nec pro sumptibus,& expensis quas fecissent,aut fecerint in dictis bonis. Et oĩa,& singula in præsenti statuto dispositа locum habeant,non obstantibus aliquibus legibus,aut statutis in contrarium facientibus,& maxime statuto sub rubrica De indemnitatibus mulierum.

¶ Quibus competat exactio dotis. RVB. CXXXXV.

STatuimus.& ordinamus quòd dos data,vel ꝓmissa abillo, vel illis, qui tenebantur dotare,non obstãte aliqua conuentione,quæ fieret in contrariũ,spectet,& ꝓtineat in oẽm casũ,& euentũ dotis restituendæ,ad mulierẽ dotatã,vel ad habentẽ cãm ab ea. Si vero dos data,vel ꝓmissa fuerit ab eo,vel ab eis,qui dotare non tenebãtur,& is,vel ij,qui dotarũt,non fuerint stipulati eã sibi reddi,ipsa dos sit ipsius mulieris,& ipsi mulieri,ac eius hæredibus in oĩ casu,in quo restituí,vel consignari debet,exactio competat. Si aũt is,vel ij,qui dotarũt, vel dotẽ ꝓmisserunt,stipulati fuerint ipsã dotẽ sibi reddi,tũc exactio competat ipsis,stipulãti,vel stipulãtibus ac eorũ hæredibus, vbi matrimoniũ solueretur ꝑ mortẽ mulieris decedentis sine liberis eiusdẽ matrimonij, in cæteris aũt casibus dotẽ ipsã,atq; eius exactionẽ ipsi mulieri,& habentibus cãm ab ea competere disponimus. Statuentes in oĩbus,& singulis in pũcti hoc statuto compræhensis aliquo modo ꝑ mulierẽ renũtiari non posse,& contraria conuentio, vel renuntiatio ẽt iurata quæ prædictis contraria esset,non valeat,nec teneat ipso iure. Quod iuramentũ siue vnũ,vel plura præsumantur virtute præsentis statuti per dolũ, & metum extorta. & nemo agens contra formã huius statuti audiri debeat Iudex autem,qui non denegauerit audiẽtiam contra prædicta, incurrat ipso iure pœnam libr. C. & nihilominus teneatur ad damna,& interessæ parti læsæ.

¶ De dote confessata. RVB. CXXXXVI.

STatuimus ꝑ bono publico quòd oĩs confessio dotis facta ꝑ maritũ,vel ex eius parte, de qua constet publicũ instrumentũ cũ expressa hypotheca bonorum valeat,& teneat,siue facta fuerit ante matrimoniũ,seu constante matrimonio, ita quòd ꝑ dote ipsa vxor,& habentes cãm ab ea præferãtur in bonis ꝑ dote obligatis quibuscunq; alijs posterioribus creditoribus, & lex assiduis C. qui potiores in pignoribus habeãtur,vẽdicet sibi locũ in dote vt supra confessata. Declarantes tñ prædicta procedere,præterq; vbi opponeretur,& opponi posset contra dictã confessionẽ exceptio non numeratæ dotis,vel præscriptionis,vel renũtiationis,vel probaretur,quòd confessio simulata fuisset, vel in fraudẽ creditorũ confecta,in quibus quidẽ casibus ꝑ talẽ confessionem nolumus vllum præiudiciũ creditoribus afferri. Volentes insuper quòd priuilegiũ supra datum in dote confessata procedat similiter in augumento dotis, nisi confessio augumenti dotis fieret constante matrimonio, quo casu dicta confessio virtute præsentis statuti præsumatur emanata in fraudem creditorum etiam futurorum, si de tali augumento,vnde prouenerit,ex parte mulieris legitime non probetur.

¶ De successione descendentium in bonis ascendentium masculorum. RVB. CXXXXVII.

QVoniã ꝑ diuitias decus,& honor familiarũ conseruatur ideo, vt agnationũ dignitas præseruari possit,sancimus quòd filiæ,vel mulieres dotatæ,vel non dotatæ,& descendentes ab ipsis cuiuscunq; sexus non succedãt alicui ascẽ-

denti

dēti maſculo ab inteſtato decedēti, ſiue aſcēdens ipſe teſtabilis fuerit, ſiue non, exiſtentibus prædicti aſcendētis cuiuſcunq; gradus deſcendētibus maſculis, & p lineā maſculinā legitimis, & naturalibus, vel legitimatis, dummodo legitimatiōnē celebrandā præcedat inſtrumentū publicū continens expreſſam voluntatē eius, de cuius hæreditate agitur, quòd talis legitimati, ſeu diſpēſari valeat ad ſibi ſuccedendū. Dotes aūt prædictarū mulierū ſint vt infra. Nā quæ dotata fuerit de bonis alicuius aſcendentiū, vel deſcendentium, qui ex forma pītis ſtatuti eas excludūt, ſi nupta ſit dote ſibi data, aut promiſſa, vel conſtituta contēta ſit, & eſſe debeat. Si aūt nupta non eſſet, vel dotata non foret, vel eſſet dotata minus conuenienter attentis his, quæ in ſtatuto noſtro ſub Rubr. De modo dotandi diſponitur, tunc poſſit ipſa mulier petere ſe dotari, vel ſibi augeri doteſ ſecūdū formā ſtat. De modo dotandi mulieres excluſas & interim vſq; quo congruēter dotatæ non fuerint alimentari debeant arbitrio boni viri a deſcendentibus eas excludentibus; ita tū quòd mulieres prædictæ præſtent operas ſuas, vel per eas non ſtet quo minus illas præſtare velint ad beneficiū alimentare debentis. Poſſint ēt dciæ mulieres vt ſupra excluſæ cōſequi & petere omne id, qđ ab ipſis aſcendentibus, vel ex contractu, vel ex vltima voluntate eis relictū, datum, vel promiſſum fuiſſet, nec poſſit vlla mulier, vel deſcendentes ab ea, exiſtentibus prædictis deſcendentibus maſculis, & hæreditatē aſcendentis maſculi agnoſcētibus, teſtamentū, vel aliā q̄libet vltimā voluntatē ſui aſcendentis maſculi prætextu alicuius legitimæ ſibi debitæ aliquo modo infringere. Vbi vero non extarent deſcendentes maſculi, de quibus ſupra, vel extarent, & hæreditatē prædictorū aſcendentium non agnoſcerent, ſeu agnoſcere non poſſent, tunc deſcendentes fœminæ, vel nati ex eis cuiuſcunq; gradus exiſtant, ſuccedant ipſis aſcendentibus prout de iure imperiali diſponitur, non obſtante aliqua renuntiatione, vel ceſſione facta per dictas deſcendentes fœminas, vel natos ex ipſis ante mortē talis aſcendentis de cuius ſucceſſione agitur ēt ſi fuerint iuramento vallata. Quod iuramentū ſiue vnū, ſiue plura in quantū contrariantur diſpoſitioni huius ſtatuti præſumi volumus per dolum, & metum fuiſſe extorta. Teneantur tamen dictæ fœminæ, & ab eis deſcendentes conferre dotes datas, conſtitutas, vel promiſſas ab ipſo aſcendente illis, qui ſuccedant vna cum eis.

¶ De ſucceſſione deſcēdentiū in bonis fœminarū aſcēdentiū. RVB. CXLVIII.

SAncimus quòd deſcendentes maſculi ex muliere, quæ in primo matrimonio deceſſerit, vel deſcendentes maſculi ab ipſis deſcendentibus maſculis, ſalua gradus prærogatiua, ſuccedant ab inteſtato ipſi mulieri eorum aſcendenti, ſiue ipſa mulier fuerit teſtabilis ſiue non, excluſis deſcendentibus fœminis, & maſculis ex eis deſcendentibus, ſaluo tū ſtatuto ſub Rubr. De modo dotādi mulieres excluſas. Si vero in vlteriori matrimonio deceſſerit, ſtantibus tantum filijs, vel deſcendentibus primi matrimonij ſuccedant dicti deſcendentes ipſi mulieri aſcendenti eo modo, quo ſupra dictū extitit. Si aūt deceſſerit dicta mulier cū deſcendētibus tantū ſecundi, vel vlterioris matrimonij, eius ſucceſſio deferatur eo modo & ordine, quo ſuccederent deſcentes primi matrimonij, ſi ſoli eſſent, vbi vero dicta mulier mortua eſſet relictis deſcendentibus ex diuerſis matrimonijs dos, & cætera bona ipſius defunctæ, firmo manente ſtatuto ſub Rubr. De dote vxoris cognitæ in matrimonio, deferātur iure ſucceſſionis ad deſcendētes

vtriuſq;

Hoc ſtatutum vide Bart. diuis. 97. et diuis. 98. et Paulan. cons. 38. et 39.

vtriuſq; ſexus ipſius mulieris defunctæ ſin̄ iuris communis diſpoſitionē, ita tamē quòd oē id, qđ puenerit, ſeu puenire poſſet ex tali ſucceſſione deſcendētibus fœminis, & earū deſcendentibus ét maſculis tranſeat ipſo iure, & in effectu ad deſcendentes maſculos ipſius aſcendentis, vel ex maſculis deſcendentes natos ex eodē matrimonio cum dictis deſcendentibus fœminis, ſaluo quòd in bonis defunctæ aſcendentis peruētis ad eā a viro, vel eius contēplatione, volumus illos tantū ſuccedere eo ordine, & forma, de quibus ſupra, qui deſcendunt ab illo, a quo, vel cuius contēplatione dicta bona peruenerunt. Declarantes ét quod in caſibus prædictis in quibus fœminæ, & deſcendentes ab eis excluſæ ſunt, ſi earū aliqua dotata ſit de proprijs bonis alicuius deſcendentis maſculi eā excludētis, cæteri, qui ſunt in pari gradu cū eo, qui dotauit, ſi non ſatisfecerint pro rata dotis datæ, vel promiſſæ ei, qui dotē dedit, vel promiſit, non admittātur ad portionem tangentē ipſam dotatā in bonis dictæ aſcendentis defunctæ, ſed eorum ius acquiratur ei, qui eam dotauit. Item ordinamus quòd quælibet mulier habens deſcendentes ex diuerſis matrimonijs non poſſit, nec valeat p̄ aliq̄s vltimā voluntatē, vel donationē cā mortis de dote ſua diſponere in præiudicium ſuorū deſcendentium cuiuſcunq̄s matrimonij ſed dicta dos inter eos diuidatur ſecundum ordinem & modum ſupraſcriptum. In cæteris autem caſibus in hoc ſtatuto non compræhenſis ius commune ſeruari volumus, & mandamus.

¶ De modo dotandi mulieres excluſas ab hæreditate aſcendentium,

RVB. CXXXXVIIII.

VT conſultū ſit mulieribus, quæ ex forma præcedentiū ſtatutorū noſtrorum excluduntur ab hæreditate aſcendentiū, ſtatuimus quòd quælibet mulier, quæ veniret dotāda virtute prædictorū ſtatutorū, ſtatim quòd p̄uenerit ad ætatē xij. annorū ſi nubere intendit, vel religionē ingredi, poſſit petere corā vno ex DD. Iudicibus aduocatorū Communis Mut. ſibi taxari, & conſtitui dotē competētē. Qua petitione facta teneatur ipſe Iudex infra tres dies p̄xime ſequētes eligere duos proximiores attinentes ipſius mulieris dotādæ qui ſint bonæ conditionis, & famæ, & maioris annis xxv. & ſi non adeſſent attinentes, tūc loco attinentiū deficientiū, vel illius attinentis, qui non adeſſet, eligantur arbitrio dicti Iudicis, cuius conſcientiā in hoc oneramus, duo probi viri, vel vnus tm̄, ita quòd compleatur numerus duorū electorū. Qui duo ſic electi delato eis iuramēto p̄ Iudicē de dote taxāda arbitrio boni viri teneātur taxare dictā dotē vna cum donis & iocalibus infra tempus xxx. dierū continuorū p̄xime futurorum, quæ dos computatis dictis donis, & iocalibus non ſit minus legitima, q̄s quæ de iure Communi eidē mulieri deberetur, quā dotē vt ſupra taxatā Iudex ipſe confirmare teneatur. Et ſi ij, qui dotare tenentur infra tēpus præfixū taxationi prædictæ, impediuerint quominus ipſa taxatio dotis fieri non potuerit, vel facta taxatione, poſtq̄s mulier ipſa nupta fuerit, vel religionē ingreſſa, diſtulerint ſolue re dotē ſaltē in bonis hæreditarijs p̄ ſex menſes continuos immediate ſequētes, tunc ij, qui dotare tenentur, ipſo facto incurrāt, & condēnati ſint, & eſſe intelligantur ad vtilitatē, & p̄ augumēto dotis ipſius mulieris in pœnā quarti pluris eius, quòd continebitur in ipſa dotis taxatione. Mādantes quòd in omni caſu, in quo dos veniret ſoluenda cū augumento prædicto, vel ſine, ſemper interuſuria dotis p̄ ea parte, quæ ſoluta non eſſet, ſeu alimenta debita ipſi mulieri, vſq̄

quo

quo in effectu p̃ solutionē dotata fuerit, debeātur ad rationē quinq̃; pro cētenario, & ad rationē centenarij singulo anno, nisi aliter p̃ partes conuentū fuerit, & mulieres vt supra dotādæ interim alimētari debeāt a dotare debentibus, vt in statuto sub Rubr. De successione descendentiū in bonis ascendentiū masculorū continetur. Et si contigerit aliq̃s ex prædictis mulieribus in euentū dotis sibi restituendæ soluto matrimonio absq̃; eius dolo, facto, vel culpa non posse in bonis mariti, & alterius cuiuscunq̃; ad restitutionē obligati recuperare dotē suā, tunc teneantur hæredes ipsorū ascendentiū, q̃ eā excluserunt, & oēs alij, qui de iure Communi primo loco tenebantur eā dotare, denuo ipsā dotare modo, & forma prædictis mulier aūt, quæ iterū dotaretur, teneatur, & debeat solēniter, & p̃ publicū instrumentū cedere ipsis dotātibus oēs actiones suas, & oīa iura, q̃ & quas ipsa habet, vel habere posset cā, & occasione primæ dotis, & si dicta cessio facta non fuerit p̃ facta ipso iure, & solēniter sit, & esse intelligatur, non obstāte statuto sub Rub. De iuribus non cedēdis. Insuper statuimus quòd quibuscunq̃; mulieribus dotes suas petētibus, & non habētibus vnde se alere, alimēta, ac expēsæ litis p̃ dote consequēda præstari debeāt ab illis, q̃ ex forma iuris Communis, vel stat. nostrorū eas dotare, vel quoquo modo ipsis restituere dotes tenētur, debeāt tū dictæ mulieres, si filios non habuerint, operari ad commodū, & vtilitatē dotare debentiū, si non sunt ipsi mulieri penitus extranei. Et p̃ prædictis dote, & alijs, & constituēdis, vel taxādis vel soluēdis, aut aliter exequēdis, bona oīa, & singula eorū, in quorū bonis dictæ mulieres dotādæ essēt, intelligāt eē, & sint eisdē specialiter hypothecata pacto precarij & agi possit i forma, & ad ea bona deueniri, licet possessa fuerit p̃ tertiū possessorē nulla excussione facta.

¶ De successione ascendentium in bonis descendentium. RVB. CL.

SI quis, vel si qua, intestatus, vel intestata decesserit, siue testabilis fuerit, siue non, nullis post se relictis descendētibus, ascendētes masculi, & p̃ masculos, saluis ijs, quæ dicentur in sequēti statuto sm̃ ius commune succedāt ipsi defuncto, exclusis penitus matre, & oībus alijs ascendētibus ex linea materna, & hoc p̃cedat ēt in bonis peruentis ad defunctū mediāte consanguinitate, seu successione matris, vel alterius ex linea materna coniuncti. Volumus tū ipsi casibus nō quòd prædicta mater, & eius coniuncti vt supra teneantur prædictis ascendentibus masculis conferre fructus dotium, & bonorum suorum.

¶ De successione agnatorum transuersalium. RVB. CLI.

VT consulamus agnationi, q̃ diuitijs abundare valde cupimus, ordinamus quòd si aliqua p̃sona, siue fuerit testabilis, siue non, ab intestato decesserit absq̃; descēdētibus legitimis, & naturalibus, vel legitimatis, vt in stat sub titulo. De successione descendentiū in bonis ascendentiū masculorū. ipsi sic decedēti succedāt eius agnati masculi priores i gradu vsq̃; ad quartū gradū inclusiue, numerādo gradus sm̃ ius ciuile, exclusis sorore, vel sororibus, matre, auia, & pauia, tā paternis, q̃s maternis & filiabus fratrū præmortui, & oībus alijs coniunctis p̃ lineā dictarū p̃sonarū vt supra exclusarū. Consequātur tū mater, & auia, vel pauia prædictæ, vltra dotes suas, toto tpe vitæ carū vsufructū legitimæ, quæ eis ab

intestato alias de iure communi debita esset in bonis dictæ psonæ defunctæ, & soror vsufructũ, vel sorores dimidiæ portionis eius, quòd ad se de iure communi spectaret, qui vsufructus post mortem vnius cuiusq; prædictarum mulierum consolidetur cum proprietate pro parte ad mortuam spectante. Et quæ dicta sunt in præsenti, & præcedenti statuto locum habeant, & procedant, vbi etiam concurrerent ascendẽtes, & trãsuersales, excludẽdo mulieres ipsas respectiue.

¶ De successione in bonis ingredientium religionem. RVB. CLII.

QVoniã, vt pluries in præcedẽtibus statutis nostris clarissime expressũ fuit, intẽtionis nostræ est conseruare agnationẽ opulẽtã, cũ in hoc sui immopere versetur fauor publicus, ideo sancimus quòd bona omnia, & iurã etiam in spe probabili consistentia cuiuslibet volentis ingredi religionem, si sequatur ingressus & religionis professio intelligãtur, & sint ipso iure ante eius ingressum trãslata in personam illorum, vel illius, qui de iure communi, vel ex forma stat. nostrorum ab intestato succederent, nisi ante religionis primum ingressum ipse ingrediens aliter de bonis, & iuribus suis legitime disposuerit.

¶ De successione viri, & vxoris. RVB. CLIII.

SAncimus quòd Authentica. Præterea C. vn de vir, & vxor & leges, ex quibus sumitur, locum non habeant, sed abrogatæ sint, excepto tñ quòd in casibus, in quibus locum habent, volumus supstitẽ quoulq; vixerit & vitam viduale seruauerit loco ꝓprietatis habere tm̃ vsufructũ patris, seu portionis illius, quæ sibi defertur ex beneficio dictæ Authẽticæ, Præterea. Suprascripta tamen locum tãtum habeant extantibus agnatis, vel cognatis defuncti vsq; ad quartum gradũ computan. secundum ius canonicum agnoscentibus hæreditatem defuncti.

¶ De termino dãdo ad deliberãdũ, & ad adeundũ hæreditatẽ. RVB. CLIIII.

QVia, vt docuit experientia, quæ est rerũ magistra, obuiandũ est malitijs hominũ ideo statuimus quòd si aliqua ꝑsona quãtuncunq; minor, quæ prius hæreditatẽ legitime sibi delatã non adierit, vel in ea se immiscuerit, petierit i iudicio ꝑ se, vel eius legitimũ agentẽ terminũ ad deliberandũ, an acceptare velit dictã hæreditatẽ vel ad eã adeũdã, seu se immiscẽdũ in dicta hæreditate, & conficiendũ inuẽtariũ assignetur ei terminus sm̃ quòd prudẽtiæ Iudicis conuenire videbitur, dũmodo non excedat tẽpus xxx dierũ continuorũ. Et talis terminus licet simpliciter petitus fuerit, & assignatus ad deliberãdũ, intelligat̃ tñ & sic assignatus ẽt ad adeundã hæreditatẽ, vel ad immiscendũ se in ea, & ad conficiẽdũ inuentariũ, quo termino elapso illa ꝑsona, quæ terminũ prædictũ ꝑ se, vel mediãte eius legitimo agente petierit si expresse infra dictũ tẽpus ipsã hæreditatẽ per publicũ instrumentũ legitime, & solẽniter non repudiauerit, intelligatur simpliciter, & efficaciter ꝑ additionẽ seu immistionẽ ipso iure dictã hæreditatẽ adiuisse, & in ea se immiscuisse, nec possit contra terminũ vt supra statutũ concedi ꝑ iudicẽ restitutio in integrũ ex capite minoris ætatis, vel alia quacunq; de cã. Si aũt peteretur restitutio aduersus additionẽ, seu immissionẽ factã virtute pñtis stat. concedimus petẽtẽ audiri debere in his casibus, in q̃bus de iure communi restitutio eidẽ competeret ad repudiãdũ hæreditatẽ ꝑ eũ prius acq̃sitã, & restitutione concessa ĩtelligat̃ statim hæreditatẽ ipsã repudiasse, & aduersus hãc repudiationẽ non possit aliquo modo restitui vt supra. Et pñs stat. sit ꝑcisũ, & trũcũ, & iuiolabiliter, obseruet̃ ꝑ quẽlibet iudicentẽ, sub pœna ꝑiurij, & lib. L. quæ

pœna

Vide Ladeves. cons. 74. n. 9 et con. 173. Bart. Ken. cons. 56. Ale. con. 53 Franc. casus n. 6. lib. 9 Cardillobe, de nullitate huius et similiũ habetur quide scripta de pact. dotal. tom. 2. claus. 4. glo. 2. n. 31.

prò habilitate filius eti tenuit Surian. de condit. impos. p. 2. c. 3. n. 31 et n. 37 ubi dicit dubitare an re[ligionem ad ingrediat] approbãta lex ꝓ confirmat. re formalit. n. 31, ac et desinere cond. si legatarius ꝓ legatoria ingrediat religionem mino Cubat. n. 37.

Rub. 150 lib. 2 in nov. civitatis. de habitatore Ciuis &c et Stat. Alc. cons. 4 insequendo ordine
n. 4 lib. 2 ubi amplius ut locus tabit in cive ex privilegio.

pœna p̃ dimidia applicetur parti læsæ, & pro alia dimidia Communi Mutinæ.

¶ De iure hæreditario non acquisito ad hæredes transmitteñ. RVB. CLV.

VT rescecetur difficultates, quæ quotidie occurrere possunt, mãdamus quòd si vlla hæreditas, vel ius aliqd hæreditariũ deferatur alicui mulieri in quacunq; ætate constitutæ, vel alicui masculo minori annorũ xxv. si viuẽtibus prædictis, vel aliquo prædictorũ ipsa hæreditas, vel ius hæreditariũ non fuerit ab eis acquisitum (si tñ acquiri potuit) transmissa & transmissum ipso iure intelligatur esse, & sit ad quoscunq; hæredes suos, vel extraneos ex testamento, vel ab intestato. In masculis aũt maioribus annis xxv. ius Commune sequi volumus.

¶ De bonis mulieris nubentis forensi. RVB. CLVI.

STatuimus quòd oĩa & q̃cũq; bona mulieris ciuitatis, & districtus Mut. quæ nupserit alicui forensi ptineant, & sint pro duabus partibus ex tribus attinentiũ ipsius mulieris, salua gradus prærogatiua sĩn formã iuris, vel stat. nostrorũ ita tñ quòd dicta mulier vsquequo vixerit potiatur, & consequat vsufructũ dictarũ duarũ partiũ. Itẽ volumus, & mãdamus, quod q̃libet mulier nubẽs vt supra sit ĉapax ex testamẽto, vel ab intestato oĩum, & quorũcunq; bonorũ cuiusĉunq; ciuis, vel districtualis Mut. etiam si prius sibi dicta bona essent acquisita.

¶ Quod domus destructa pro bono Communi, & incendij arcendi causa emendetur. RVB. CLVII.

SI domus vna, vel plures, fuerit, vel fuerint, destructa, vel destructæ, vel interciæ in vrbe Mut. vel burgis, seu suburbijs incendij arcendi cã, ne vltra procederet, & sic continuando vlteriora corriperet, domus a Communi Mut. emẽdetur arbitrio duorũ bonorũ virorũ intra duos menses, licet incendiũ non pueniſſet ad dictã domũ, vel domos sic vt supra destructas. Et si contigerit domũ alicuius vicini comburi in vrbe Mut. vel suburbijs in totum, vel in partẽ, vel ei dãnum aliquod datũ fuerit causa, vel occasione incendij cœpti in alijs domo, vel ædificio, vel loco, damnum ipsum vicino illatum emẽdari debeat a Communi Mut. nisi ostendatur dolosus incendiarius, q̃m eo casu volumus ipsum incẽdiarium teneri ad emendationem prædictam. Nulla autem damni emendatio a communi fiat ei, in cuius domo, vel loco incendiũ quomodocunq; ortũ habuerit siue fortuito, siue habitantiũ culpa ortũ fuerit dictũ incendiũ, siue dolo tertij, vel culpa, sed hoc vltimo casu iura sint ei salua contra incendiariũ prædictũ.

¶ Quod verba prolata in genere masculino intelligantur prolata in genere fœminino. RVB. CLVIII.

STatuimus, & ordinamus quòd verba p̃lata in genere masculino q̃buscunq; stat. positis in pñti secũdo libro voluminis stat. intelligant p̃lata ẽt in genere fœminino, & ipsũ genus fœmininũ compræhẽdatur, vbi non repugnet ratio rectæ sermonis, & ĩtellectus, & ubi ex uerbis, uel mẽte de contrario non appareat.

¶ Qui intelligantur potentes. RVB. CLVIIII.

POtentes intelligi uolumus oẽs, qui castella, arces, seu fortilicia, siue castellum, arcem, uel fortiliciũ teneant in Episcopatu, uel Duc. Mut. uel in confinibus, & prope confines ciuitatis Mut. & omnes de ipsorum agnatione, nisi talẽs de agnatione prædictorum habitarent in urbe Mutinæ, & sustinerent onerã quæcunq; cum Communi Mutinæ, & cum alijs ciuibus ciuitatis Mutinæ.

Finis secundi libri Statut. Ciuitatis Mutinæ.

LIBER TERTIVS
STATVTORVM CIVITATIS
MVTINAE.

¶ De Maleficijs in quibus Poteſtas habet arbitrium.
RVBRICA. I.

IN his omnibus & ſingulis maleficijs.ſ. homicidijs, pace rupta, incendio, tradimento, ſtrata robata, de prædatione, vel rapina, haueris, vel perſonarum, in furtis, & falſis teſtibus, falſo inſtrumento, falſam monetam fabricãtibus, tonſatori bus monetæ, qui vſus fuerit falſis teſtibus, falſo inſtrumẽto, in ferutis ſanguinolentis factis cum ſpata, vel alijs armis vetitis, & in eo qui traxerit cum baliſta, vel arcu contra aliquẽ vel ad domum alicuius, & in quolibet, & de quolibet delicto commiſſo per comitatinum, vel ruſticum, vel forenſem in perſonam alicuius ciuis ciuitatis Mut. Et de quolibet alio crimine pro quo veniret imponenda pœna corporalis, vel pecuniaria excedens quantitatem centum libr. Mut. habeat Poteſtas arbitrium inquirendi ſuo officio per ſe, vel per ſuos iudices. In alijs autem quibuſcunq; criminibus negotijs, vel factis, vel delictis, vel aliquo eorum non poſſit Poteſtas, vel aliquis officialis D. Poteſtatis, vel Communis Mutinæ inquirere ſuo officio, nec per inquiſitionem procedere etiam facta denuntiatione per Capitaneum cinquantinæ. Et ſi Poteſtas, vel aliquis ex ſuis Iudicibus aut familia contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit circatores Communis Mut. teneantur dictum Poteſtatem condemnare p̃ qualibet vice in trecẽtis libr. Mut. nec proceſſus inde ſubſecutus teneat ipſo iure. Quod ſtatutum in qualibet ſui parte ſit præciſum, nec poſſit abſolui.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouiſiones i. ij. iij. iiij. & v. ad hoc ſtatutum facientes.

¶ In quibus maleficijs commiſſis tempore alterius Poteſtatis nouus Poteſtas poſſit procedere. RVB. II.

DE maleficijs ſeu iniurijs de quibus tamen aliàs poſſit inquiri commiſſis tempore alterius Poteſtatis inquiſitiones poſſint fieri per ſequentes Poteſtates ſi fuerint commiſſa infra vnum menſem ante introitum dicti Poteſtatis. Si vero commiſſa forent per dictum menſem ante introitum dicti Domini Poteſtatis non poſſit ipſe Poteſtas, nec aliquis officialis Communis Mutinæ procedere ſub pœna tercentarum librarum Mutin. pro qualibet vice cuilibet contrafacienti per ſindicatores imponenda, & exigenda excepto quam de homicidijs, pace rupta incendio, tradimento, ſtrata robata, de prædationibus, rapinis, furtis, falſis teſtibus, falſo inſtrumento, & falſam monetam fabricantibus, & expẽdentibus, tonſatoribus & vtentibus falſis teſtibus, & falſo inſtrumento, violatoribus monialium, & raptoribus virginum, per violentiam violantibus honeſtas mulieres, ſodomijs agentibus, & patientibus maioribus quatuordecim annis, & lenocinium committentibus, ſeu tractantibus.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouiſionem vi. ad hoc ſtatutum facientem.

¶ De ordine procedendi in maleficijs infra quantum tempus debeat quæstio criminalis terminari. RVB. III.

STatuimus, & ordinamus quòd accusatione porrecta coram Domino Potestate, & iudice maleficiorum, & satisdatione præstita de accusatione prosequenda secundum formam nostri statuti positi sub Rubrica De satisdatione præstanda ab accusatore, vel accusato ipse Potestas, vel Iudex antequam dictam accusationem admittat teneatur deferre sacramentum calumniæ ipsi accusatori, & ipso præstito ipsam accusationem admittat, & ipsa accusatione admissa vel inquisitione formata citetur ipse accusatus, vel inquisitus secundum formam nostri statuti positi sub rubrica De citationibus fiendis, vt infra quinq; dies coram ipso iudice debeat comparere ad se defendendum, & excusandum a dicta accusatione, vel inquisitione. Et si in dicto termino comparuerit, & copiam acculationis, vel inquisitionis petierit decernatur sibi copia dictæ inquisitionis vel accusationis, videlicet ipsius accusationis, expensis accusatoris, & inquisitionis sine aliqua solutione fienda notario dictæ causæ, & ipsi statuatur terminus trium dierum a die habitæ copiæ, vel oblatæ ad respondendum ipsi accusationi, vel inquisitioni. Cuius tamen responsio non admittatur, & pro non facta intelligatur nisi primo ipse accusatus, vel inquisitus satisfederit secũdum formam prædicti statuti, vel uisi ipse detentus remaneret, aut quia ipsam securitatem præstare non posset, aut quia de tali delicto foret accusatus, vel inquisitus quòd detentus stare deberet secundum formam statuti positi sub rubrica De non tenendo aliquem detentum, &c. Quo termino trium dierum elapso siue responderit, siue non lis habeatur pro contestata non obstantibus quibuscunq; exceptionibus oppositis, quæ tamen saluæ sint, & examinẽtur postea quandocunq; ante concluſum in causa. Et responsione facta si respondiderit, vel dicto termino lapso currat ipso iure tam accusatori quam accusato, & tam iudici quàm inquisito terminus viginti dierum continuorum ad probandum, & probatum habendum per omnem modum, genus, & speciem probationis de iuribus suis. Quo termino elapso incontinenti die sequenti prima iuridica publicatus sit & esse intelligatur processus & dicta, & attestationes testiũ. Et currat ipso iure ad reprobãdum, & reprobatum habendum terminus octo dierum continuorum, infra quorum primos duos dies teneatur dare notarius copiam processus, & actitatorum vtriq; parti si copia ante petita fuerit sub pœna decem librarum Mutin. post quem terminum octo dierum prima die sequenti iuridica concluſum sit, & esse intelligatur in dicta causa. Et concluso in causa, vel habito pro concluso, vt supra teneatur ipse Potestas infra decem dies continuos proxime sequentes ipsam causam terminasse citatis tamen partibus, vel parte ad ipsam sententiam audiendam secundum formam statuti positi sub rubrica De citationibus fiendis sub pœna librarum centum Mutinen. ipsi Potestati, & iudici prædicta omnia non obseruantibus pro qualibet vice auferenda, nisi iusta, & probabili causa fuerint dicti Dominus Potestas & iudex impediti. Et post dictum terminum instantia pereat, & nihilominus teneatur ad damna, & interesse accusationis, accusati, vel inquisiti. Et incontinenti lapsa dicta instantia accusatus, vel inquisitus, & eius fide-

fideiussor absoluti sint,& esse intelligantur fictione præsentis statuti. Et si carceratus esset ipse accusatus,vel inquisitus debeat incontinenti relaxari sub pœna antedicta. Et prædicta sibi locum vendicent quando accusatus, vel inquisitus comparuit,& negauit contenta in accusatione,vel inquisitione, vel exceptiones,seu exceptionem opposuerit. Sed si confessus fuerit in accusatione,vel inquisitione contenta in iudicio iudice pro tribunali sedēte in palatio iuris ad bachum maleficiorū ipsa confessione facta si fuerit detentus mittatur illico ad carceres Communis Mutin. Et si in dicta confessione perseuerauerit quia eam non reuocauerit,vel aliam defensionem non fecerit legitimam infra duos dies proxime sequentes tunc dictis duobus diebus elapsis infra octo dies proxime sequentes possit,& debeat dictus Dominus Potestas prædictum accusatum, vel inquisitum sic confitentem & perseuerantem condemnare sub pœna præ dicta irremissibiliter auferenda per sindicos. Si vero dictus accusatus, vel inquisitus prædictam confessionem vt supra factam infra duos dies quouis modo reuocauerit,vel aliam legitimam defensionem fecerit tunc dictus Potestas,& iudex dictam talem reuocationem,vel defensionem admittere teneatur,& debeat sub pœna prædicta,& illico statuere dicto accusato, vel inquisito terminum quinq; dierum continuorum proxime futurorum ad probandum,& probatum habendum per omnem modum,genus & speciem probationis dictam reuocationem,vel legitimam defensionem. Possit tamen dictus Potestas,& Iudex dictum terminum prorogare,prout eis videbitur considerata qualitate facti,vel defensionis. Qua dilatione finita teneatur, & debeat ipsum talem inquisitum,vel accusatum condemnare,vel absoluere sub pœna antedicta infra tres dies proxime sequentes. Si vero accusatus,vel inquisitus,citatus vt supra non comparuerit infra dictum terminum,tunc banniatur ipse accusatus, vel inquisitus per vnum ex bannitoribus Communis Mutinæ sono tubæ præmisso super arengheriam palatij Communis Mutinæ in certa quantitate pecuniæ, quæ videbitur dicto iudici,in quo banno exprimatur causa ipsius banni,& delictum de quo bannitur,& ipso banno sibi dato vt supra si non comparuerit infra octo dies continuos proxime sequentes tunc iterum citetur ad arengheriam per vnum ex bannitoribus Communis Mutinæ sono tube præmisso & per vnum nūtium in scriptis ad locum vbi citationes fieri debent secundum formam nostrorum statutorum, quòd infra alios octo dies continuos proxime sequentes debeat comparere coram dicto Domino Potestate, vel iudice ad faciendum se extrahi de dicto banno, & ad se defendendum, & excusandum a dicta accusatione, vel inquisitione exprimendo causam propter quam accusatus,vel inquisitus est. Quæ citationes & bānum ponātur per notarium dicti processus per ordinem in libro dicti processus. Et elapso dicto termino vltimæ citationis dictus accusatus,vel inquisitus non comparuerit habeatur pro confesso, & ipsum teneatur Potestas condemnare secūdum formam nostrorum statutorum infra x dies proxime sequētes sub pœna antedicta. Volumus tamē quòd qūcūq; ante publicationem sentētiæ,& condemnationis possit dictus accusatus,vel inquisitus comparere,& se excusare, & defendere non obstantibus prædictis.

Et ex tunc videlicet ipsius defensione facta currant termini , & dilationes supra statutæ,& limitatæ in citato comparente. Et omnia alia locum sibi vendi cent,ac si in principio comparuisset. Concedimus tamen licentiam Potestati & iudici antedictis procedendi ad capturam cuiuscunq; inculpati de delicto ex quo veniret corporaliter puniendus,vel etiam pœna pecuniaria si modo du bitaretur an esset talis inculpatus minus idoneus ad dictam pœnam soluendã, vel de delicto ex quo posset subijci tormentis secundum formam uostri statuti positi sub rubrica de non subijciendo aliquem tormentis. Et vbicunq; in casu permisso reperietur accusatus , vel inquisitus detentus non requiratur prima citatio de qua supra. Et si veniret corporaliter puniendus talis detentus: possint ipse Potestas , & iudex arctare ipsum ad respondendum inquisitioni tãtum non data dilatione trium dierum ad respondendum ipsi inquisitioni quam dari supra disposuimus ad respondendum inquisitioni,vel accusationi. Et quæ supra dicta sunt sibi locum non vendicent in accusationibus damnorum datorum,nec gabellarum,saluo quàm quòd admittantur defensiones eorum quandocunq; ante publicationem sententiæ vt supra.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouisiones vij.viij.viiij.. & x.ad hoc statutum facientes.

¶ De satisdatione præstanda ab accusatore,& accusato.

RVBIRCA. IIII.

STatuimus , & ordinamus quòd quicunq; aliquem accusare voluerit antequàm eius accusatio admittatur,teneatur , & debeat fideiussorem præstare de ipsa accusatione prosequenda,& de expensis restitueudis , & condemnatione de eo fienda soluenda si non probauerit , vel prosecutus non fuerit dictam accusationem,vel succubuerit,& accusatio admissa ipsa fideiussione non præstita pro non admissa habeatur,& sit,& processus inde secutus non valeat, nec teneat ipso iure. Et nihilominus iudex qui ipsam accusationem admiserit ipsa fideiussione non præstita incurrat pœnam vigintiquinque librarum Mutin. Et prædicta vendicent sibi locum nisi ipse accusare volens vellet stare detentus in carceribus Mut. pro prædictis obseruandis,quo casu non teneatur ad ipsam fideiussionem præstandam. Teneatur etiam accusatus,& inquisitus antequam eorum defensiones admittantur fideiussionem præstare de iudicio sisti, & iudicato soluendo in casu quo præstita fideiussione veniret relaxandus secundum formam nostrorum statutorum , vel stare detentus . Et eius responsiones, vel defensiones aliter non admittantur,& admissæ non valeant, & pro non factis habeantur. Et nihilominus Iudex admittens incurrat pœnam suprascriptam.

¶ De pœna non probantis,vel non prosequentis accusationem.

RVBRICA. V.

QVicunq; accusauerit aliquem de delicto de quo veniret puniendus corporaliter,& dictam accusationem non fuerit prosecutus , vel non probauerit, siquidẽ dicta pœna corporalis esset mortis,vel mẽbri abscissionis condẽnetur ipse accusator in libris centum Mut. Si vero minor pœna veniret imponenda condemnetur ipse accusator in quinquaginta libris Mut. Sed si veniret imponenda pœna pecuniaria siquidem quingentarum librar. Mut. vel maior con-

da pœna pecuniaria siquidem quingentarum librarum Mutinen. vel maior condemnetur in libris xxv. Mut. Si vero minor quingentarum librarum, maior tamen centum condemnetur in x. libris Mut. Abinde vero infra condemnetur pro qualibet libra condemnationis quæ veniret de eo fieda in vno soldo Mut, Et nihilominus condemnetur in expensis dānis & interesse. Et prædicta sibi locum non vendicent si ipse accusator desisteret ab ipsa accusatione, seu ipsius accusationis abolitionē impetraret de voluntate, & consensu ipsius accusati, Quam abolitionem quandocunq; ante publicationem sentētiæ impetrari posse, & concedi debere volumus, & mandamus. Qua abolitione impetrata de voluntate accusati vt supra non possit ex ipsa accusatione sententia sequi, & secuta non valeat. Et nihilominus ipse Potestas, & iudex, & eorum quilibet qui dictam abolitionem non concederent, vel ipsa petita procederēt condemnetur in centum libris Mut. ab ipsis irremissibiliter auferendis.

¶ De non subijciendo aliquem tormentis. RVB. VI.

STatuimus, & ordinamus quòd Potestas Mut. eius iudices milites, & alij officiales Communis Mutinæ non possint, nec debeant aliquem subijcere tormentis, seu alicui generi tormentorum nisi præcedant inditia sufficientia ad subijciendum dictis tormentis & nisi pñs sit vnus ex notarijs maleficiorū Communis Mutinæ sub pœna tercentarū libr. Mutin. a ipso Potestate, vel officiali præsens statutū non obseruante irremissibiliter per sindicatores auferenda pœna tātundem ipsis imminente. Et si petita fuerit copia inditiorum teneatur ipse Potestas & quilibet alius officialis dictam copiam antequam ad torturā procedant dare & dari facere petenti quem torquere voluerint, vel alteri eius nomine. Et si ipse subijciendus tormētis, vel alius eius nomine in petendo dictam copiam inditiorum obtulerit se paratum dicta inditia purgare, statuatur per ipsum Potestatem vel officialem terminus congruus eius arbitrio ad ipsa inditia purganda, quo elapso si non fuerint purgata, & sufficientia fuerint ipsa inditia possit ad torturam procedere, & ipsum talem contra quem forent dicta inditia tormentis subijcere, dum tamen præsens semper sit vnus ex dictis notarijs maleficiorum per quem scribi volumus & mandamus ipsa inditia, & genus ipsorum tormentorum, ac quantitatem sub pœna vigintiquinq; librarum Mutiñ. a notario qui adhibitus tormentis prædicta adimplere omiserit. Et si prædicta facta non fuerint, & obseruata vt supra non possit ex confessione secuta per tortum inquisitio, nec sententia sequi, nec processus formari. Et si formatus fuerit, seu sententia lata fuerit non valeat ipso iure. Et nihilominus ipse Potestas, & alius officialis prædicta non obseruantes pro quolibet ex contentis in præsenti statuto omisso, vel contrafacto pœnam prædictam libr. tercētarum Mutinen. incurrat ipso iure, nec possit ipse Potestas, vel aliquis alius officialis sub pœna antedicta aliquem subijcere tormentis etiam præcedentibus inditijs, nisi in casibus, & pro delictis infrascriptis videlicet pro homicidio, pace rupta, incendio, tradimento, strata robata, depredatione, rapina haueris, vel personarum, furto, falsis testibus, falso instrumento, falsam monetam fabricantibus, & vtentibus, & tonsatoribus monetæ. Et si quis vsus fuerit falsis testibus, vel falso instrumento, & falsum instrumentum

fabricantibus : ſodomijs tàm contra agentes quàm patientes maiores tamen quatuordecim annis, in ferutis ſanguinolentis ex quibus os fractum fuerit, vel membrum debilitatum, vel cicatrix remanſerit. Et in quolibet alio delicto pro quo veniat imponenda aliqua pœna corporalis, vel pecuniaria maior tamen centum librarum Mutineñ. Et in quo ibet delicto commiſſo per aliquem comitatinum, vel ruſticum, vel forenſem in perſonam alicuius ciuis Mutin. Et hoc ſtatutum ſit præciſum, & truncum nec poſſit fieri ſtatutum, prouiſio, & reformatio, vel decretum in contrarium, & ſi factum fuerit non valeat, nec teneat ipſo iure.

In alijs Lrubris quoniã modo fit cum ſanguine dimodo ſolida ſit maior libra 25. ut. 1. pag. 229. fonis. 6

¶ De accuſationibus, inquiſitionibus, & denunntiationibus mittendis ad cameram. RVB. VI.

ADeuitandas fraudes quas quotidie fieri videmus, ſtatuimus, & ordinamus quòd Poteſtas, & eius iudices teneantur ea die, vel ſequenti qua producta fuerit accuſatio, vel denuntiatio coram ipſis, vel eorum aliquo, & qua per ipſos vel eorum aliquem formata fuerit inquiſitio copiam ipſius accuſationis, denũtiationis, vel inquiſitionis mittere ad cameram actorum Communis Mut. & in ipſa ipſam deponere ſub pœna prædicta non obſeruanti centum libr. Mut. Et nihilominus accuſatio, denuntiatio, vel inquiſitio, cuius copia non fuerit tranſmiſſa vt ſupra, & proceſſus exinde ſecutus ſint nullius momenti efficaciæ, vel valoris. Et notarius cameræ actorum teneatur dictam copiam recipere, & ſuper ipſam diem præſentationis illico ſcribere, & ipſam in dicta camera reponere, & infilzare ſub pœna decem librarum Mut. Nec poſſint dictus Poteſtas, vel iudices miſſa dicta copia vt ſupra ipſam accuſationem, denuntiationem, vel inquiſitionem mutare, corrigere, vel emendare, nec mutari, corrigi, vel emendari permittere ſub pœna centum librarum Mutin. Quæ locum non habeant in accuſationibus damnorum datorum.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouiſiones xi. & xij. ad hoc ſtatutum facientes.

¶ Quòd nomen, & pronomen, & vicinantia cuiuſlibet in qua habitat qui denuntiabitur, vel accuſabitur, ſiue contra quem inquiretur aliquid de aliquo facto, & etiam in condemnatione ſcribatur per quemlibet Not. qui aliquid ſcribet de prædictis. RVB. VII.

STatutum eſt ad hoc vt condemnationes facilius recuperentur, & ne aliquis error impediat recuperationem ipſarum quòd quotieſcunq; fiet aliqua accuſatio, ſeu denuntiatio, ſiue ex officio inquiratur quòd debeat ſcribi nomen, & pronomen accuſati, ſeu denuntiati, ſeu illius contra quem fieret inquiſitio ex officio, & nomen loci, ſeu villæ, ſeu caſtri, ſeu vicinantiæ in qua habitat. Et quòd tabellio in qualibet condemnatione ſcribere debeat nomen, & pronomen condemnati, & locum, & vicinantiam in qua habitat. Idem faciat de fideiuſſore dato a quolibet accuſato, ſeu denuntiato, vel ab eo contra quem procederetur ex officio. Et ſi tabellio aliquid ex his prætermiſerit Poteſtas, teneatur eum condemnare in centum ſoldis Mut. ſine remiſſione. Et quòd ſi notarij non receperint idoneã ſecuritatẽ compellãtur ſoluere de ſuo, quod exigi non poſſet a principali, vel a fideiuſſore, ſicut compelleretur principalis,

& fideiussor. Possit tamen habere regressum contra principalē & fideiussorē & ei fiat ratio, quemadmodū fieret communi per officiales communis Mutinæ.

¶ De non detinendis malefactoribus vltra taxatum terminum.

RVB. VIIII.

NOn possit nec debeat Potestas nec aliquis alius officialis communis Mutinæ aliquem pro maleficio detinere in palatio communis Mutin. vltra tres dies continuos, sed teneatur ipsum mittere ad carceres communis Mut. vel ipsum relaxare sub pœna tercentarum libr. Mut. a contrafaciēte irremissibiliter auferenda. In carceribus aūt non possit aliquem detinere, seu detineri facere vltra quinquaginta dies continuos, sed debeat ipsum absoluere vel condemnare infra dictum terminum sub pœna antedicta irremissibiliter auferenda. saluo quòd si fuerit in pecunia condemnatus aliquis infra dictū terminū possit detineri donec soluerit condemnationē de eo factā, siue fuerit simpliciter in pecunia condēnatus, siue ad certā pœnā corporalē si non solueret aliquā q̄ntitatē pecuniæ in summa limitatam infra terminum in ipsa sententia assignatum, quo casu vsq; ad terminum præfixum possit in dictis carceribus detineri.

¶ De non tenendo aliquem detentum si dare voluerit securitatem

RVB. X.

NEmo in palatio seu in carceribus, nec alibi personaliter detentus retineri possit per Potestatē vel aliquē de sua familia, vel aliquem alium officialem, seu per præceptum alicuius eorū pro maleficio, vel quasi si paratus est satisdare de se representando, vel soluēdo totū, quod esset condemnādus illa occasione, de qua inculparetur, inquireretur vel denūtiaretur, vel accusaretur. Et iudex teneatur certificare quantitatē in qua qui dictā securitatē præstat, poterit condemnari ſm̄ formam statutorum. Et ad plus non teneatur fideiussor datus. Saluo nisi esset denuntiatus vel accusatus, vel inquireretur contra eum de tali crimine de quo deberet personaliter condemnari vel puniri & contra eum procedi, vel de delicto pro quo posset subijci tormentis, vel nisi in pœnam alicuius criminis veniret carcerandus. Et si Potestas vel aliquis de sua familia contra prædicta, vel aliquod prædictorū fecerit, condemnetur p̄ circatores in tercētis lib. Mut & in extimatione iniuriarū ei cui facta esset iniuria prædicta occasione.

¶ Quòd pax & confessio prosint infrascriptis casibus. RVB. XI.

STatuimus & ordinamus quòd quicunq; delinquēs qui ex delicto veniret pecunialiter tantum condemnandus, produxerit instrumentū pacis vel pacē factam legitime probauerit q̄ncunq; ante condemnationē consequatur remissionem duarum partium condemnationis fiendæ. Et quicunq; confessus fuerit delictum si ex dicto delicto venit pecunialiter tantum condemnandus vt supra consequatur remissionē tertiæ partis condemnationis fiendæ si pacem non habuerit ab offenso. Si vero pacem habuerit & confessus fuerit condemnetur tantum in quarta parte eius in qua veniret condemnandus. Nec possit Potestas nec aliquis officialis communis Mut. condemnare aliquem in maiori q̄ntitate, quam sibi liceat ex forma præsentis statuti sub pœna tercētarum librarum Mutinæ, quam incurrat ipso facto quotiens contrafactum fuerit.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouisionem xiij. ad hoc statutum facientem.

¶ Quòd nulla criminalis quæstio committatur consilio sapientis.

RVBRICA. XII.

POtestas ciuitatis Mut. puniat illos, qui puniendi sunt, cum consilio suorũ iudicum tantum sm̃ formam nostrorum statutorum. Et aliquæ quæstiones criminales, seu aliquis articulus, vel quid incidens vel emergens in dictis quæstionibus criminalibus non possint nec debeant committi consilio sapientis.

¶ Quòd Potestas Mut. punire teneatur stipendiarios ciuitatis Mutinæ.

RVB. XIII.

POtestas Mut. teneatur & debeat inquirere & procedere contra oẽs & singulos stipendiarios communis Mut. & ipsos punire, & condemnare de omnibus & singulis maleficijs, rixis, & delictis, quæ, & quas in simul, cũ quacunq; alia persona fecerint, vel commiserint secundum formam nostrorum statutorum communis Mut. sub pœna librarum tercentarum Mut. si omiserit procedere vt supra & ad eius notitiam peruenerit tale delictum.

¶ De condemnationibus duplicatis scribendis. RVB. XIIII.

TEneãtur notarij ad maleficia deputati & alij notarij q rogati fuerint de aliquibus condẽnationibus, vel absolutionibus ipsas condẽnationes & absolutiones in duobus quaternis, siue libris scribere, videlicet in quolibet quaterno siue libro de per se. Et vnus quaternus, siue liber designetur massario generali communis Mut. alius vero quaternus, siue liber deponatur in scrineo tertij iudicis. Teneatur tamen ipse massarius generalis communis Mut. dare, seu dari facere folia pro scribendis duplicatis ipsis condemnationibus, vel absolutionibus not. prædictis vt hactenus consueuit.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouisionem xiiij. ad hoc statutum facientem.

¶ Quòd Potestas & aliquis de sua familia non possit condemnationes exigere.

RVB. XV.

NOn possit Potestas ciuitatis Mut. nec aliquis Iudex, nec aliqs de eorũ familia condẽnationes exigere, nec exigi facere, seu p̃mittere sub pœna libr. x. Mut. p̃ qualibet libra Mut. exacta ab ipso p̃ sindicatores irremissibiliter auferẽda.

¶ Quilibet possit denuntiare maleficia de nocte commissa. RVB. XVI.

ITẽ si contigerit aliqd̃ graue maleficiũ vel ferutã committi in ciuitate Mut. vel burgis noctis tp̃e p̃ aliquẽ ciuẽ, comitatinũ, vel aliã personã. Quod quilibet possit talẽ delinquentem publice, vel priuatim, prout voluerit dicto D. Potestati, vel eius curiæ denuntiare, & accusare, & teneatur in credentia.

¶ Quòd qui ceperit bannitum, vel inimicum ipsum præsentare teneatur.

RVB. XVII.

ITem quòd si quis ceperit aliquem bannitum, vel aliquem inimicum Dñorũ Marchion. & communis Mut. quòd vnicuiq; licitum sit, & ea die, vel sequenti teneatur designare Potestati Mutinæ, & in fortiam comunis reducere. Et qui contrafecerit condemnetur in quinquaginta libris Mutiñ.

¶ Quòd vbi non est determinata pœna per statuta ius commune seruetur.

RVB. XVIII.

STatuimus quòd Potestas Mutinæ, & alij officiales communis Mut. in condẽnationibus fiendis teneãtur sequi formam statutorum communis Mutinæ.

sub

sub pœnis in ipsis statutis comprehensis. Et si comprehensæ non essent in aliquo statuto quod non obseruarent incurrat pœnam pro qualibet vice, & quolibet articulo non obseruato ipsi Potestas, & officiales, & eorum quilibet librarum centum Mutin. Vbi vero pœna non esset determinata per nostra statuta ius commune seruari volumus & mandamus sub pœna antedicta.

¶ Quòd nullus potens, qui non sit consuetus iudex audeat præstare patrocinium alicui personæ nec esse curator, vel procurator in aliqua quæstione ciuili, vel criminali. RVB. XIX.

STatuerunt etiam quòd nullus magnus, vel potens, seu filius alicuius eorum de cætero audeat vel præsumat patrocinium præstare alicui personæ in ciuili, vel criminali causa, seu quæstione coram Potestate Mutinæ, seu aliquo officiali Communis Mut. nec esse curator, vel procurator, seu defensor, vel adiutor cuiuscunq; vocabuli nisi esset eis coniunctus parentela vsq; ad tertium gradū, vel sit consuetus iudex & scriptus in matricula. Et qui contrafecerit soluat pro banno Communi Mutinæ, & condemnetur per Potestatem pro qualibet vice in vigintiquinq; libris Mutin. sine remissione.

¶ Quòd vicarius D. Potestatis possit ferre sententias si contigerit Potestatem esse extra districtum Mut. RVB. XX.

ORdinamus quòd si contigerit Potestatem esse extra ciuitatem, & districtū Mut. quòd eius vicarius possit sententiam etiam sanguinis, & capitalem ferre sicut ipse Potestas facere posset, si præsens esset.

De notis fiendis per iudicem maleficiorum. RVB. XXI.

STatutum est quòd iudex maleficiorum debeat scribere manu propria vel p̄ aliū fidedignū notas oīum accusationū, denūtiationū, & inquisitionum quæ corā ipso fierēt sub pœna centū libr. Mutiñ. p̄ qualibet vice. Itē quòd ipse iudex habere debeat semp̄ penes se in vno libro siue quaterno, nomina, & p̄nomina oīum carceratorū qui fuerint & erunt decætero capti p̄ communi Mut. & etiā causas, quare sint ibi depositi. Quem librum siue quaternum debeat designare successori suo, & etiam oēs ipsos carceratos personaliter designare in p̄ncia Potestatis qui pro tēpore fuerit in ciuitate Mutinæ sub pœna xxv. libr. Mut. Et de his omnibus fiat publicum instrumētum, vt declaratum est sub eadem pœna.

Require in fine huius libri Maleficiorum xv. & xvi. Prouisiones ad hoc statutum facientes.

Quòd nullus detineatur in capella communis. RVB. XXII.

AD honorem & reuerentiam Dei, & omnium Sanctorum duximus statuendum quòd decætero nulla persona detineatur, siue custodiatur pro aliquo maleficio, nec aliqua alia occasione in capella communis Mut. Et hoc statutum Potestas, & eius familia teneatur, & debeat obseruare, & obseruari facere inuiolabiliter, & præcisē sub pœna vigintiquinq; libr. Mutiñ.

¶ De bannitis pro infrascriptis maleficijs non rebanniendis.

RVBRICA. XXIII.

AD hoc vt malefactores de suis malis operibus grauamen, damnum, & iniuriam possint & debeant sustinere. Et ne spe futuri beneficij vel subsidij causam habeant faciendi, vel operandi illicita contra honorem & bonū statū DD. Marchionum & Communis Mutinæ, & mala consuetudo hactenus obseruata tolla-

tollatur: firmatũ & ordinatum eſt quòd quicunq; eſt, vel decætero erit poſitus, & ſcriptus in banno communis Mut. pro homicidio, vel robaria, incendio, aſſaſſinio, falſitate, ꝓditione, ſiue ſtrata robata, filia, vel vxore alicuius rapta, vel corrupta ꝓ vim non poſſit ꝓpetuo exire de banno, vel condemnatione ſibi dato, vel data, modo aliquo, vel ingenio, ſed perpetuo eſſe & ꝓmanere in bãno Dñorum Marchionum, & Communis Mut. prout poſitus, & deſcriptus eſt, vel fuerit, ita quòd nullũ ſtatutum, reformatio, decretũ, prouiſio, vel abſolutio, poſſit, vel debeat fieri in fauorẽ eorũ, vel alicuius eorum. Et ſi facta factũ, conceſſum, vel conceſſa fuerit, non valeat, nec teneat ipſo iure, ſed ſĩn formã condemnationis, & banni habeãtur pro bãnitis & condemnatis nullo remedio, vel exceptione obſtãte. Ita quòd perpetuo poſſit offendi in ꝓſonis & rebus impune. Et quòd dñs Poteſtas poſſit & debeat ſuo arbitrio contra talẽ bãnitum inquirere, & eũ punire ſĩn formam iuris & ſtatutorũ Communis Mut. Et per dictũ D. Poteſtatẽ, & conſilium Mut. prædicta debeãt inuiolabiliter obſeruari ſub pœna mille libr. Mut. eidem D. Poteſtati toties auferẽda quoties fuerit contrafactum. Quam etiam pœnam incurrat Poteſtas, & quilibet officialis Communis Mut. qui quo quomodo procederet contra offenſorem, vel offenſores dictorum bãnitorũ. Ex alijs vero quibuſcunq; maleficijs, vel delictis bãniti, nullatenus rebanniri poſſint, nec de bãnis cãcellari, niſi habita pace ab offenſo ſi vixerit, vel ſi non vixerit ab eius hærede, & agnatis maſculis omnibus exiſtẽtibus infra tertium gradum incluſiue habitantibus in ciuitate Mut. vel comitatu. Et ſi aliqua reformatio, decretum, prouiſio, vel abſolutio facta fuerit in fraudem alicuius prædictorũ pace non habita vt ſupra non valeant, nec teneant ipſo iure. Sed teneatur Poteſtas ipſos punire perinde ac ſi facta non fuerit ſub pœna antedicta.

¶ De bannitis impune offendendis. RVB. XXIIII.

NE puerſi de ſuis puerſionibus valeãt gloriari: ſtatuimus & ordinamus quòd quicũq; ꝓ maleficio ſit bãnitus, vel ĩ futurum bãnietur ex quo debeat pati pœnã mortis, vel membri abſciſſionẽ, vel aliã pœnã corporalem ſĩn formã iuris; vel ſtatutorũ communis Mut. impune realiter, & perſonaliter poſſit offẽdi, & ipſo iure ab oĩ legitimo actu penitus ſit excluſus. Et quicũq; ĩterfecerit aliquem bãnitum ex prædictis ſi fuerit bãnitus vnus, vel plures, qui bãnum prædictum interfecerit, vel ĩ fortiam Dñi Poteſtatis, & communis Mut. præsẽtauerit rebãniãtur, & rebãniti eſſe intelligãtur fictione præsẽtis ſtatuti. Si vero bãnitus non fuerit qui bãnitum ĩterfecerit, ſeu præsẽtauerit, vt ſupra habeat, & habere debeat a Communi Mut. pro quolibet bãnito præsẽtato, vel occiſo libr. quinquaginta Mut. ĩcontinẽti ipſo occiſo, vel præsẽtato. Et Poteſtas ciuitatis Mut. ſingulis mẽſibus ĩ die Sabbati hora mercati teneaꝫ facere præconizari ad arẽgheriam palatij Communis Mut. & ĩ foro mercati præsẽs ſtatutum, & contẽta ĩ eo ſub pœna cẽtum libr. Mut. pro qualibet vice qua prædicta omiſerit adĩplere.

¶ De concedenda licentia cuilibet bannito, & accuſato, vel inquiſito, vt veniat ad ſe defendendum. RVB. XXV.

STatutũ eſt quòd ſi aliquis fuerit denũtiatus, vel accuſatus; vel contra aliquẽ voluerit inquiri de aliquo maleficio, vel quaſi, & ille talis fuerit bannitus Communis Mut. vel condẽnatus pro aliquo maleficio, vel quaſi poſſit Poteſtas

& quilibet ex ſuis iudicibus corá quo prædicta fuerint, vel fieri vellent, dare ei fiduciã vt poſſit venire corá eo ad ſe defendendũ de eo, de quo denuntiatus fuerit, vel accuſatus, ſeu de quo contra eũ inquiri voluerit vſq; ad terminum, infra quẽ ex forma noſtrorũ ſtatutorũ quæſtio, de qua eſſet accuſatus, vel inquiſitus, debeat terminari. Et ſi venerit infra dictũ terminũ interim talis bannitus, uel inquiſitus debeat in carceribus Communis Mutinæ detineri, & continue imbogatus cuſtodiri ita quòd interim ſine voluntate D. Poteſtatis, vel iniuriã paſſi de dictis carceribus exire non poſſit, nec modo aliquo relaxari, & infra terminũ ei datũ in veniendo, ſtando, & redeundo non poſſit impune offendi. Qua fiducia data Poteſtas, vel aliqui officiales non poſſint eũ punire ꝑ primis bannis, vel condẽnationibus, ſi non inuentus fuerit culpabilis ex delicto de quo nũc in culpatur tpe fiduciæ, vel non culpabilis donec Poteſtas, vel alius officialis reduci fecerit talẽ bãnitũ, inquiſitũ vel condẽnatũ extra ciuitatẽ Mut. & diſtrictũ, & eũ ibidẽ fecerit liberũ, & ſecurũ dimitti. Et cuſtodes carceris ſic eũ cuſtodire & imbogare teneãtur. Et ſi contrafactũ fuerit condẽnẽtur cuſtodes ĩ cẽtũ libr. Mut. & plus, & minus ad volũtatẽ D. Poteſtatis ĩſpecta qualitate ꝑſonæ & negocij cuius condẽnationis medietas ſit iniuriã paſſi & alia medietas ſit Coĩs.

¶ De non blaſphemando Deum, nec ſanctos, & de pœna appoſita ſuper hoc.

RVBRICA. XXVI.

NEmo debeat blaſphemare Deũ, nec beatã virginẽ Mariã nec alios Sanctos. Et qui contrafecerit Deũ, vel beatã Virginẽ Mariã blaſphemãdo vel deſorando ſoluat ꝑ bãno ꝑ qualibet vice x. libr. Mut. Qui vero blaſphemauerit, vel deſorauerit B. Geminianum almificũ patronum noſtrum Antiſtitem ſoluat ꝑ qualibet vice v. libr. Mut. Qui vero blaſphemauerit alios Sanctos, & Sãctas puniatur ꝑ qualibet vice in tribus libr. Mut. medietas cuius banni ſit accuſantis, & ſi non poterit dictum bannum ſoluere ponatur ad catenã, & ſtet per vnã diẽ.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouiſiones xvij. & xviij. ad hoc ſtatutum facientes.

¶ Quòd nullus debeat tractare contra honorem D. Marchionis, & Communis Mut. RVB. XXVII.

ITem ſtatutũ & ordinatum eſt ad hoc vt ciuitas Mut. & diſtrictus pacifice conſeruetur ſub dominio dicti Domini Marchionis quòd aliqua perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat, non audeat, nec præſumat dicto, vel facto aliquid tractare, ordinare, vel operari contra honorem dicti Domini Marchionis, & bonum, & pacificum ſtatum ciuitatis Mut. & diſtrictus. Et quòd Dominus Poteſtas Mut. & eius iudices, & quilibet eorum habeant liberum, generale, & abſolutum arbitrium procedendi, & inquirendi omni modo contra omnes, & ſingulos qui dicerentur modo aliquo conſcij ſeu culpabiles de prædictis, vel aliquo prædictorum, vel dependentibus ab eiſdem, & puniendi realiter, & perſonaliter ad eorum, & cuiuſlibet eorum liberam voluntatem. Saluo ſemper, & reſeruato mandato prædicti Domini Marchionis non obſtãtibus aliquibus ſtatutis, prouiſionibus, & reformationibus factis, vel quæ fierent in contrarium loquentibus. Et quicquid dixerint, & fecerint in prædictis, & circa prædicta valeat, & teneat de iure, & intelligatur legitime factum.

¶ De

¶ De puniendo pandentes credentias. RVB. XXVIII.

STatutum & ordinatum est quòd si aliqua tractarentur, ordinarentur, vel fierent per D. Potestatem, vel regimen, & sapientes, siue de per se, siue cũ Adiũctis super aliquo facto, seu negotio, & imposita essent in credentia de prædictis per ipsos sapientes, vel adiunctos, & aliquis panderet alicui, vel in aliquo referret quæ ordinata essent nisi primo publicata essent incurrat ipso facto pro qualibet vice talis pandens pœnam xxv. libr. Mut. quam soluere teneatur infra xx. dies postquam constiterit de propalatione legitime. Et si non soluerit infrà dictum terminum lingua ei amputetur.

¶ De proditoribus Nonantulæ. RVB. XXIX.

STatutum est quòd proditores qui prodiderunt Nonantulam, & dederũt castrum Nonantulæ in manibus Bononiensium, sint perpetuo banniti Dominorum Marchionum, & Communis Mutinæ ipsi, & eorum filij, & hæredes, & omnia bona sua publicata semper remaneant in Communi. Et si aliquo tempore ipsi, vel aliquis eorum venerint in fortiam Dominorum Marchionum, vel Communis Mut. furcis suspendantur. Et hoc statutum sit truncum, & præcisũ & inuiolabiliter debeat obseruari, nec possit tolli nisi decem partes ex duodecim consilij generalis Communis Mut. facto de hoc partito ad fabas albas, & nigras fuerint in concordia. Et Potestas, vel alius officialis Communis Mutinæ, qui hoc proposuerit aliter quàm superius dictum est in mille libr. Mut. & arenghator in trecentis libris Mutin. & notarius qui scripserit in tantundem condemnentur. Et Potestas qui nunc est, vel pro tempore fuerit teneatur, & debeat inquirere de prædictis sub pœna centum librarum Mutineñ.

¶ De potentibus qui non possunt stare in castris. RVBRICA. XXX.

STatutum est quòd nullus potens, vel nobilis seu de genere potentum, vel nobilium, siue sit legitimus, siue naturalis, vel clericus, vel laicus, possit vel audeat ire, vel intrare, stare, vel habitare in aliquo castro, seu in aliqua fortilicia Communitatis Mutinæ sine licentia Domini Marchionis sub pœna quingentarum librarum Mutineñ. Et quòd nullus rector, vel officialis, vel capitaneus, vel custos dictorum castrorum, vel fortilitiarum permittat aliquem de potentibus, & nobilibus antedictis intrare in dictis locis sine dicta licentia sub pœna prædicta. Et de prædictis possit inquiri per D. Potestatẽ contra quẽlibet eorũ, & quilibet possit accusare, & denunciare, & habeat medietatẽ condẽnationis.

¶ De pœna imposita Potestati, & alijs officialibus si grauent aliquem sibi aliquid denuntiantem. RVB. XXXI.

STatutum est quòd Potestas, & eius iudices, & milites, & quilibet alius officialis Communis Mutinæ, & quilibet eorum qui pro tempore fuerint teneãtur pacifice audire, & recipere denuntiationes, & protestationes cuiuscunq; denũtiantis, & protestantis, & denuntiare, & protestari volentis eis, vel alteri eorum ex quacunq; causa. Et non debeat, nec possit aggrauare, nec aliquam violentiã, vel iniuriam, verbis, vel factis tali denuntianti protestanti, vel denuntiare, & protestari volenti inferre, nec eius aduocatis, vel procuratoribus, nec notarijs, qui ad hæc fuerint vocati, nec aliquibus testibus qui ibi adessent, vel vocati essent.

sent. Et etiam teneatur compellere quemlibet notarium quē denuntians postulauerit vt ex ipsa denūtiatione, & protestatione faciat, & facere debeat publicum instrumentum incontinenti omni occasione cessante. Et Potestas vel iudex vel miles ipsius Potestatis qui contra prædicta, vel aliquod prædictorū fecerit, vel facere præsumpserit condemnetur per sindicatores in cētum libr. Mut. pro qualibet vice De qua pœna talis denuntians vel protestās vel denūtiare & protestari volens, vel quiuis alius prædicta occasione aliq̄s iniuriam vel grauamē sustinuerit habeat medietatē dictæ pœnæ, vel condēnationis & cōmune aliam medietatem. Et nihilominus Potestas, vel iudex, vel miles contrafaciens teneatur coram dictis sindicatoribus de iure dictis denuntiantibus, vel passis iniuriam respondere.

¶ Quòd nullus grauetur a potentibus. RVB. XXXII.

ITem quòd quilibet officialis ciuitatis, & comitatus Mutinæ teneatur expressim suo sacramento dare operam toto opere, & posse suo, ne aliquis de ciuitate Mut. vel districtu indebite molestetur, seu grauetur, vel iniurietur, vel modo aliquo opprimatur ab aliquo potente seu magnate ciuitatis Mut. vel districtus seu comitatus in iure ipsius. Et ne alicui de ciuitate Mutinæ, & districtu aliqua violeatia modo aliquo inferatur, neq; damnum aliquod, vel iniuria, seu rapina inferatur, vel fiat qui sit subiectus Dño Marchioni, & communi Mutinæ Si vero aliqua violentia, vel rapina, vel oppressio, seu iniuria alicui facta fuerit in persona, vel in rebus teneatur sacramento, & debeat prædictum patientem, vel substinentem prædicta adiuuare, & operam dare quòd inferens, vel faciens modo debito per Potestatem puniatur & condemnetur.

¶ De pœnis condemnationum non solutarum ad terminum.

RVB. XXXIII.

QVælibet persona quæ fuerit condemnata communi Mut. in aliqua quantitate pecuniæ soluere debeat si fuerit ciuis, vel de ciuitate Mut. infra decem dies a die publicationis ipsius condemnationis. Et si fuerit comitatinus, vel quis alius infra xv. dies. Quod si non fecerit soluat pro pœna duodecim denarios Mut. ℔ qualibet libra Mut. si summa illius condēnationis fuerit a tribus libr. Mut. supra. Et si condemnatio fuerit in summa trium libr. Mut. vel abinde infra soluat vnum denarium Mut. pro quolibet soldo Mut. Quod locū non habeat in condemnationibus quæ fierent ex arbitrio per Potestatem.

¶ Quòd nullus potens trahat ad rumorem aliquem, & quòd nemo tempore rumoris vadat ad domum alicuius potentis.

nis Mut. RVB. XXXIIII.

NVllus potens ciuitatis Mut. districtus, vel comitatus debeat trahere ad aliquam mesclantiam, vel rumorem, qui fieret in ciuitate, vel burgis cum armis, vel sine armis, eques, vel pedes sine licentia Potestatis Mut. sub pœna centum libr. Mutiñ. pro qualibet vice, & plus ad voluntatem Domini Potestatis. Item quòd nullus de ciuitate Mut. vel districtus, ac comitatu tempore alicuius rumoris, vel mesclātiæ quæ fieret in ciuitate Mut. vel burgis debeat ire, agere, vel trahere ad domum alicuius potentis cum armis, vel sine armis sine licentia prædicta, & qui contrafecerit in centum libris Mut. condemnetur.

¶ De

¶ De terris confinium venditis contra formam ſtatuti circandis per Poteſtatem,& eius iudices. RVB. XXXV.

TEneatur Poteſtas,& eius iudices inquirere omnes perſonas quæ vendiderũt ſeu vendiderint,vel aliquo modo alienauerint terras, & poſſeſſiones confinium contra formam ſtatuti,& alienatas,& venditas in communi reducere, & alienantes,& recipientes condemnare. Et hoc locum habeat in præſentibus, præteritis,& futuris. Et de his poſſint fieri accuſationes & denuntiationes,& inquiſitiones. Et quòd nullus qui habet terras,& poſſeſſiones in confinibus epiſcupatus Mut. poſſit eas vendere,vel alienare aliquo ingenio,nec locare alicui vel aliquibus ad laborandum niſi hominibus de ciuitate Mutin. & diſtrictus in dicta ciuitate,vel diſtrictu habitantibus. Et ſi quis contrafecerit Poteſtas teneatur rem in cõmuni Mut mittere,& prætium venditoribus auferre,& ſoluat pro banno quinquaginta libr. Mut.& ſine remiſſione, cuius bãni medietas ſit accuſantis vel denuntiantis. Et terræ,& poſſeſſiones intelligãtur eſſe in confinibus,quæ ſunt prope confines,epiſcopatus Mut.& diſtrictus per duo miliaria. Saluo quòd locari poſſint ad laborandum cuilibet qui habitauerit in diſtrictu Mutinæ etiam ſi ſit de alieno diſtrictu.

¶ De pœna illius qui tractauerit quòd commune perdat caſtrum, vel iuriſdictionem,vel non acquirat. RVB. XXXVI.

NOn audeat aliquis præſumere ſeu facere,vel tractare quòd commune Mutin. perdat ciuitatem,vel aliquod caſtrum,ſiue locum,vel iuriſdictionem, nec tentare,ordinare procurare,vel impedire quòd caſtrum,vel fortilitiæ,quæ aliquo tempore fuerint,vel erunt de iuriſdictione Communis Mut. vel in ipſo Communi Mut. aliquo tempore obedierunt etiam quæ nunc non detinentur per ipſos Dominos Marchiones,vel alios Communi Mut nunc non obediẽtes, vel obedientes non veniant ad mandata dictorum Deminorum,& Communis Mut. Et qui contrafecerit,vel attentauerit furcis ſuſpendatur, & eius bona publicentur,& veniant in communi. Et quòd de prædictis poſſit cognoſci etiam tempore alterius Poteſtatis quolibet tempore non obſtante ſtatuto quòd eſt ſub rubrica in quibus maleficijs commiſſis tempore alterius Poteſtatis nouus Poteſtas poſſit procedere.

¶ De pœna euntis poſt ſonum tertiæ campanæ. RVBR. XXXVII.

NEmo poſt tertium ſonum campanæ debeat ire per ciuitatem ſine licẽtia Poteſtatis,vel officialis cuſtodiæ,vel ſine lumine. Et qui repertus fuerit per militem ipſius Poteſtatis ſociatum vno notario ad maleficia deputato,& vno nuntio Communis puniatur in ſoldis viginti Mut. Volentes tamen quòd propter vnicum lumen non excuſetur niſi vnus ſimul cum deferente niſi eſſet lumen vnius duplerij, vel plurium candelarum ſaltem trium.

¶ De pœna portantis arma vetita & quæ ſint arma vetita. RVB. XXXVIII.

SI aliquis repertus fuerit per militem Dñi Poteſtatis Mut. habentem ſecum vnum ex notarijs maleficiorum,& vnum nuntium Communis Mut. portare arma vetita per ciuitatem Mut. puniatur in libra vna Mutiñ. pro quolibet pe-

petio dictorum armorum,& nihilominus arma amittat,quæ sint ipsius militis inuentoris,quam pœnam exigere teneatur ipse miles sine aliqua condemnatione,& Communi Mut.assignare infra octo dies postquàm repertus fuerit deferre arma sub pœna decem libr.Mut.ab ipso milite auferenda.Si vero extra ciuitatem Mut.repertus fuerit aliquis ciuis iens ad villam portare arma non possit aliquo modo puniri.Sed si aliquis comitatinus,vel habitator comitatus repertus fuerit in ciuitate,vel comitatu tempore pacis deferre arma vetita excepta roncheta,pro laborando puniatur in soldis centum Mut.pro quolibet perio dictorum armorũ.Et quæ supra dicta sunt locum non habeant in forensibus itinerãtibus per vias publicas, siue in ciuitate Mut.siue extra,nec in ciuibus Mutinæ equitantibus, vel pedes euntibus si tamen dicti pedites habeant arma ligata,vel bechatam in ferris dictorum armorum,seu capellum.Et pœnæ prædictæ duplicentur in repertis arma portare de nocte. Volumus tamen quòd aliquis non possit inquiri,nec puniri ratione delationis armorum nisi sic repertus fuerit per militem,vt supra dictum est.Et condemnatio,seu punitio facta contra dictam formam sint nullius momenti.Et nihilominus contrafaciens incurrat pœnam ipso facto librarum vigintiquinq; Mut.communi Mut.applicandã. Arma vetita declarantes fore lanceam,glauarinam,lanzonum,dardum, ronchonum,ronchetam,acetam,sbirum,mazã ferratam, vel de cupro,vel de plũbo,spetum,ensem,stochum,bergaminum,pistorensem,culteleſſam,dagá quadreletum basilerium,cultellum feritorium a cornibus,& quemlibet alium cultellum maioris longitudinis sex vnciarum nisi spuntatus fuerit. Addijcientes quòd dictus miles sociatus,vt supra, & non aliter possit circare quoscunq; voluerit pro dictis armis. Et quemlibet quem reperierit habere arma prohibita possit ducere ad palatium nisi satisfederit de se præsentando, & de soluendo pœnam supradictam & infra terminum supradictum, & ipsum non relaxare donec dictam pœnam soluerit,aut satisfederit de soluendo dictam pœnam infra dictum terminum. Et quilibet qui non permiserit se circari a milite puniatur in libris tribus Mutineñ.& si inuentus voluerit satisfare de se præsentando pœnam soluendo non debeat duci ad palatium,nec detineri sub pœna ipsi militi librarum decem Mutineñ.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouisiones xviiij. xx. xxi. & xxij. ad hoc statutum facientes.

¶ De pœna offendendis Potestatem,& eius Iudices, & officiales Communis Mutiñ. RVB. XXXIX.

SI quis Potestatem Capitaneum,vel Potestatis,Iudices,vel Massarium generalem Communis offenderit pœnæ in nostris statutis limitatæ quadruplicentur.Si vero offenderit iudicem victualium,vel milites ipsius Domini Potestatis pœnæ triplicentur. Si vero birouarios,familiares,vel alios officiales dictorum Dominorum Potestatis,Capitanei & Massarij pœne duplicentur.Et si Potestas,Capitaneus,& Massarius fuerint percussi cum armis in persona tunc perpetuo exuletur vltra pœnas prædictas. Quæ locum non habeant si reperti fuerint noctis tempore extra plateam,vel domos eorum habitationis.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouisionem xxij. ad hoc statutum facientem.

¶ De

¶ De pœna Capitaneorum cinquantinarum,& massariorum villarum non denuntiantium maleficia. RVB. XXXX.

STatutum,& ordinatum est quòd Capitanei cinquantinarum, & massarij villarum,castrorum,& locorum comitatus Mut.teneantur,& debeant denuntiare rixas,& mesclantias factas de quibus Potestas habet arbitrium inquirẽdi ex forma statuti positi sub rubrica de maleficijs in quibus Potestas habet arbitrium in eorum cinquantinis,villis,vel locis. Et non intelligatur de aliqua cinquantina,platea & maior ecclesia.videlicet Capitanei cinquantinarum infra quintam diem. Et massarij villarum & castrorum comitatus Mut. infra octauam diem a die commissi maleficij Domino Potestati , seu Iudici maleficiorũ apponendo ibi nomina delinquentium,& veritatem delicti quam sciuerint, & locum in quo prædicta fuerint,& testes quos crediderint melius veritatẽ scire de prædictis bona fide . Quod si non fecerint puniantur ipsi Capitanei cinquantinarum,& massarij villarum,seu locorum prædictorum in centum soldis Mut.de suo proprio hauere.Maleficia vero,seu rixas de quibus non possit Potestas per inquisitionem procedere secundum formam dicti statuti denuntiare non teneantur,nec cogantur,& si coacti quoquo modo fuerint cogẽs incurrat in pœnam centum libr.Mut.pro qualibet vice ipso facto. Et nihilominus sup ipsa denuntiatione procedi non possit & si processum fuerit processus ipso iure non teneat,nec aliqua condemnatio sequi possit,& secuta non valeat. Et vlterius teneatur ipse cogens ad damna,& interesse cuiuslibet exinde læsi.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouisionem xxiiij. ad hoc statutum facientem.

De pœna villæ,vel loci,vel castri non insequẽtis malefactores. RVB.XXXXI.

STatutum est quòd quælibet villa,vel castrum comitatus Mut. teneatur dare operam ne furta,siue robariæ homicidium,incendium, vel damnum aliquod dari,vel fieri debeat alicui personæ. Et si rumor occasione damni , vel robariæ sonuerit in aliqua villa,castro,vel loco comitatus Mut. quilibet de dicta villa,loco,& castro,& omnes habitantes in ea,& etiam villæ circunstantes , & habitantes in eis teneantur campanas sonare ad stremitam,& currere post malefactores,& eos capere,& in fortiam Communis Mut conducere , & hoc tàm de die quam de nocte.In quibus omnibus & singulis si negligentes fuerint condemnetur quælibet vniuersitas in decẽ libr. Mut. a quinquaginta focolaribus infra,& abinde supra in xxv.libr.Mut.& singularis persona quæ tempore dicti damni,vel robariæ fuerit in dicta villa,vel loco in xx sold.Mut.ille vero qui absens fuerit tunc non teneatur ad dictas condemnationes. Damnum vero siue robaria,& furtum per villam,vel castrum in cuius territorio factum, vel facta fuerit emendetur per omnes habitatores illius terræ, & terrarum confinantiũ cum dicta villa siue fuerint negligentes, siue non.

Et de his teneatur Potestas cognoscere oí die feriato,& non feriato,& sũmarie sine oblatione libelli, & strepitu iudiciorũ Et a die motæ q̃stionis infra xxx, dies deffinire.Et hoc statutũ teneaf Potestas facere præconizari ad arengheriá quolibet anno de mese Ianuarij in die Sabbati hora mercati sub pœna cẽtum libr.Mut.eidem de suo salario auferenda si prædicta omiserit obseruare.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouisiones xxv. & xxvi.ad hoc statutum facientes.

¶ De

¶ De multiplicatione pœnarum in maleficijs. RVB. XXXXII.

SI quis commiserit aliquod maleficium de comprehensis in duobus proxime sequentibus statutis in platea Communis Mut. in quantum se extendit salegatum de lapidibus dictæ plateæ, vel in aliqua ecclesia ciuitatis Mutinæ, vel in palatio iuris, & residentiæ D. Potestatis, vel alibi vbicunq; in præsentia D. Potestatis Mut. pœnæ in dictis statutis compræhensæ duplicentur. Volumus etiá quòd vbicunq; aliquis comitatinus, vel habitator comitatus rusticus commisserit aliquod ex maleficijs antedictis in aliquem ciuem ciuitatis Mutin. pœnæ in prædictis statutis compræhensæ similiter duplicentur. Duplicentur etiam pœnæ prædictæ si aliquod ex dictis maleficijs committatur de nocte. Et intelligatur esse nox post vigesimamquartam horam, vsq; ad campanam diei, quæ pulsatur in mane. Duplicari etiam volumus quascunq; pœnas pecuniarias in qualibet parte nostrorum statutorũ compræhẽsas in quocunq; ciue ciuitatis Mut. qui non subeat onera cum communi Mut. & non sit extimatus in extimo communis Mut. aliquod delictum committente, nisi ea ratione paupertatis non esset descriptus in dicto extimo, & ita onera non subiret.

¶ De pœna percutientis aliquem. RVB. XXXXIII.

SI quis percusserit aliquem a facie inferius manibus vacuis siue cum pedibus sine sanguine condemnetur in tribus libr. Mut. pro qualibet percussione. Si vero percusserit in facie sine sanguine, & liuido, vel machatura condemnetur in decem libr. Mut. Si autem cum liuido, vel machatura, vel cum effusione sanguinis de naribus sine ruprura tamen condemnetur in libris xv. Mut. pro qualibet percussione. Percutiens vero in capite extra faciem sine sanguine condemnetur in libr. quatuor Mut. pro qualibet percussione. Sed si quis percusserit aliquem manibus vacuis, vel pedibus in personam a facie inferius cum sanguine condemnetur in libr. sex Mut. pro qualibet percussione. Et si in facie absq; membri debilitatione, & cicatrice remansura condemnetur in xv. libr. Mut. p qualibet percussione, & si in capite extra faciẽ cũ sanguine condẽnetur in libr. octo Mut. pro qualibet percussione. Percutiẽs aũt aliquẽ sine armis vetitis cum bastone, vel alia materia in personam a facie inferius sine sanguine condẽnetur in libr. sex Mut. pro qualibet percussione. Si vero in facie, vel in capite, & sine sanguine, & membri debilitatione, & ossis fractione condemnetur in libr. xv. Mut. pro qualibet percussione. Et si in personã percusserit a facie inferius cum sanguine sine mẽbri debilitatione, & ossis fractione condẽnetur in libr. x. Mut. pro qualibet percussione. Si vero in facie vel in capite cũ sanguine absq; debilitatione mẽbri, ossis fractura, ac cicatrice remansura in libr. xxv. Mut. condemnetur pro qualibet percussione. Quicunq; vero percusserit aliquẽ cũ armis vetitis, & ferro dictorũ armorũ si percusserit in personã a facie inferius sine sanguine condẽnetur in xxv. libr. Mut. Si verò cũ sanguine absq; membri debilitatione, & ossis fractione condemnetur in quinquaginta libr. Mut. Si vero in facie, vel in capite sine sanguine, & absq; membri debilitatione, & ossis fractione condemnetur in quinquaginta libris Mutinæ. Si vero cum sanguine absq; tamen membri debilitatione, ossis fractura, & cicatrice remansura condemnetur in centum libris Mutinæ pro qualibet percussione. Quicunq; autem per-

cusserit aliquem, & membrum abscíderit, vel debilitauerit cum armis vetitis, vel sine condemnetur in quingentis libris Mut. quarum medietas perueniat ad ipsum cuius membrum fuerit abscissum, uel debilitatum, cui nihilominus saluum sit ius ad damna, & interesse contra talem percutientem, alia uero medietas Communi Mutinæ. Cicatricem uero faciens in facie, seu uulnus faciēs ex quo cicatrix in facie remaneat, uel frangens os condemnetur in ducentis libr. Mut. Et si quis aliquem scarminauerit, aut spinserit, & ex spintura ceciderit in terram absq; eo quòd repercutiendo sanguis factus fuerit condemnetur in libris quinq; Mut. Si vero ex spintura ceciderit in terram, & repercutiendo sanguis factus fuerit condemnetur in decem libris Mut. Si vero ex spintura non ceciderit condemnetur in soldis quadraginta Mutin. Si autem aliquis aliquem ceperit ad gulam, vel ad pectus, vel ad capitium, vel aliquem descapuzauerit condemnetur in libris tribus Mutin. nisi ille quem talis capiens per gulam ad pectus, seu ad capitium, siue descapuzauerit se nolle habere molestè prædicta, vel aliquod prædictorum dixerit. Et tunc in prædictis, & quolibet prædictorum ex prædictis casibus in aliquo non debeat condemnari. Si autem aliquis contra aliquem euaginauerit, vel amenauerit aliquod armorum vetitorum, & non percusserit in libris quinq; Mutin. condemnetur. Si autem aliquis amanauerit cum aliquo bastone, vel alia materia contra aliquem, & non percusserit in quinquaginta soldis Mutin. condemnetur. Et si aliquis contra aliquem lapidem proiecerit, & non percusserit condemnetur in libris tribus Mutin. Ille vero qui cum balista, vel arcu, lancea, vel glauarina, vel dardo traxerit, & manus eius exiuerit contra aliquem, & non percusserit condemnetur in vigintiquinq; libris Mutin. Dantes tamen arbitrium Potestati minuendi dictas pœnas inspecta qualitate percussionis, & personarum percutientis, & percussi.

¶ De pœna eius qui insultum fecerit. RVB. XXXXIIII.

SI quis aliquem assaliuerit, cum armis vetitis studiose, & cum adunantia plurium tribus hominibus ad domum assaliti, vel de ipsa domo per vim extraxerit, vel per vim ipsam domum intrauerit condemnetur in tercētis libr. Mut. qua etiam pœna condēnetur quilibet de dicta adunantia pro quibus aūt exigi dicta pœna nequiuerit teneatur ipse principalis conducens. Si autem sine armis de dicta domo per vim extraxerit condemnetur in centum libr. Mut. Et simili pœna condēnentur singuli qui cū eo fuerint, pro quibus etiam vt supra teneatur. Si aūt insulū fecerit ad domum assaliti cū adunantia prædicta vt supra dictū est, sine tamen armis condemnetur in quinquaginta libr. Mut. & in totidem quilibet de dicta adunātia pro quibus teneatūr vt supra. Si vero sine adunantia aliquis aliquem assaliuerit ad domum ipsius assaliti cum armis vetitis condemnetur in libr. vigintiquinq; Mutin. Si vero sine armis vetitis condemnetur in libtis decem Mutin.

Insultum vero faciens contra aliquē ad alium locum quam ad domū ipsius assaliti si cum armis vetitis condemnetur in x. libr. Mut. si sine armis in v. lib. Mut. condemnetur. Et hoc si sine adunantia, si vero cum adunantia, & cum armis vetitis in quinquaginta libr. Mut. Et si sine armis vetitis in vigintiquinq; libr.

libr.Mut.condemnetur ipsè conducès,& quilibet de adunátia p quibus teneatur vt supra.Declarátes quòd si vulnus, vel percussio secuta fuerit ex dicto insultu,vel vltra dictum insultum minor pœna confundatur cum maiori.

¶De pœna homicidij. RVB. XXXXV.

SI quis per se,vel aliũ dolosè homicidiũ commiserit capite puniatur. Et nihilominus in mille libr.Mutin.condemnetur,quarum medietas perueniat ipso iure ad hæredes occisi,& alia medietas Communi Mutin.applicetur. Et tertia pars bonorum suorum confiscetur.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouisiones xxvij. & xxviij. ad hoc statutum facientes.

¶De assassinis, & eorum pœnis. RVB. XXXXVI.

QVicunq; in ciuitate Mut.burgis,& districtu,comitatu,vel alibi aliquẽ occiderit,vel percusserit,vel assaliuerit prece precio,vel causa ipsum derobandi condemnetur ad mortẽ.Item quòd tanagetur,& furcis suspendetur.

¶De pœna forensium. RVB. XXXXVII.

SI quis forensis pcusserit,vel vulnerauerit aliquẽ ciuẽ Mutin. pœnæ in nostris statutis comprehẽsæ duplicentur.Et si occasione prædicta condẽnetur aliquis forensis in ducentis libr.vel in maiori quãtitate,& non soluerit infra duos menses a die condemnationis factæ de eo manus eius amputetur. Declarantes forenses intelligi quãtũ ad contenta in præsenti statuto omnes qui non habitassent ipsi,vel eorũ ascendentes in ciuitate Mut.vel districtu vltra annum.

¶De pœna offendentium ciues,& comitatinos extra ciuitatem,& comitatum. RVB. XXXXVIII.

SI quis aliquem ciuem,districtualem, vel comitatinum Mutinæ offenderit p se,vel aliũ ẽt extra comitatum Mutinæ puniatur,& condemnetur per Potestatem Mutinæ perinde,ac si ipsum offendisset in ciuitate Mutinæ, districtu, vel comitaru.Et contra tales offendentes teneatur Potestas Mutinæ procedere,& ipsos condemnare,& punire sub pœna ducentarum libr.Mut. irremissibiliter ab ipso per sindicatores auferenda.

¶De pœna receptantium bannitos in eorum terris. RVB. XXXXIX.

QVicunq; cuiuscunq; conditionis existat scienter receptauerit, vel morari permiserit in aliquo castro,seu villa, vel fortilitio ipsius sitis in comitatu Mutinæ,vel diocesi aliquem bannitum ciuitatis Mutinæ quacunq; de causa sit bannitus condemnetur in mille libris Mut.Et in tantundẽ condemnetur communitas in qua steterit talis bannitus,aut receptatus fuerit,& contra talem receptantem,vel receptantes,& ipsam communitatem teneatur Potestas Mutinæ procedere etiam per inquisitionem non obstante aliquo statuto in contrariũ faciente, & ipsum,vel ipsos ac ipsam condẽnare pœna prædicta sub pœna mille libr.Mut.ab ipso Potestate qui neglexerit procedere, & condẽnare infra mensẽ postquam eidem notificatum fuerit,vel ad eius notitiam peruenerit irremissibiliter,& per sindicatores auferenda. Et quilibet possit denuntiare ipsi Potestati prædicta,Et teneatur per ipsum Potestatẽ, & aliũ quemcunq; incredentia,nec pandatur sub pœna centum libr.Mut.a pandente auferenda. Et qlibet de dicta coĩtate possit capi,& a quolibet exigi dicta pœna realiter, & p-

Cabatt. tenet ptm Ecc nõ Senatores qa habuerãt nõ habuerint iurisdictionẽ contra ptenãtes nõ subditos tam quando delinquunt sit forentis, et quia cõe rei eorum iurisdictio nõ extenditur extra territorium cos. 3. n. 10 et seq. arbi. 1. 2 tolut. crimin. sed Ale. cons. 17. lib. 7 declarat, ut ptm Ecc habeat locum quando forensis reperiãt in Ecc territorio, licet Cabalt. nõ placeat ibi. n. 14. Mihi at curiar. videt tenenda Ald. Mascb. conclus. 6. n. 72. et 73. de grauitat. interpretat. ubi tenet ptm valere si inuenat pro tempore offendenti cinẽ Ecc territorij et territorio non ingrediatur, et non ingrediatur, et Ang. in l. vacantia n. 94. C. de bon. vacan. lib. 10 tenet indistincte contra Cabalt. et adducit ibi indicatu Guitti Perusij.

offeret Bald. in l. 1. n. 97. C. de pœnis. Imo. et alios. Adurdo. et Ang. in l. vacantia n. 94. C. de bon. vacan. lib. 10 tenet indistincte contra Cabalt. et adducit ibi indicatu Guitti Perusij.

nil nocet pijs verbis nõ adducat q bannitus in dno sua inuenit, cumq; nõ possit immunis esse a pœna Ecc statuti Rim. tit. in. 626 n. 1 et seq. ubi alios refert.

ſonaliter. Et quilibet qui notificauerit Poteſtati palam aliquē banitū de prædictis retineri p aliquē, vel in aliquo loco ex prædictis habeat, & habere debeat a Communi Mut. p quolibet bānito, & receptatore denuntiato libr. v. Mut. ſi ſecuta fuerit dicta condemnatio aliàs a dicto Poteſtate tēpore ſui ſindicatus.

¶ De incendiarijs, & eorum pœnis. RVB. L.

QVicunq; incendium fecerit ſtudioſe, vel doloſe in domibus, vineis, bladis, igne concremetur, & in emendatione damni, ſeu intereſſe condemnetur damnum paſſo. Et ſi tempore condemnationis fiendæ non foret in fortia Poteſtatis vltra dictam pœnam condemnetur in quingentis libr. Mut. Communi Mut. Si vero in alijs rebus fiat incendium arbitrio Poteſtatis puniatur, & condemnetur ſīm qualitatē loci, & perſonarum, & dānū paſſo emendare teneatur.

¶ De robatoribus. RVB. LI.

QVicunq; aliquē derobauerit, vel depredationē fecerit, ſeu rapinā, aueris, vel perſonarū furcis ſuſpendatur. Et ſi viſum fuerit Poteſtati primo ſtraſſinetur. Et ſi tpe fiendæ condēnationis non erit in fortia Poteſtatis, poſſit vltra dictam pœnam pecunialiter condemnari arbitrio ipſius Poteſtatis.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouiſionem xxix. ad hoc ſtatutum facientem.

¶ De pœna comitatinorum offendentium ciues. RVB. LII.

STatuimus, & ordinamus ad tollendas comitatinorum audacias, & temeritates, ne de facili irruant in ciues, quòd ſi aliquis ruſticus, vel comitatinus occiderit aliquem ciuem Mut. pœna capitis puniatur & in mille libr. condēnetur, & eius bona confiſcentur. Adijciētes, & diſponētes quòd homicidio commiſſo p aliquē ex prædictis, vt ſupra bona patris aui paterni, & oīum aliorū de eadem familia quicunq; fuerint publicētur, nec ex ipſis bonis poſſit dos aliqua exigi, ſeu ſalua remanere, ſed ſimul cum alijs bonis confiſcetur, quorum oīum bonorū, & pœnæ medietas applicetur Communi Mut. & alia medietas ſit hæredis occiſi. Et ſi ruſticus, vel comitatinus non occiderit, ſed percuſſerit ciuem Mut. pœnæ duplicent, vt ſupra prouisū eſt in ſtatuto de duplicatione pœnarū. Et ipſæ pœnæ exigi poſſint, & debeant in bonis ipſius patris, & aui paterni, ac omniū de eorum familia, nec aliqua dos deduci poſſit in præiudicium exactionis dictarum pœnarum, nec poſſit de banno extrahi tale homicidium committens, vt ſupra etiam habita pace. Et omnis prouiſio reformatio decretum, & ordinamentum in contrarium facta nullius ſit momenti. Et etiam poſſit impune offendi, & occidi etiam habita gratia quam pro nulla haberi volumus.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouiſiones xxx. & xxxi. ad hoc ſtatutum facientes.

¶ De eo qui pacem fregerit. RVB. LIII.

PRo euidenti vtilitate, & integratione ciuitatis, & populi Mut. & ad confirmationē dictorū DD. Marchionum, ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi aliquis ciuis comitatinus, vel diſtrictualis ciuitatis Mut. vel aliquis in ciuitate Mut. vel alibi pacē voluntarie fecerit, & intelligatur volūtarie facta ſi in inſtrumēto dictæ pacis contineatur quòd volētes fecerūt cū aliquo, cū quo diſcordiā, & inimicitiā habuerunt dictā pacē debeant inuiolabiliter obſeruare. Et ſi quis dictam pacē fregerit per ſe, vel aliū facto offendendo eum, vel eōs, cum quo, vel cū quibus pacem fecerit in quingentis libr. Mutin. ſine remiſſione condemnetur.

¶ De

¶ De fabricatoribus, & expẽsoribus falsæ monetæ, & tonsatoribus RVB. LIIII.

SI quis falsam monetam fabricauerit in ciuitate Mut. distrĩctu, vel comitatu, vel etiam alibi si modo ad formam monetæ Communis Mut. vel Dominorũ Marchion. igne comburatur omnibus suis bonis publicatis, & in mille libr. Mut. & alij culpabiles, & participes tanquam falsarij monetæ puniantur. Eadem pœna puniatur quicunq; scienter falsam monetam expendiderit, si modo vltra tres libras ipsius falsæ monetæ expendiderit. Si vero aliquis tonsauerit monetam manus dextra ei amputetur. Possit tñ dicta pœna minui arbitrio Potestatis inspecta quantitate delicti, & qualitate delicti, ac conditione personæ.

Require in fine huius libri Maleficiorum Prouisiones xxxij. & xxxiij. ad hoc statutum facientes.

¶ De falsis testibus, & falso instrumento, & eo qui producit falsum instrumentum, falsos testes, & pœna eorum. RVB. LV.

STatutum est quòd quælibet persona quæ falsum testimoniũ tulerit si in causa criminali puniatur ea pœna qua puniretur ille contra quem testificatur si culpabilis foret. Et eadem pœna puniatur producens. Et hoc locum sibi vẽdicet si talis pœna foret corporalis, vel pecuniaria. Si tamen maior fuerit pœna infrascripta alias locum habeat ipsa pœna infrascripta. Si vero in causa ciuili falsum testimonium tulerit, vel instrumentum falsum scripserit, seu fabricauerit si venerit in fortiam Communis Mut. manus dextra ei amputetur, & de ciuitate Mutinæ, & distrĩctu perpetuo expellatur. Si autẽ non venerit ad præcepta Potestatis tunc talis malefactor puniatur, & condemnetur in quingẽtis libr. Mut. & perpetuo banniatur. Et si quis sciens produxerit falsos testes, vel falsum instrumentum cadat a causa, & in centum libr. Mut. Communi Mut. condemnetur. Et si quis alieno nomine sciens produxerit falsos testes, vel falsum instrumentum, seu ipsis falsis testibus, vel falso instrumento vsus fuerit in centum libr. Mut. condemnetur, & a causa cadat. Et insuper eadem pœna condemnetur etiam si per alium productum fuerit instrumentum falsum, seu producti falsi testes. Et ipse principalis producens falsos testes, vel falsum instrumentum intelligatur sciens nisi clare contrarium probauerit. Adijciẽtes quòd quilibet notarius, qui condẽnatus fuerit occasione alicuius instrumenti falsi per eum confecti, seu conuictus fuerit, vel confessus perpetuo sit infamis, & a quolibet perpetuo possit offendi impune, & ab omni actu legitimo semper sit exclusus, nec possit vllo vnquàm tempore instrumenta conficere, seu quoquo modo artem notariæ exercere, nec famæ restitui possit. Et quælibet absolutio decretum, vel ordinamentũ in contrarium factum, vel facta nullius sit momẽti, & ipsis non obstantibus vendicent sibi locum oĩa suprascripta. Mandantes massarijs artis notariorũ quòd singuli semestri teneantur, & debeant conuocare, & conuocari facere omnes, & singulos not. ciuitatis Mut. & in matricula descriptos qui sint præsentes in ciuitate Mut. districtu, vel comitatu, & ipsos monere quòd se abstineant a falsitatibus, & notificare ipsis omnia in præsenti statuto contẽta sub pœna decem libr. Mut. a quolibet massario auferenda, & arti not. applicanda si prædicta adimplere neglexerint q̃ omnimodo ab ipsis sine aliqua condẽnatione Potestas Mut. teneat̃ exigere incontinẽti post x. dies finito semestro officij ipsorũ massariorũ. Qui Potestas sub pœna centũ libr. Mut. teneat̃ inqrere bis in anno vz de mẽse Ianuarij, & Iulij an prædictã monitionẽ, &

statutũ hoc tẽt locũ quando uminor. litem ubi fabes inferre, uel extimo, nisi Ladre l. cũ ille. n. 3.

uide Horoy Cauale. in tract. de brach. Reg. par. 6. n. 477. et Capyc. dec. 67. et quando interuen. pars prodenit falsũ ctra eum autor debet esse causa Cauale. d. par. 6. n. 442. Jas. in l. si in uno ff. de reg. Jur. Ripbit. de act. Bart. v. ad clar. in l. falsum n. 284. qui dicit in uno sup. exceptione admittit falsum, uel si in causa uenantionis ipse produxerit falsum Socin. de causar. amittit Cauale. in d. par. 6. n. 442. Ito in ea postrimo fatetur eam regulam debere approbari cum ipse postrimo tante dec. sto uidi Loffred. cons. 6. glati limita q. n. 100. et seqũ. qui tñ refrendo opinionẽ et contra, ita obtinere dixit, ut difficile sit cognoscere quã sit sententia ipsius

Eãc q. disputat, et hanc partem affirmatiuam Capyc. dec. 25. in fin. pariq. O q. ita 3 cap. 2. uer. no-

cadat Surd. dec. 282. uer. postremo n. 19 et seq. licet reum damnare cum ob usum falsi testimonij, et tante dec. sto, quando autor nihil probauit

notificationem fecerint dictis not. vt supra, de quibus fidem faciant per publi cum instrumentum, & si reperierit ipsam non esse factam ab ipsis dictam pœnã exigere teneatur sub pœna ipsi Potestati imminente libr. centum Mut. ab ipso per sindicatores irremissibiliter auferenda, & Communi Mut. applicanda.

¶ De sponsalitijs & matrimonijs, & pœnis appositis facientibus contra formam huius statuti. RVB. LVI.

NVllus decætero audeat, vel præsumat accipere in vxorem, seu desponsare filiam alicuius de ciuitate Mut. vel districtu etiam de voluntate fœminæ absq; consensu patris, & si patrem non habeat absq; consensu aui, vel proaui paterni ex linea paterna. Et si prædictos non habeat absq; consensu fratrum masculorum descendentium ex linea masculina. Et si fratrem, vel fratres non habeat absq; consensu patrui, his deficientibus absq; consensu duorum proximiorum propinquorum ex vtraq; linea. Quod locum non habeat in muliere viginti annos habente quod in filio masculo etiam obseruetur. Et si quis per vim acceperit filiam alicuius, vel aliam mulierem de ciuitate Mut. vel districtu vim inferens puniatur, & condemnetur secundum formam iuris. Sponsalitia decætero non fiant de nocte. Et si contrafactum fuerit soluat pro banno qui ad dicta sponsalitia fuerit tam sponsus quam sponsa testis notarius, & laudator, & quilibet in centum libr Mut.

¶ De pœna committentis adulterium, stuprum, vel incestum. RVB. LVII.

SI quis de cætero in ciuitate Mut. vel districtu adulterium commiserit cum nupta muliere condemnetur in centum libr. Mut. mulier vero nupta quæ commiserit adulterium tondetur, & verberetur per ciuitatem Mut. & amittat dotem, quæ dos perpetuo sit mariti & eius hæredum. Si vero quis commiserit stuprum cum virgine condemnetur in centum libr. Mut. Si vero cũ vidua, vel alia muliere honeste viuente condemnetur in quinquaginta libris Mut. Si vero cum famula, vel pedisequa alicuius, vel alia muliere leuis vitæ, & conditionis condemnetur in x. libr. Mutin. Et in prædictis casibus aliquis vltra prædictas pœnas non possit condemnari, nec de prædictis possit nisi per accusationẽ procedi. Si vero aliquod prædictorum maleficiorum commissum fuerit p̃ vim capite puniatur. Quicunq; autem monialem, sacratam, vel professam carnaliter cognouerit, vel de monasterio extraxerit capite puniatur. Et eadem pœna puniatur ille qui incestum commiserit cum aliqua sibi coniuncta vsq; in quartum gradum inclusiue computando gradum secundum ius canonicum. Ille vero qui sodomiam commiserit tam agens quam patiens igne concremetur.

¶ De prohibitis vestibus, & alijs iocalibus muliebribus. RVBRICA. LVIII.

ATtendẽtes quòd hoies ciuitatis Mutinæ in vestibus, & alijs iocalibus ornamentis mulierũ, se & sua bona consumunt & ultra quã recipiãt a mulieribus ut plurimũ expendũt in ipsis quod redundat in magnũ præiudiciũ eorum prædictis obuiare volentes statuimus & ordinamus, quòd aliquæ mulieres cuiuscunq; conditionis existant non possint, nec debeant deferre aliquas vestes, quæ terram tangant taliter quòd per terram trahantur aliquo modo, nec aliquas vestes fodratas aliqua pelle in aliqua parte ipsarum uestiũ. Itẽ quòd

nulla

nec aliquas veſtes fodratas aliqua pelle in aliqua parte ipſarũ veſtiũ. Itẽ quòd nulla mulier poſſit, vel debeat habere vltra vnã veſtẽ panni ſerici cum qualitatibus tamen antedictis, nec aliquã veſtem pãni brocati aurei, vel aliter deaurati, vel contexti de auro, nec aliquã veſtẽ recamandã in futurũ aliqua ſpecie recamaturæ, nec poſſint deferre aliquæ mulieres argentũ, vel aurũ ſup aliqua veſte vltra x. vncias argenti in totũ, nec poſſint deferre vltra tres annulos valoris ad plus inter oẽs ducatorum duodecim Mut. nec poſſint deferre vltra ſex vncias perlarũ valoris libr. ſex Mut. pro qualibet vncia ad plus, nec aliquas gemmas, ſeu zoielos vltra ſpecificata ſub pœna ſold. xxxx. Mutin. pro qualibet vice, qua in aliquo prædictorum contrafecerit aliqua mulier, & pro quolibet excelſu contra prædicta exigenda irremiſſibiliter ſine aliqua condẽnatione a viro dictæ mulieris ſi habuerit alias a patre ipſius mulieris ſi patrem habuerit. Et ſi patrẽ non habuerit, vel cum eo non habitauerit a patrefamilias domus in qua habitauerit, vel ab ipſa contrafaciente. Cuius pœnæ tertia pars perueniat ad officialem inuentorem & duæ partes Communi Mut. Et ſi officialis non inuenerit, ſed alius accuſauerit, vel denuntiauerit ipſi officiali tũc tertia pars dictæ pœnæ perueniat ad ipsũ accuſatorẽ, alia tertia pars ipſi officiali exigenti & reliqua tertia pars Communi Mut. Et quilibet ſartor qui ſciſerit aliquod veſtimẽtũ maioris latitudinis, vel longitudinis prædicta ſeu qui inciſerit aliquod veſtimentũ alicui mulieri qualitatis non licitæ tali mulieri pœnã v. libr. Mut. p quolibet uice qua contrafecerit incurrat ipſo facto. Et quòd credatur ſacramento accuſatoris cũ duobus teſtibus ſi accuſator, uel denuntiator fuerit, & teneatur in credentia ſi uoluerit. Ac ipſi officiali, & notario ipſius officialis ſimul credat, & non alijs. Qui notarius teneatur ſcribere ſigna, & qualitatem rei repertæ per modum quòd non poſſint allegari, ſeu ſubijci aliæ res loco repertæ. Quod ſi recuſauerit ad mandata ipſius officialis mulier præſentare per modũ quòd poſſit ueritas apparere pœna dupli committatur, ut ſupra exigenda, & applicãda, ut ſupra. Imponentes iudici uictualiũ Poteſtatis ciuitatis Mut. quòd diligentẽ inquiſitionẽ quolibet die facere teneatur, & debeat de prædictis. Et pœnas, p repertis culpabilibus de prædictis exigere infra tertiã diẽ ſine aliqua condemnatione poſt inuentionẽ factã per ipſum officialem vel denuntiationẽ, ſeu accuſationẽ legitime probatã vt ſupra ſub pœna ipſi officiali xxv. libr. Mut. pro qualibet vice qua prædicta oĩa & ſingula adimplere neglexerit ab ipſo irremiſſibiliter auferenda per ſindicatores, pœna tantundem ipſis negligentibns imminẽte. Et teneatur Poteſtas Mut. tempore ſui introitus ſaltem infra xv. dies, & ſucceſſiue ſingulis tribus menſibus durante ſuo officio præſens ſtatutũ, & contẽta in eo preconizari facere per loca publica, & conſueta ciuitatis Mut. ſub pœna libr. centum Mutin. pro qualibet vice qua prædicta adimplere neglexerit ab ipſo irremiſſibiliter auferenda per ſindicatores ſub pœna tantundẽ ipſis imminente. Et prædicta ſibi locũ non vendicent præterquam in longitudine in vxoribus militum, doctorũ, & nobilium, ac ẽt ciuium artem mechanicã non exercentiũ, & viuentium more nobili, & in vxoribus cuiuſcunq; ciuis qui fuerit in aliquo regimine alicuius ciuitatis, & in vxoribus quorumcunq; ciuium qui ſibi ipſis faciant veſtem eiuſdem panni de quo voluerit vxorem ſuam induere.

¶ Quòd aliquis non perturbet aliquem in possessione. RVB. LIX.

STatutum est quòd nemo possessionem alicuius rei immobilis ab alio possessæ debeat occupare, seu possidentem in ipsa possessione turbare, vel ipsius rei possessionem accipere, seu intrare sua auctoritate sine voluntate possidētis. Et qui contrafecerit, Potestas, & sui iudices teneantur ius conquerenti facere summarie, sine strepitu, & figura iudicij, ac cognoscere sine datione libelli, ac sine strepitu, & figura iudicij, & omnibus diebus feriatis, & non feriatis, & dictā possessionem restitui facere conquerenti, & expensas cum fructibus perceptis, & ipsum a turbatione desistere. Et insuper communi Mutinæ condemnetur in xxv. libr. Mut. Et insuper ius quod habeat in dicta re amittat.

¶ De pœna illius qui imbrigauerit terram alicuius ne laboretur. RVBR. LX.

SI aliquis imbrigauerit alicui ciui, vel districtuali, aut contrastauerit terram suam ne laboretur, vel ne vtatur, vel fruatur soluat pro banno xxv. libr. Mutiñ. Et de prædictis credatur cuilibet de populo sacramento ipsius popularis contra quemlibet potentem, vel non subeuntem onera cum communi Mutin. per modum declaratum in statuto de duplicatione pœnarum, & contra oēs, & singulos familiares seruos, vassallos, tezolanos, potentum, vel non subeuntium onera vt supra Quod locum habeat in præsentibus, & futuris.

¶ De eo qui fecerit iniuriam alicui dicendo ne sis ausus laborare talē terram. RVB. LXI.

QVicunq; iniurias fecerit, vel intulerit alicui laboratori alicuius, vel alicui de sua familia occasione iuris quod dicat se habere in aliqua terra, vel dicendo quòd non sit ausus laborare, vel laborari facere terram, vel possessiones aliquas quas ipse habet, vel tenet in quocunq; loco eas habuerit in ciuitate Mut districtu, vel comitatu, vel eis vti, puniatur in libr. xxv. Mut. Si vero aliqua persona non subiecta Communi Mut. vel non subiens onera cum dicto Communi, vt supra proximo statuto dictum est prædictam iniuriam fecerit condēnetur in centum libr. Mut. Et nihilominus satisfaciat conquerenti de damno dato ab eo.

¶ De domibus non destruendis in ciuitate, seu confinibus ciuitatis, seu in castris. RVB. LXII.

ALiquis homo ciuitatis Mut. vel districtus qui habet domū in ciuitate Mut. vel burgis, aut in aliquo castro districtus Mut. vel quis alius non debeat destruere, nec destrui facere ipsas domos, nisi causa melioris, vel refectionis præstita tamen fideiussione idonea de ipsa domo reficienda infra terminum arbitrio Potestatis statuendū. Et qui contrafecerit soluat p̄ banno libr. xxv. Mut. Cuius bāni medietas sit accusantis, nec in contrariū licētia concedi possit quoquo modo. Et si concessa fuerit non valeat. Et nihilominus prædictā pœnā incurrat ipse destruens & in eandem pœnam licentiam concedens incurrat.

¶ De mellegarijs, & palea non tenendis pro clausendis. RVB. LXIII.

MEllegarios neq; paleam neq; storias in domo aliqua in ciuitate, vel burgis pro clausenda, nemo teneat sub pœna quinq; libr. Mutin. Et Potestas infra decem

decem dies post introitum officij sui teneatur hoc statutum publicari facere per ciuitatem, & burgos sub pœna decem libr. Et ante dictam proclamationē non pœna possit ab ipsis exigi, nec committi.

¶ De pœna tenentium discos, vel banchas, vel obstaculum iter impedientia.

RVB. LXIIII.

NVllus possit tenere in platea Communis Mut. aliquod banchum, siue dischum, siue scaffam, vel aliud simile affixum, seu conficatum sub pœna libr. trium Mut. In strata vero Claudia, vel alibi in stratis, seu vijs ciuitatis Mut. vel burgorum etiam sub porticibus non possit aliquis tenere banchum, discū, scassam, seu aliud quid simile maioris latitudinis duorum brachiorum, seu quæ impediant iter per dictam ciuitatem, vel burgos, quo minus remaneat iter sub porticu saltem latitudinis trium brachiorum ad minus sub pœna prædicta. Possint tamen habentes stationes in dicta ciuitate, vel burgis ante ipsam stationem tenere inter vnam columnam, & aliam, scaffam, quæ non sit maioris latitudinis quam ipsæ columnæ, dummodo non teneantur in loco per quem solitus sit transitus fieri alias puniatur pœna prædicta.

¶ De meretricibus, & lenonibus expellendis de vicinantijs, & de pœna tenentium ipsas, vel ipsos in domibus. RVB. LXV.

STatuimus, & ordinamus quòd Potestas Mut. & eius Iudices & Officiales ad instantiam, vel querelam cuiuslibet de aliqua vicinia teneatur, & debeat in continenti facta sibi fide per duos, vel tres testes de publica voce, & fama quòd illa, vel ille, quam, vel quem expelli petierit minus honeste viuat siue lenocinijū committēdo, seu se prostitui faciendo expellere de dicta vicinia sub pœna quinquaginta libr. ab ipso Potestate vel officiale requisito negligente irremissibiliter auferenda, & Communi Mutinæ applicanda. Et nihilominus teneatur procedere contra committentem lenocinium, & inquirere, & condemnare secundum formam nostrorum statutorum ad instantiam cuiuslibet sub pœna prædicta. Et si aliquis lenocinium commiserit, vel tentauerit aliquam mulierem inducere ad aliquid inhonestum faciendum condemnetur in centum libr. Mutiñ. quas si non soluerit infra decem dies a die condemnationis de eo, vel ea factæ per ciuitatem Mut. fustigetur, & perpetuo banniatur de ipsa ciuitate, & comitatu. Et hoc siue secutum fuerit tale inhonestum tentatum siue non. Si tamen tentata muliere consentiente. Si vero ipsa non consentiente fuerit secutū tale lenocinium committens capite puniatur, nisi ipsa foret vilis conditionis, & inhonestæ vitæ, quo casu pœna pecuniaria prædicta duplicetur. Prohibemus insuper quòd meretrices publicæ non possint exire locū postribuli, & plateā sine fazolo ad collum, & cum chyrotecis in manibus per modum quòd discerni possint ab alijs mulieribus. Sub pœna xx. soldorum Mut. pro qualibet vice, nec in contrarium possit concedi licentia sub pœna prædicta.

¶ De pœna occupantis, vel astringentis stratam, vel publica loca Communis.

RVBRICA. LXVI.

NVllus claudat, vel occupet, aut astringat aliquam stratam publicā, vel vicinalē, vel aliqua alia loca publica Communis Mut. vel castrorū, aut villarū nec occupatam, vel clausam detineat. Et qui contrafecerit soluat pro banno

pro

pro qualibet vice x. libr. Mut. Et nihilominus compellatur obstaculum remouere. Et Capitanei cinquantinarum, & massarij villarum, & castrorum teneantur denuntiare contrafacientes sindico Communis Mut. & D. Potestati ciuitatis Mut. infra quinq; dies post attentationem occupationis sub pœua centum soldorum Mut. Qui sindicus facta sibi denuntiatione prædicta teneatur infra biduum instare cum dicto Potestate, quòd opus prædictum remoueri faciat, & in pristinum statum reduci, seu prohibere quo minus fiat. Ad cuius instantiam teneatur Potestas prædicta executioni mandare infra octo dies sub pœna xxv. libr. Mut. Et quòd omnes, & singuli ciuitatis Mut. & burgorum, qui nunc habent, vel habituri sunt de cætero porticalia, siue tassella super stratas, seu publica communis tendentia ab vna domo ad aliam, siue quibus itur ab vna domo ad aliam possint & debeant licite, & impune, & eis licitum sit ipsa porticalia, seu tassellaibi habere, & tenere coperta, & discoperta, & ipsa tassellare, & coperire, & tassellata, clausa, & coperta tenere, & habere prout voluerint dummodo sint tantæ altitudinis quòd currus oneratus fœno, vel paleis possit habiliter pertransire sub ipsis. Et dummodo non fiant, nec teneantur super strata Claudia, nisi tantum alta sint, aut fiant, quòd sub ipsis transire possit vnus eques cum lancea recta absq; eo quòd ipsum pozolum tangat. Et si aliter facta sunt remoueantur, & ipsa remoueri faciat Potestas, & ne fiant prohibere sub pœna libr. centum Mut. ab ipso per sindicatores irremissibiliter auferenda. Et contrafacientes punire, & condemnare sub pœna xxv. libr. Mut. facta tamen notificatione publicata contentorum in præsenti statuto per decem dies quam facere teneatur Potestas infra mensem post publicationem præsentis statuti sub pœna antedicta. Et quòd omnes, & singuli habentes casamenta, vel domos in ripa canalis, qui dicitur canale magnum quod labitur per ciuitatem Mut. a molendino de Donza vsq; ad Ecclesiam Sanctæ Margharitæ, volentes edificare super ipsis casamentis, & domibus possint ædificare, & ædificia facere super viam publicam ad ripam canalis alta a terra per decem brachia, ita quòd non noceat euntibus, & redeuntibus cum personis, bobus, & plaustris oneratis, & animalibus, & equis per dictam viam faciendo in ripam dicti canalis per totam suam spondam muri altam super terra per brachium ad conseruationem dictæ ripæ & vtilitatem habentium penes ipsum canale.

¶ De tenendis apertis porticibus. RVB. LXVII.

POrticus domus circa plateã communis debeãt aperiri, & aperti teneri ſm modũ consuetũ. Et qui contrafecerit soluat pro bãno pro qualibet vice xx. soldos Mut. & in quacunq; parte ciuitatis Mut. & burgorum portici domorũ sint, & esse debeant aperti sine aliquo impedimento muri per transuersũ porticorum. Et quòd nullus debeat eleuare, vel leuatum tenere ad modum tribi terrenum porticus domus suæ vltra porticum vicini sui. Et qui contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit condemnetur in decem libris Mut.

¶ De turpitudine non facienda circa Ecclesiam, & turrim, ac palatium Communis Mutinæ. RVB. LXVIII.

STatutum est quòd circa Ecclesiam, & turrim Sancti Geminiani, ac prope palatia communis, nec in ipsis palatijs, seu superscalis eorum nemo mingere, seu

seu turpitudinem aliquam facere, vel proijcere, vel proijci facere vrinam, seu turpitudinem aliquam in platea Communis Mut. nec letamen tenere debeat per duas perticas prope. Et qui contrafecerit soluat pro qualibet vice pro banno x. soldos Mut. Et quilibet possit accusare, & habeat medietatē bāni. Et Potestas, & eius officiales inquirere, procedere, & punire contrafacientes possit, & teneatur.

¶ De non proijciendo lapidem in dicta Ecclesia, nec pirlando in ea.

RVB. LXIX.

STatutum est ad honorem S. Geminiani quòd nullus proijciat lapidem, nec ludat ad dados armelas, siue nuces in ipsa ecclesia, nec pirlet in ea. Et qui contrafecerit si fuerit maior quatuordecim annis soluat pro banno qualibet vice xx soldos Mut. Si vero minor quatuordecim annis soluat pro banno quinque soldos Mut. vel pater, vel rector eius. Cuius banni medietas sit accusantis, vel denuntiantis.

¶ De non ludendo ad ferutas, nec portando fronziam per ciuitatem.

RVBRICA. LXX.

NVllus debeat ludere ad ferutas, nec portare fronziam, nec proijcere cum balotaria, vel arcu per ciuitatem. Et si quis contrafecerit pater puniatur pro eo in decem soldis Mutin.

¶ De eo qui imbrigauerit nauigium. RVB. LXXI.

SI quis imbrigauerit, vel imbrigatum tenuerit nauigium ita quòd naues non possint ire libere, & expedite a Mutina vsq; ad Padum & specialiter vsq; ad Bondenum per Potestatem suo arbitrio realiter, & personaliter puniatur.

¶ De lapidibus magnis non extrahendis de episcopatu. RVB. LXXII.

LApides magni qui fodiuntur de terra non extrahantur extra episcopatum Mut. & qui contrafecerit lapides publicentur, & venditor pretiū amittat, cuius banni medietas sit accusantis, & alia medietās perueniat in Communi.

¶ De pœna illius qui vendiderit rem eandem duobus.

RVBRICA LXXIII.

QVicunq; vendiderit duobus diuersis temporibus rem eandem mobilem, vel immobilem Potestas teneatur ei qui vendiderit rem mobilem auferre centum soldos Mut. Ei vero qui vendiderit rem immobilem vt supra libras xxv. Mut. & prima venditio ipso iure teneat, secunda pro nihilo habeatur. Et hæc sibi locum vendicent si ipse venditor pretium, vel maiorem partem precij a primo emptore recepisset, vel termino conuento ad soluendū ipsum precium pendente venderet alteri, seu termino nullo conuento infra mēsem post perfectam primam venditionem alteri venderet, post vero terminum conuentum per contrahentes, vel termino non conuento post mensem si precium non fuerit solutum alteri personæ impune vendere possit.

¶ De pœna illius qui sacramentum receperit pro pace non facienda.

RVB. LXXIIII.

STatutum est quòd si aliquis receperit sacramentum promissionem, vel pignora, seu aliquam aliam obligationem ab aliquo, vel aliquibus de non faciendo pacem de aliqua offensione alicui, vel aliquibus facta sine parabola, & con-

consensu alicuius, vel aliquorum Potestas teneatur ei qui fecerit nomine banni auferre quinquaginta libras Mut. & tantundem ab eo qui dictum sacramẽtum, promissionem, vel pignora, seu aliam obligationem alicui præstiterit, vel fecerit in tantundem not. qui rogatus fuerit de instrumento puniatur, & Potestas teneatur ei qui dictam securitatem pignus obligationem, vel pignora receperit compellere eum, vel eos a quo, vel a quibus receperit, vel receperint dictam securitatem pignus, pignora, vel promissionem de quibus banni medietas sit accusantis.

¶ Quòd nullus laicus terrigena, vel forensis possit interesse alicui electioni, alicuius ecclesiæ præbendæ, vel prælati, vel clerici tempore ipsius electionis. RVB. LXXV.

STatuimus, & ordinamus, ac inuiolabiliter præcipimus obseruari, quòd nullus laicus, terrigena, vel forensis audeat, vel præsumat se intromittere de aliqua ecclesia, beneficio, vel præbenda, seu etiam prælatura in ciuitate Mut. vel districtu, nec tempore vacationis alicuius ecclesiæ ad ipsam ecclesiam accedere, seu stare cum clericis, vel sine clericis in ea, vel eius pertinentijs, donec ipsa electio fuerit celebrata, & electio effectualiter confirmata, nec de ipsa electione, modo aliquo, vel ingenio imbrigare præsumat, nec ipsos ad quos spectat electio aliqualiter impedire quo minus liberam faciant electionem de persona quam velint. Et qui contrafecerit si fuerit de potentibus in quingẽtis libr. Mutin. & si de popularibus in tercentis libr. Mut. & minus arbitrio Potestatis condemnetur inspecta conditione personæ, & negotij qualitate. Saluo quòd iuris periti tam aduocati quam notarij, & testes necessarij, & legitimi patroni beneficiorum dictæ electioni possint libere interesse.

¶ Quod nullus possit citari pro eadem re nisi in vno loco. RVB. LXXVI.

STatutum est quòd si aliquis fecerit citari aliquem coram aliquo iudice, vel officiali Communis Mut. occasione aliqua, & postea illum coram alio iudice fecerit citari pro eadem causa infra sex menses a die primæ citationis, quod condemnetur in viginti soldis Mut. Post vero sex menses possit coram alio iudice, vel tribunali citari, si tamen citari faciens satisfaciat expensas factas per citatum coram primo iudice.

¶ De pœna illius qui negauerit filiationem paternitatem, vel fraternitatem. RVB. LXXVII.

STatutum est quod si aliqua persona suo nomine, vel alieno negauerit filiationem, paternitatem, vel fraternitarem in aliqua causa, vel quæstione, & postea probabitur contra eum de eo quod negauerit condemnetur pro quolibet & qualibet vice in centum soldis Mut. Quod etiam locum habeat in sacramẽto credulitatis. Et prædicta locũ habeant inter ciues, & comitatinos Mut. tãtũ.

¶ De pœna singularis personæ receptantis in domo aliquem bannitum Communis. RVB. LXXVIII.

STatutum est quòd nullus magnus, potens, vel aliquis alius audeat, vel præsumat tenere, recipere, vel receptare in domo sua propria, vel conducta, vel teneri facere in ciuitate Mut. vel burgis, seu districtu, vel comitatu aliquem bãnitum

nitum

nitum ad pœnam corporalem modo aliquo, vel ingenio, nec auxilium, vel consilium, vel iuuamen ei dare, vel præstare dicto vel facto. Et qui contra faceret, vel veniret, puniatur, & condemnetur in centum libr. Mut. p quolibet, & qualibet vice realiter, & personaliter ad voluntatem D. Potestatis. Qui vero receptauerit aliquem bannitum pœna pecuniaria, seu ipsi aliquod auxilium, consilium, vel iuuamen, dicto, vel facto præbuerit siquidem sit bannitus in quantitate libr. quingentarum, vel abinde supra condemnetur in libr. quinquaginta Mut. A quingentis vero libris infra vsq; ad centum condemnetur in libris xxv. Mut. A centum vero libris infra vsq; ad xxv. libras inclusiue condemnetur in centum soldis Mut. talis receptans, auxilium, consilium, vel fauorem præstans. Et quilibet possit accusare contrafacientes publicè, & priuatè, & habeat medietatem condemnationis, & teneatur in credentia. vide I. pag. 234 provis. 21

¶ Quòd nulla villa, castrum, vel vniuersitas audeat, vel præsumat ponere aliquam collectam, vel mutuum. RVB. LXXIX.

STatutum, & ordinatum est quòd nulla villa, castrum, vel uniuersitas cuiuscunq; conditionis, & status existat, audeat, uel præsumat de cætero imponere, seu imponi permittere aliquam collectam, uel mutuum, uel datia, uel aliquod aliud loco prædictorum quocunq; nomine censeatur in fraudem prædictorum occasione dandi, donandi, uel mutuandi alicui nobili, uel potenti, uel alteri personæ nomine eorum, uel alicui de eorum familia sub pœna, & banno uniuersitati contrafacienti, & habitanti a quinquaginta focholaribus supra cêtum libr. Mutin & ab inde infra in quinquaginta libr. Mutin. Et cuilibet arenganti, & notario scribenti xxv. libr. Mut. Et quilibet in dicta congregatione fuerit & consenserit, seu expressè non contradixerit in libr x. Mutin. condemnetur. Et quilibet possit accusare, denuntiare publice, & priuatim, & teneatur in credentia & habeat medietatem condemnationis & testes qui testificabuntur in prædictis etiam perpetuo teneãtur in credentia. Et insuper dictus Potestas per se possit inquirere publice, & priuatim ad eius voluntatem cum tormentis & sine tormentis habendo arbitrium in prædictis. Et potens cuius nomine prædicta imponentur condemnetur in ducentis libr. Mut. pro qualibet vice. Et quòd nullus potens ab aliquo ciue, vel comitatino ciuitatis Mut. vel districtus, vel in bonis alicuius ciuis Mutin. vel districtualis aliquid extorqueat minas, vel terrorem inferendo per se, vel per alium, vel aliqua ratione, vel causa. Et D. Potestas possit, & debeat inquirere, & tormentis subijcere testes, & delinquentes in prædictis, & quolibet prædictorum præcedentibus inditijs, vel non. Et dictum vnius testis, vel fama habeatur & teneatur pro plena, & legitima probatione si fama fuerit in dicta villa, vel loco seu castro, siue etiam in ciuitate Mut. non obstante quòd testes de fama sint singulares in dicto suo. qui testes teneantur in credentia si voluerint. Et quòd massarius dictæ villæ, vel castri seu loci & quilibet alius prædicta, vel aliquod prædictorum procurans dicto, vel facto in quinquaginta libr. Mut. soluendis Communi Mut. condemnetur. Et nihilominus dicta villa, castrum, seu vniuersitas tantundem quantũ erit collecta, mutuum vel datia imposita modo prædicto, seu imponenda de cætero dare, & soluere Communi Mut. teneatur. Ad quam condemnationem vniuersi-

uersitatis,villæ,vel castri,non teneantur absentes,vel contradicentes viduæ, & pupilli,nec illi qui de iure non tenentur esse ad arengum. Et dictum statutū præconizetur per ciuitatem,& burgos in locis publicis infra mensem primum introitus D.Potestatis Mut.sub pœna libr.centum Mut.ab ipso Potestate præ dicta oìa,& singula non obseruante irremissibiliter per sindicatores auferēda.

¶De baratarijs puniendis. RVB. LXXX.

STatutum est quòd nulla persona cuiucunq; conditionis existat,audeat, vel præsumat per se,vel per alium corrumpere, seu barataríam facere cum aliquo officiali,terrigena,vel forensi.Nec aliquis officialis,terrigena, vel forensis, audeat,vel præsumat facere aliquam baratariam,vel collusionem cum aliqua persona, & ipsa persona corrumpens, vel corrumpere attentans aliquem officialem Cummunis Mut.ipso facto cadat a causa.Et nihilominus incurrat pœnam centum libr.Mut.ab ipso corrumpente,vel corrumpere tentante irremissibiliter sine aliqua condemnatione a Potestate, & a quolibet alio officiali auferenda.Et si officialis se corrūpi pmiserit incurrat ipso facto in pœnā tercētarum libr.Mut.ab ipso per sindicatores irremissibiliter auferenda.Et nihilominus si aliquem læserit prece precio,vel aliqua gratia teneatur parti læsæ ad dānum,& interesse in quadruplum. Et intelligatur officialis corruptus,si probabitur ipsum officialem recepisse ab aliquo aliquam quantitatem pecuniæ, vel aliam quamlibet rem maioris valoris x.soldorum Mut. Prohibētes quibuscūq; officialibus Communis Mut quòd aliqua ratione,vel causa,quæ dici,vel excogitari possit,non possint,nec debeant aliquam quantitatem pecuniæ,nec aliam rem maioris valoris vt supra quoquo modo etiam occasione delegationis sibi factæ examinationis testium,seu alia quacunq; causa etiam a volentibus recipere vltra quam expresse a nostris statutis sit permissum, & alio casu quam pmissis ex forma nostrorum statutorum sub pœna antedicta ipso facto commit tenda,& exigenda qualibet vice qua contrafactum fuerit vt supra. Itē ad hoc, vt dictæ barataríæ, & collusiones cessent, statutum & ordinatum est quòd si aliquis fecerit aliquam baratariam cum aliquo officiali, terrigena, vel forensi, vel ipsum officialem corruperit in officio qualitercunq; possit licite,& impune eas pandere,& super his testimonium ferre tempore sindicatus,& ante. Cui tamen soli non credatur. sed volumus quòd ad probandum baratariam commissam per officialem sufficiat probatio vnius testis omni exceptione maioris.

¶De pœna prohibentis pignus accipi,vel tenutam dari.

RVB. LXXXI.

STatutū est quod quilibet qui pignorari debet ex parte D. Potestatis, seu cuiuslibet alterius officialis Communis Mut.iurisdictionem habentis sup hoc si prohibuerit nuncio Communis habenti mandatum de pignorando in scriptis subscriptum manu not.& sigillatum sigillo officialis cuius mandato pignorari debet, sibi pignus accipi, condēnetur in decem soldis Mut.si ille ad cuius instantiam pignorari debuerat hoc voluerit, & non aliter,qui possit quandocunq; ante publicationem condemnationis accusationi renuntiare. Et renuntiatione facta si condemnatio sequeretur non valeat ipso iure. Quæ omnia sibi locum vendicēt etiam in casu sequenti. Et si prohibuerit sibi tenutam accipi

con-

condemnetur in xx. ſoldis Mut. Et de prædictis credatur relationi nuntij habẽ tis præceptum de hoc vt ſupra a iudice competenti. Saluo quòd ſi talis qui debet pignorari venerit coram dicto officiali cum dicto nuntio, vel ante, vel ea die periturus mandatis dicti iudicis, & ſcribi fecerit in actis ad dictam pœnam minime teneatur.

¶ Quod nullus potens, clericus, vel laicus, audeat cognoſcere de aliqua quæſtione. RVB. LXXXII.

ITem prouiderunt, & ordinauerunt quòd nullus potens, nec de eorum pgenie, clericus, vel laicus naturalis, & legitimus, vel naturalis tantum audeat, vel præſumat cognoſcere de aliqua cauſa, lite, vel quæſtione ciuili, vel criminali perſe, vel alios inter aliquos de ciuitate Mut. vel de Fregnano, vel de Abbatia comitatu, vel alicuius terræ, loci, vel caſtri dioceſis Mut. nec ſententiá, laudum, vel arbitramentum dare, vel dari facere inter prædictos, vel aliquẽ prædictorum, nec aliquam poteſtariam, vicariam, ſindicariam, vel aliquod aliud regimen, quocunq; nomine cenſeatur recipere, vel exercere, perſe, vel palium in aliqua villa, vel caſtro, vel ciuitate, vel locis prædictis nec aliquid extorquere, vel petere ab aliquo ciue, vel comitatino contra eius voluntatem vel ab aliquo commune prædicto. Sed omnes de ciuitate Mutinæ, diſtrictu, & comitatu teneantur, & debeant venire coram officialibus Communis Mutinæ ad ius petendum, tam in ciuili, quam in criminali. Et potẽs, vel de progenie ipſorum, qui contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit puniatur, & condemnetur in ducentis libr. Mut. pro quolibet, & qualibet vice, & obligatio, & ſententia laudum, vel arbitramentum ipſo iure non valeat. Et quilibet prædictorum inter quos cognouerit, ſententiauerit, perceperit, vel arbitratus fuerit, puniatur, & condemnetur in vigintiquinq; libris Mut. pro quolibet, & qualibet vice, niſi infra tertiam diem denuntiauerit Domino Poteſtati, vel eius iudici. de qua denuntiatione appareat ſcriptura publica manu not dicti D. Poteſtatis. Et not. qui ſcripſerit prædicta vel aliquod prædictorum facta per dictos potentes puniatur & condemnetur in vigintiquinq; libris Mut. pro quolibet, & qualibet vice. Et maſſarij collegij artis not. teneantur, & debeant ipſum facere cãcellari de arte notariorum, & ipſo iure, & facto habeatur pro cancellato & nũquam poſſit exercere artem notariæ in ciuitate Mut. vel diſtrictu, vel comitatu. Et qui'ibet qui pro tali potente fecerit contra prædicta, vel aliquod prædictorum puniatur, & condemnetur in vigintiquinq; libris Mut. pro quolibet & qualibet vice, & habeatur pro exempto a protectione Communis Mut. donec ſoluerit dictam condemnationem. Et ſi prædictus potens, ſeu de eorum progenie fuerit clericus contra prædicta, vel aliquod prædictorum habeatur ipſo iure, & facto ipſe, & ſui familiares pro exemptis a protectione, & defenſione Communis Mut. donec fuerit ſoluta condemnatio de ipſo facta, vel ſolutũ id quod fuerit declaratũ ipſum ſoluere debere qui fecerit contra prædicta, vel aliquod prædictorum. Et nihilominus proximior laycus de progenie ſua compellatur ad ſolutionem dictæ condẽnationis. Et villa, vel càſtrum, uel uniuerſitas quæ elegerit, uel receperit, uel paſſa fuerit aliquem potẽtẽ officium, regimẽ, uel Poteſtariam, uel uicariam facere contra prædictam formam condẽnetur in quin-

gen-

gentis libr. Mut. pro quolibet, & qualibet vice. Et massarij villarũ, & castrorum in quibus talia committerentur, teneantur vinculo sacramenti denũtiare oẽs potentes, & de eorum progenie, & oẽs alios facientes contra prædicta, vel aliqd prædictorũ, pœna, & bãno xxv. libr. Mut. de suo hauere. Et quinquaginta libr. Mut. de hauere ipsius Communis. Quã ꝓuisionẽ teneant massarij dictarũ villarũ, & castrorũ in scriptis accipere de mẽse Ianuarij, & quolibet mẽse legi facere in consilio, vel arengho, & de ipsa lectione fieri faciãt publicũ instrumentũ. Et de prædictis oĩbus, & singulis teneat, & debeat D. Potestas qui nũc est, vel ꝓ tpe fuerit ꝓcedere, & cognoscere ꝓ accusationẽ, & denũtiationẽ, notificationẽ, vel inquisitionẽ sũmarie, sine strepitu, & solẽnitate iudiciorũ oĩbus diebus feriatis, & non feriatis. Et qlibet possit accusare, & denuntiare, & habeat medietatẽ banni, & condẽnationis. Et Potestas Mut. infra mensẽ a die sui introitus teneat sub pœna antedicta contẽta in pñti statuto præconizari, & notificari facere ad arẽgheriã palatij Coĩs Mut. Et teneãtur sindicatores specialiter de contẽtis in pñti statuto dictũ D. Potestatẽ sindicare, & reptũ culpabilẽ negligẽtẽ, & remissum condẽnare sub pœna xxv. libr. Mut. cuilibet ipsorũ sindicatorũ imminẽte.

¶ De iudicibus, & notarijs non offendendis. RVB. LXXXIII.

STatutũ est quod nullus de cætero audeat, vel præsumat offendere, vel offendi facere aliquẽ iudicẽ, seu notariũ scriptos in collegijs artiũ ipsorũ iudicum, vel notariorũ ciuitatis Mut. occasione alicuius aduocationis, procurationis sindicariæ, vel officij, quã, vel quod fecerit, vel exercuerit in palatijs Coĩs Mut. vel alibi contra eũ. Et si aliqs potẽs contrafecerit puniatur, & condẽnetur in quadruplũ pœnarũ contentarũ in statutis & ꝓuisionibus Coĩs Mut. Si vero fuerit popularis puniatur, & condẽnetur in duplo dictarũ pœnarũ contentarũ in dictis statutis, & ꝓuisionibus. Et si aliquis familiaris alicuius potẽtis, seu alicuius forensis contrafecerit, & dictã condẽnationẽ soluere non posset quadruplicatã, vt supra dictũ est puniatur, & condẽnetur ꝑsonaliter arbitrio D. Potestatis q ꝑ tpe fuerit infra tertiã diẽ. Et credatur contra potẽtes, & eorũ familiares, & contra forẽles sacramẽto iudicis, vel notarij offensi iurãtis se esse offensũ, vel ꝓcussũ occasione dictæ aduocationis, procurationis, seu officij prædictorũ sine aliqua ꝓbatione testiũ, & ẽt sacramento hæredis iudicis, vel notarij prædictorũ, si prædicti fuerint occisi, & iurauerint eos esse occisos occasionibus prædictis. Adijciẽtes quòd si aliquis dixerit verba iniurioſa alicui aduocato, procuratori, vel sindico, seu notario occasionibus prædictis, vel aliqua ipsarum condemnetur in xxv. libr. Mut. Et credatur sacramento dicti aduocati, procuratoris, sindici, vel notarij contra quem dicta essent dicta verba. Et de prædictis possit inquiri.

¶ Quòd nullus improperet offensam, vel disputet de parte. RVB. LXXXIIII.

ITem quòd nulla persona terrigena, vel forensis, audeat in ciuitate Mut. vel districtu contendere, vel disputare cum aliquo de aliqua parte ghelfa, vel ghebellina, vel alia, nec improperare alicui aliquam offensam quæ facta esset ab aliquo dictæ ciuitatis contra alium de ciuitate potentem, vel populare sub pœna cuilibet de domo nobilium quinquaginta librarum Mut. populari xxv. libr. qui contrafecerit, quam si non posset soluere condemnetur ad standum in carceribus per sex menses.

¶ De

¶ De pœna officialium qui fraudē commiſerint in officijs. RVB. LXXXV.

SI cognouerit Poteſtas aliquē officialē Coís Mut. vel notariū exiſtentē in officio, dolū, vel fraudē feciſſe, teneatur in conſilio nūciare, & ab officio priuare & feudū ei auferre, & tātundē de ſuo, & illud in quo dolū, vel fraudē commiſerit in pecuniaria re q̄ꝫ ꝑ ſe, vel in ſuos vſus retinuerit in duplū eū reſtituere compellat. Idē obſeruetur in officialibus villarū, & terrarū epiſcopatus Mut. & de his q̄ ſunt ſup̄ laborerijs vicinorū ciuitatis Mut. & de laborerijs vniuerſitatis, & terrarū epiſcopatus Mut. Et q̄libet poſſit accuſare, & denūtiare habiturus meritatē condēnationis. Et teneatur í credētia ſi ei placuerit. Et Poteſtas teneat̄ inq̄rere de prædictis ad poſtulationē cuiuſlibet ſub pœna tercentarū lib. Mut. ab ipſo Poteſtate irremiſſibiliter auferenda ſi prædicta neglexerit adimplere.

¶ Quod officiales nihil accipiant ab hominibus de foris, vltra quam habere debent per ſtatuta. RVB. LXXXVI.

ORdinatū eſt quod officiales Coís Mut. & notarij exiſtētes in officio q̄ vadūt p̄ diſtrictū Mut. non poſſint, nec debeāt exigere, vel accipe ab aliquo Communi, vel ſingulari p̄ſona, ſeu vniuerſitāte occaſione ſui ſalarij, vel expēſarū, nec aliqua alia de cā, niſi ſalariū quod ſibi conceditur p̄ ſtatuta Coís Mut. vel conceditur p̄ reformationē conſilij generalis Coís Mut. Et q̄ contrafecerit ſoluat p̄ bāno x. libr. Mut. p̄ qualibet vice. Et reſtituat id totū quod plus acceperit cū pœna dupli. Et quilibet accuſare, & denuntiare poſſit contrafacientem. Et Poteſtas teneatur de prædictis inquirere ad poſtulationem cuiuſlibet.

¶ Quod nullus debeat iurare fidelitatem, nec fieri vaſſallus alicuius. RVB. LXXXVII.

NVllus de cætero audeat, vel præſumat, nec debeat iurare fidelitatē alicui, nec fieri vaſſallus alicuius aliqua occaſione, vel ingenio quæ excogitari poſſit. Et qui contrafecerit ſi fuerit Dñs amittat rē, ſiue denarios quos dedit, & veniat in Communi. Qui vero iurauerit fidelitatē, & factus fuerit vaſſallus contra prædictum modū ſoluat pro banno qualibet vice xxv. libr. Mut. Et caſſum, & irritū habeatur quicquid factū fuerit. Et nullus tabellio debeat íde facere inſtrumentū. Et qui contrafecerit ſoluat p̄ banno x. libr. Mut. pro qualibet vice medietas quorum bannorum omnium ſit accuſantis, & denuntiantis.

¶ De obſeruantia ſtatutorum, & pœna non obſeruantiū. RVB. LXXXVIII.

MAlitijs cupientiū effugere obſeruationem ſtatutorū Coís Mut. obuiantes, ſtatuimus, & ordinamus quòd nullus cuiuſuis ſtatus, & conditionis exiſtat, audeat, vel præſumat dicere, opponere, vel allegare quòd aliquod ſtatutū compræhenſum in volumine ſtatutorum Coís Mut. non valeat aliqua ratione, vel cauſa etiam ſi diceretur fore, & eſſe contra libertatem eccleſiaſticā. Et ſi quis auſu temerario dixerit, oppoſuerit, vel allegauerit aliquod ſtatutū non valere ſoluat p̄ pœna libr. quingentas mut. Et in eandē pœnā incurrat iudex ipſo iure qui dictam allegationem, vel exceptionē admiſerit, vel p̄ eam ſtatutum aliquod ſeruare diſtulerit. Et ſi talis opponens, vel allegans non fuerit ſuppoſitus iuriſdictioni D. Poteſtatis Mut. perpetuo non audiatur in aliquo ſuo iure, nec ei ius reddatur per aliquem officialem Communis Mutinæ agendo, excipiendo, vel accuſando, & ſit exemptus a protectione Communis Mutinæ.

¶ De pœna furtum committentis. RVB. LXXXIX.

SI quis furtũ commiſerit in ciuitate Mut. diſtrictu, vel comitatu de re minoris pretij x. lib. ꝑ primo furto condemnetur in lib. xxv. Mut. ꝑ ſecundo vero furto ſi ſimul coaceruata non fuerint de maiori quantitate, vel re maioris quãtitatis xxv. lib. fuſtigetur, ſi tamen dicta furta ſimul fuerint de re maioris quantitatis, vel maiori quantitate x. lib. Si vero dictum primum furtum foret de maiori quantitate x. lib. non tamen maioris quantitatis xxv. lib. poſſit fuſtigari, vel etiam in pecunia condemnari ꝓut viſum fuerit Poteſtati Mut. Si vero ipſum primum furtum fuerit de maiori quantitate xxv. lib. poſſit ſuſpendi, vel mitius condemnari in perſonam inſpecta qualitate perſonæ furtum committentis. Similiter poſſit, & debeat puniri quilibet qui tertium furtum commiſerit cuiuſcunq; quantitatis fuerit dummodo ſimul coaceruata fuerint maioris quantitatis x. lib. Et in omni caſu non compræhenſo in præſenti ſtatuto condemnetur arbitrio Poteſtatis. Et ſemper condemnetur quilibet ad reſtitutionem rei, ſeu rerum furto ſubtractarum in duplum furtum paſſo.

¶ De pœna Medici qui bis infirmum viſitauerit, qui confeſſus non fuerit. RVB. LXXXX.

PRopter bonum, & ſalutem animarum, & vt minus infirmi terreantur, ſtatuimus, & ordinamus quod quilibet Medicus, qui de cætero aliquem infirmũ viſitauerit in ciuitate Mut. diſtrictu, vel comitatu teneatur prædicere infirmo qualicunq; infirmitate oppreſſo, prima vice qua ad ipſum acceſſerit, quod debeat ſua peccata confiteri, & venerandum Chriſti corpus aſſumere. Et quod ad eum viſitandum ſecundo non accedat niſi prædicta ipſe infirmus effecerit. Et non poſſit ipſe Medicus ſecundo ad infirmum accedere, niſi ei conſtiterit infirmum confeſſum eſſe, & Corpus Chriſti aſſumpſiſſe. Et quilibet Medicus qui contra prædicta fecerit quoquo modo per D. Poteſtatem Mut. in lib. x. condemnetur. Et vt huius ſtatuti ignorantia prætendi non poſſit, volumus quòd quilibet Poteſtas ciuitatis Mut. infra mẽſem a die introitus ſui officij teneatur ſub pœna xxv. lib. compræhenſa in præſenti ſtatuto per præconem Communis Mut. præconizari facere per loca publica ciuitatis Mutinæ.

¶ De caſſatione trium voluminum ſtatutorum antiquorũ. RVB. XCI.

STatuimus, & ordinamus quòd omnia ſtatuta poſita in primo libro, tertio, & quarto ſtatutorum Communis Mutinæ cum additionibus, ꝓuiſionibus, decretis, & ordinamentis quibuſcunq; factis ſuper, & de contentis in dictis tribus libris de connexis, & dependentibus ab eiſdem quæ hactenus obſeruata fuerũt ſint caſſa, & irrita nullius valoris efficaciæ, vel momenti in totum in omnibus eorum partibus. Et deinceps ſeruentur, & ſeruari debeant ſtatuta præſentia, & præſentialiter edita, & compoſita. Quæ tamen vendicent ſibi locum in futuris, & non præteritis, in quibus præteritis ſeruentur quoad deciſiones, ſtatuta antiqua in omnibus caſibus, præterquam in caſibus in quibus ſpecialiter prouiſum eſt ſtatuta præſentia, vel aliquod ex ipſis ſibi locum debere vendicare, tã in præteritis, præſentibus, & futuris, quibus caſibus ſeruetur quod in nouis ſtatutis prouiſum, & ordinatum eſt.

Finis Tertij libri Statutorum Ciuitatis Mutinæ.

PROVISIONES DE QVIBVS IN TERTIO LIBRO fit mentio sunt infrascriptæ, videlicet.

¶ Quod arbitrio D. Potestatis Maleficia puniantur. Prouisio I.

Nicolaus Marchio Estensis &c.

CAriſſime noſter. Quia ſcimus, & ſic docet caſuum experientia, quod nonnulla interdū per facinoroſos hoíes ſcelera committuntur acerbioré exigentia punitaté, quam leges, & ſtatuta diſponant, vt eiuſmodi punitio alijs delinquendi aíum detrahat, & tráſeat in exemplū. Tibi tenore pñtium committimus, & concedimus, & licentiá tradimus, & plenū arbitriū de prudentia, & modificatione tua plene confiſi, quatenus in criminalibus contra quoſcunque facinoroſos, & delinquentes poſſis aíaduertere, & procedere, & ꝓcedi facere mulcta re, condēnare, & punire realiter, & ꝑſonaliter arbitrio tuo ét vltra, & aliter quā iura, ſtatuta, prouiſiones, conſtitutiones, & ordinamenta Coís, & ciuitatis Mut. velint, atq; diſponát, non obſtātibus ipſis iuribus, & ſtatutis in contrariū diſponēnibus. Et hoc de noſtra certa ſciētia, & de noſtræ plenitudine poteſtatis concedimus. Dat. Ferrariæ die 29. Aug. MCCCCIIII. Atergo. Poteſtati noſtro Mut.

¶ Literarum proxime ſupraſcriptarum confirmatio. Prouiſio II.

Nicolaus Marchio Eſtenſis &c.

CAriſſimi noſtri. Recepimus literas veſtras, & cū illis copiá ſtatutorū nouorū, & veterū, circa modū procedēdi conceſſorū contra delinquētes ꝑ noſtrū Poteſtatē Mut. ad quas vobis rñdemus, qđ viſis dictis veſtris literis, & viſa ſubtractione arbitrij ꝑ ipſa ſtatuta vetera noſtro Poteſtati conceſſi, ꝑ qꝫ præbet̄ materia delinquēdi & qđ delicta remaneāt ípunita in graue dānū, & præiudiciū Cameræ noſtræ illic Mutinæ, volumus, & harū noſtrarū literarum tenore damus, concedimus & attribuimus noſtro Poteſtati prædicto Mut. q nūc eſt, vel in futurū erit, illā iuriſdictionē, arbitriū, & authoritatē, qđ & quas alij noſtri Poteſtates, & Rectores ciuitatis Mut. habuerūt ex forma, & occaſione ipſorū ſtatutorū veterū, & aliarū noſtrarū literarū ipſi noſtro Poteſtati conceſſarū ſup hoc de anno Dñi N. Ieſu Chriſti 1404. die 29 Aug. quarū copiā nobis ſupraſcriptā ſtatutis ipſis veteribus miſiſtis Non obſtantibus in aliquo ſtatutis ipſis nouis expoſt éditis, qbus ꝑ pñtes volumus eſſe derogatū, ſi in aliquo poſſent obeſſe, quo minus ipſa ſtatuta vetera, & dictæ noſtræ literæ non deberent ſeruari. Volētes, ac vobis mādantes, vt has noſtras literas fáciatis itē regiſtrari ad ꝑpetuā memoriā futurorū in volumine ſtatutorū Coís Mut. prædictæ Dat. 1. Iulij. MCCCCXX.

¶ De mulctandis inobedientibus vſq; ad xxv. libr. Prouiſio III.

Nicolaus Marchio Eſtenſis &c.

CAriſſime noſter. Quoniam habemus quod multi ſubditi noſtri officio veſtro ſunt inobedientes, damus, & concedimus vobis licentiam, & liberam poteſtatem puniendi, & mulctandi inobedientes vſq; ad quantitatem lib. 25. mon. vbi ſolum habebatis licentiam mulctandi, & condemnandi tales inobedientes in ſoldis XX. Mut. & hoc ad terrorem inobedientium, & reproborum.

nisi ꝙ. lib. ibi habeb. lib. x. in fine

Mutinæ XXVI. Octobris. M. CCCCXXVI.

Atergo. Iudici noſtro maleficiorū, & tertio Iudici Mut. noſtro cariſſimo.

¶ Contra quos Minores poteſt procedi. Prouiſio IIII.

Nicolaus Marchio Eſtenſis &c.

CAriſſimi noſtri. Vidimus literas veſtras, quibus ſignificatis nobis, quid p vos actum ſit, & qualiter proceſſum fuerit contra Bartholomeum della Cella per vos inquiſitum vti latius in ipſis veſtris literis continetur. Quæſiuiſtis vos declarari, an attenta forma ſtatuti, & ordinamentorum in illa noſtra ciuitate Mutinæ vigentium, & formam dantium de modo procedendi in criminalibus cauſis contra abſentes vocatos, & non venientes, contra quos ex ipſorum ordinamentorum ſerie, banna, & ſñiæ definitiuæ proferri poſſunt, & Minores annis xxv. ſub ipſorum diſpoſitione ordinamentorum compræhendãtur. Ita quod & ipſi minores contumaces bannum patiãtur accuſati, inquiſiti, vel denũtiati de crimine contra eos, valida poſſit proferri ſententia. His diligẽter penſatis, & ſuper eiſdem matura deliberatione præhabita vobis ſcribimus, atq; per præſentes decernimus, & mandamus etiam addentes ad ea, quæ pridie vobis de noſtri ſcientia ſcripta ſunt, vt contra maiores annis xiiij. poſſit, & valeat per vos, & ſucceſſores veſtros procedi ad banna, & ad ſententias quaſlibet ſeruata forma ordinamentorum ibi vigẽtium, quæ diſponunt de modo procedendi contra contumaces. Et in cauſis criminalibus minores ipſi maiores tamen annis xiiij. habeantur tanquam maiores, & ſub ordinamentis ſupraſcriptis, & eorum diſpoſitione compræhendantur, ac ſi annos xxvi. exceſſiſſent in omnibuſq;, & per omnia, quo ad formam procedendi maioribus æquiparentur, Sic etenim in caſu de quo ſcripſiſtis, ac etiam futuris caſibus ſeruari volumus, & mandamus. Decernentes, atq; mandantes proceſſus omnes ac ſententias, quos, & quas fieri, & ferri continget, tam in caſu de quo agitur, quam in facto contra tales minores ſub forma ordinamentorum ſupraſcriptorum omnes vires, & omne robur habere, quas habere dignoſcuntur hæ, & hi, quæ, & qui contra maiores proferuntur, & fiunt. Mandantes inſuper, vt hæ noſtræ literæ in volumine ſtatutorum Communis Mutinæ regiſtrentur, quas ãmodo pro inuiolabili lege volumus obſeruari. Vobis inſuper remittimus proceſſum, & ſcripturas dictæ inquiſitionis, quas nobis miſiſtis diebus elapſis. Ferrariæ die 4. Decẽb. M. CCCCXXXI.

A tergo. Poteſtati, & Iudici Maleficiorum noſtris Mutinæ.

¶ Contra quoſcunq; malefactores Diœceſis Mut. Poteſtas Mut. poſſit procedere. Prouiſio V.

Nicolaus Marchio Eſtenſis. &c.

CAriſſimi noſtri. Noi hauemo riceuuto vna voſtra lettera, la quale hauemo bene inteſa. vogliamo, che voi procediate contra quelli c'hãno morto quel lo Martino da Fellina, ſecondo che vuole la ragione. Auiſandoui, che ſe noi hauemo donato alla Margherita noſtra figliuola Magreda. Noſtra intentione è, che la giuridittione rimanga à voi in far fare ragione. Præterea noſtra intentione è che in criminalibus voi procediate contra ogni malfattore, ſia di qual terra ſi voglia della giuridittione, ò Veſcouato di quella noſtra città di Modona. Et coſi volemo, che voi diciate da noſtra parte al Podeſtà noſtro di Campogagliano. Foſſadalbari XVII. Octob. M. CCCCXXXIIII.

A tergo. Poteſtati noſtro Mut. ac Iudici Maleficiorum noſtrorũ ibidem.

¶ Limi-

¶ Limitationes,& additiones ad nonnulla ſtatuta. Prouiſio VI.
Leonellus Marchio Eſtenſis.&c.

CAriſſimi noſtri.Statuta veſtra illi vetera egebant in aliqua parte, ſui additione,& modificatione,Quod cũ ita ſit,ea fecimus rectius loqui ꝑ infraſcriptũ modũ videlicet.Vbi ſtatutũ ſm̃ in ordine voluminis Statutorũ Maleficiorũ, poſitũ ſub Rub In quibus Maleficijs commiſſis tpe alterius Poteſtatis,&c.loqtur & diſponit infra vnũ mẽſem,Volumus,& decernimus quod dicat infra ſex mẽſes.Ad ſtatutũ vero ſub Rub.de non ſubijciendo aliquẽ tormentis ibi vbi dicit, vel cicatrix remanſerit,addi volumus,vel in alijs ferutis quouis modo factis cũ ſanguine,dummodo pœna ſit maior xxv.libr.& locũ habeat in præteritis, præſentibus,& futuris.Has ergo additiones volumus,& mandamus de cætero ſeruari per vos,& ſucceſſores veſtros.Quod vt fiat,facite has noſtras illic regiſtrari in volumine ſtatutorum Maleficiorum illius noſtræ Ciuitatis.
Ferrariæ X.Martij. M. CCCCXXXIX.

A tergo.Poteſtati,& Iudici maleficiorũ ciuitatis noſtræ Mut.noſtris cariſſimis.

A ſñia ex qua venit imponẽda pœna ſanguinis appellari non poteſt. Prou.VII.
Leonellus Marchio Eſtenſis.&c.

DIlectiſſime noſter.Remittimus vobis his inſertã copiã litterarũ alias ordinatarũ ꝑ fœlicis,& nunq̃ delẽdæ mem.Sereniſs.D.Genitorẽ noſtrũ ſuper eo, quod ab aliqua ſñia,quæ ꝑ illos Poteſtates Mut.in cauſa criminali,in quæ pœna sãguinis veniat imponẽda,& lata fuerit cũ conſenſu totius curiæ eorundẽ non poſſit appellari,&c.Et quia ordinamentũ illud iuſtũ,& ſanctũ eſt, Ideo tenore pñtium comprobamus,& ratificamus totũ tenorẽ & effectũ ſuum Et ita volumus ꝑ vos,& ſucceſſores veſtros obſeruari,& executioni mãdari. Præterea ſuborta eſt difficultas,& dubietas,an ordo ipſe vendicet ſibi locũ ẽt circa condemnationẽ per contumaciã factã,vt eſt in caſu illius ſalui.De l'Oca,quẽ habetis in vinculis,& de quo ad nos ſcripſiſtis. Quare volentes ẽt occurrere huiuſmodi introductæ dubietati edicimus,& ex noſtra ſcientia mandamus quod de cætero ordinamentum præallegatum non ſolũ locũ habeat in maleficio conuicto, & confeſſo,ſed etiam in condemnationibus,quibuſcunq; ex contumacia emanatis.Quocirca faciatis has noſtras illic authenticæ regiſtrari,& publicari,quæ vim,& robur vnius ſtatuti teneant. Ferrariæ XXVI.Febr.MCCCCXXXXV.

A tergo. Poteſtati noſtro Mutinæ.

¶ Vbi non eſſet,ſeu intelligeretur pœna determinata per ſtat. Prouiſio VIII.
Leonellus Marchio Eſtenſis &c.

DIlectiſſimi noſtri. Voi Giudice del maleficio ci ſcriuete di due caſi occorſi, alli quali male ſi può procedere,ꝑche non troppo bene ſi può hauere la verità,& gli ſtatuti non dãno altro arbitrio,come ſi facciano.Et coſi queſti, & altri aſſai paſſariano impuniti,chi non prouede opportunamẽte à ciò. Onde che ꝑ prouedere à tali eccelſi,& à tali delitti oltre la forma de gli ſtatuti,deliberiamo,& vogliamo,che ſia in arbitrio di voi Regimento di dare licentia al Giudice di procedere in tali delitti oltre la forma de gli ſtatuti, ſecondo che parerà à voi Regimento, & alla voſtra prudenza, che meriti il caſo. Et queſto arbitrio vi ſia conceſſo tam pro præteritis, quam pro futuris caſibus. Et per tanto voi Giudice haurete ſempre ricorſo al Regimento, & farete

ſecondo che vi ſarà detto per loro. Ferrariæ VIII. Noueb. M. CCCCXXXXVI.

Atergo. Regimini noſtro Mut. & Iudici Maleficiorum noſtro. ibi.

Quando non ſunt indicia ſufficientia. Prouiſio IX. Hercules Dux Ferrariæ &c.

Dilectiſſime noſter. Egli ne conſta manifeſtamẽte, che molti delitti, & maleficij ſono paſſati, & paſſano impuniti, per hauere atteſo voi, & voſtri preceſſori alla forma di certi ſtatuti di quella noſtra cittade, per li quali non potete ꝓcedere contra li malfattori ſenza indicio, & ſenza che ſia data copia alla parte per purgare detti indici. Onde ne ſegue molte volte, che detti malfattori, & ꝓcuratori loro hauuta detta copia, & inteſi i fondamenti, che ſi hanno contra loro, & ſuoi delitti, cautamente cercano con ogni ſforzo d'occultare la verità, & con ſotterfugij, & cauillationi impugnano, & impediſcono il procedere contra loro, poſto che re vera ſiano in mancamẽto. Onde volendo noi ꝓuedere à queſto mancamento, & aiutare la giuſtitia quãto ſia poſſibile, per meglio raffrenare, & punire i cattiui, vi diciamo, che noi habbiamo ſtatuito, & ordinato, & coſi ſtatuiamo, & ordiniamo, che voi, & voſtri ſucceſſori poſſiate procedere in Maleficijs contra qualunque perſona, che vi ſarà denuntiata, & accuſata per delinquente, & culpabile di qualche delitto, con quegli indici, ch'alla prudenza di ſcretione, & conſcienza voſtra pareranno, ſenza che ſiate obligati à dare copia di detti indici, ſe non quanto pareſſe à voi, & à voſtri ſucceſſori, aſſoluendo exnũc voi, & voſtri ſucceſſori da ogni pena, la quale v'imponeſſe alcuno ſtatuto, lege, conſtitutione, ò decreto, & da ogni libello, & moleſtia, che vi poteſſe eſſer data per tal cagione, ita & taliter, che non ſiate tenuti di ſtare à ſindicato per lo procedere in detti malefici, niſi appareret, quod haueſte commeſſo in eſſo procedere alcuno furto, ò barataria, ò che altro dolo, ò fraude ex parte veſtra gli foſſe interuenuto. Et hoc non obſtantibus aliquibus in contrariũ quouis modo faciẽtibus. Quibus oĩbus, & ſingulis quantũ eſt ꝑ præmiſſis, & reſpectu præmiſſorũ duntaxat ex certa ſciẽtia derogamus. Et voi farete regiſtrare queſta noſtra iui ad ꝑpetuã rei memoriã, accioch'ella ſia per regola à voi, & à voſtri ſucceſſori ꝑ quello che circa ciò haurete à fare. Regij X. Noueb. M. CCCCLXXXVI.

indici, q̃ tu sine certa, et veritatis demonstratiua, et à iure approbata Marcabr. cons. 50 n. 14 et seq. ubi dicit?

Atergo. Poteſtati noſtro Mutinæ.

¶ Quando non admittatur defenſio. Prouiſio X. Dux Ferrariæ &c.

Dilectiſſimi noſtri. Noi intẽdiamo, che dà vn tẽpo in quà, egli ci è indotta, & ſeruata vna conſuetudine vel potius corrottela al Tribunale di voi noſtro Podeſtà, & giudice del Maleficio, per la quale molte fiate i malfattori vengono aſſoluti da i delitti per loro commeſſi contra il debito della giuſtitia, cioè, che quando lo è inquiſito, & che per l'vfficio ſi procede contra alcuno malfattore, per delitto, che meriti pena corporale, egli compare vno non come procuratore, perche sà di non eſſere admeſſo dalla ragione, ma come iſcuſatore, ò come vnus, & quilibet de populo, & adduce giuſtificatione, & teſtimoni ad iſcuſare il malfattore ſenza che egli compariſca perſonalmente, come di ragione è obligato. Et per queſta via viene ad ogni ſua giuſtificatione, benche alcune fiate ſiano taliter, qualiter, & coſi molti delitti ſe ne paſſano impuniti, & altri pigliano ardire di commettere maggiori mali, & piũ facilmente perſuadendoſi di poterſi aiutare, & difendere per queſta via, la quale coſa, come non lodeuole anzi male fatta non ci pare eſſer da comportare.

Et

Et però vogliamo,& per questa nostra dichiariamo, statuiamo & ordiniamo, che la predetta consuetudine da mò innanzi sia in tutto,& per tutto annullata,& reuocata,& ch'ella non si possa ne debba osseruare per modo alcuno. Et che in simili casi non sia ammessa persona,ne cosa alcuna à defensione,& giustificatione di detti malfattori,s'essi non comparono personalmente,come vuole la ragione. Cosi adunque prouedete,che questa nostra dichiaratione sia posta in osseruanza non ostante alcuna cosa,che facesse in contrario. Et questa nostra farete registrare doue farà bisogno ad perpetuam rei memoriam.

Mediolani XI. Octobris. M. CCCCLXXIX.

A tergo. Regimini nostro Mutinæ.

¶ Quod copia inquisitionum subito ad Cameram Serenis. D.N. mittatur.

Prouisio XI.

Leonellus Marchio Estensis.&c.

CAriſſime noſter. Vt de cætero diligentior habeatur cura,quam hactenus habita ſit ad ſolicitandas eas condēnationes, quæ faciēdæ ſunt ex inquiſitionibus,quæ ex iſto maleficiorum officio fiunt. Volumus ac mandamus vobis, & ſucceſſoribus veſtris,vt inquiſitiones omnes quæ ex maleficijs formabuntur ad cameram noſtram ibi,eo modo, & forma mittatis quo mitti conſueueran ad cameram actorum illius Communis noſtri, non obſtante aliquo ſtatuto iſtius ciuitatis noſtræ Mutinæ incontrarium diſponente.

Ferrariæ VIII. Ianuarij. M. CCCCXLVI.

A tergo. Iudici noſtro maleficiorum Mutinæ præſenti, & ſucceſſoribus.

¶ De deſcriptione bonorum delinquentium. Prouiſio XII.

Leonellus Marchio Eſtenſis.&c.

DIlectiſſimi noſtri. Quando egli accade, che ſi hà da fare la deſcrittione di qualche malfattore coſtì. Egli ne pare di vedere, ch'ella ſi faccia alla ſciolta, & non con quella auerētza,che ſi conuerria. Et per occorrere,& ouuiare à ciò,maſſime p̄ l'intereſſe della Camera,deliberiamo di metterci queſt'ordine. Vuolſi che accadendo queſti caſi, Tu Maſſaro ſij chiamato da voi Podeſtà, & dal Giudice,acciò che tu le ſoleciti,che le faccino debitamēte, & coſi ſi faccia per li ſucceſſori. Con queſto che vi vadi vn famiglio della Camera, come ſolea hauere, benche da poco tēpo in quà il non ſe habbia coſtumato. Et oltre ciò immediate fatta la deſcrittione il notaio del maleficio la mandi alla Camera, per che il giudice non hà biſogno della deſcrittione, ne in procedere, ne in giudicare. Et accioche la coſa paſſi anchor meglio lodereſſimo che v'andaſſe anco vno de i notari della Camera inſieme con l'altro. Queſta è la prouiſione,che ne pare,che ſia vtile,& neceſſaria intorno à queſto propoſito. Fatela regiſtrare iui in volumine ordinamentorum palatij, & Maſſariæ, & facciatela ſeruare pro præſenti,& futuro. Belreg. VIII. Auguſti. M. CCCCXXXXIX.

A tergo. Regimini noſtro Mutinæ.&c.

¶ Quando pax non proſit. Prouiſio XIII.

Leonellus Marchio Eſtenſis &c.

STatuimus,& ordinamus,quod in delictis, p̄ quibus corporalis pœna,aut ēt pecuniaria vltra ſummam libr. XXV. Marc. gr. veniret imponenda,ſecundū

formam statuit. Communis Mut. probatio pacis aliter non fiat, nec fieri possit, nec facta prosit, quam per instrumentum publicum manu publici Notarij rogatum, nisi forte pax ipsa fieret in loco tali, aut tali temporis vrgente necessitate, vbi, & seu quo copia Notarij haberi non potuerit verisimiliter, de qua vrgẽte necessitate stetur arbitrio Iudicis de medio. Quibus in casibus sufficiat pacẽ probari per tres fide dignos testes, & omni exceptione maiores, & non per pauciores rite, & recte receptos, & ipsam pacem concludentes. Vbi vero sola pecuniaria pœna citra dictam pœnam sit imponenda secundum formam dictorum statutorum sufficiat illam per duos testes idoneos, & omni exceptione maiores rite, & recte receptos, & pacem ipsam concludentes probari. Et aliter per testes de pace probatio facta nihil prosit.

Prouisionem xiiij citatam in xiiij. Rubr. require in prouisione xxiiij. in iij. capitulo.

¶ Quinam habere debeat bastardellum in quo denuntiæ scribantur.

Prouisio XV.

Leonellus Marchio Estensis. &c.

QVi syndicus damnorum datorum curam habeat, & teneat bastardellum in quo describantur denuntiæ, & accusæ criminales quam primum factæ fuerint, ne transeant impunitæ, &c.

¶ Sine Iudice D. Potestas, nec Iudex sine Potestate in criminalibus procedere potest. Prouisio XVI.

Nicolaus Marchio Estensis &c.

CAristimi nostri. Iudices deputati per superiores annos ad officiũ Maleficiorũ huius nostræ ciuitatis solebant accipere notificationem querelatam omnium rerum criminalium absq; præsentia Potestatis nostri, At cum dicta consuetudo non satis honesta videatur. Id vel ex eo fit vt ea postposita eaq; non obstante velimus, ac decernamus tenore præsentium, vt nullæ denũtiationes vobis Domino Iudici Maleficiorum de cætero fieri possint sine præsentia vestri Domini Potestatis, nec super illis procedi possit absq; volũtate vtriusq; vestrũ. Quod cum ita sit volumus, & vobis mandamus, vt vnanimiter, & concorditer disponatis vos ad sic faciendum vice mutua, & officio concordi.

Mut. die 28. Iulij. M. CCCCXXXXIX.

Atergo. Potestati, & Iudici Maleficiorum Mut. nostris carissimis.

¶ Contra Blasphemos. Prouisio XVII.

QVælibet persona quæ ausa fuerit blasphemare omnipotentem Deum, seu sacratissimam Virginem Mariam, aut verba ignominiosa, vel vituperosa proferre relinquendo tamen in arbitrio D. Potestatis ibidem, quæ sint, aut quæ dicantur verba blasphemiæ, ignominiæ, vel vituperij condemnetur in libr. x. m. pro dimidia Massariæ, pro altera dimidia accusanti applican. Si vero Sãctum, vel Sanctã in libris quinq; m. vt supra, & stetur in arbitrio D. Potestatis adhibere fidem ipsi accusatori. Possit tamen dicta pœna propter paupertatẽ diminui, vel in aliam quamlibet commutari arbitrio D Potestatis.

Ibidem superius est hæc modificatio.

INsuper attenta paupertate per maxima tam ciuium, quam comitatinorum blasphemantium, ludentium, & repertorum cum armis pœnæ minorentur.

hoc

hoc est. Quod blaſphemans Deum puniatur in libris tribus, blaſphemans vero beatam Mariam Virginem, Apoſtolos Dei, & beatum Geminianum patronũ noſtrum in quadraginta ſolidis; cæteros vero in viginti ſolidis &c.

¶ Contra blaſphemantes. Prouiſio XVIII. Borſius Dux. &c.

CAriſſimi noſtri. Per mettere ordine, & modo, che coloro che beſtemmierãno, & giuocheranno in quella noſtra citta contra la forma delli ſtatuti, & gride ſiano puniti. Et per prouedere anco che gli accuſatori ſiano tenuti piũ ſegreti, perche alla brigata venga voglia d'andargli à denontiare, & che non ſi ritirino per paura d'eſſere paleſati. Hauemo determinato, che tutte le denontie, & accuſe, che ſi faranno da quì innanzi per beſtemmie, & per giuoco, ſi faccino ne gli atti del Cancelliero di voi Regimento, il quale nota etiam l'altre noſtre coſe ſegrete in quel luogo. Et queſto accioche ogn'vno con piũ confidenza ardiſca d'andare à denontiare chi caderà in mancamento. Coſi vogliamo, & v'imponiamo, che fin da mò cominciate à mettere in oſſeruanza con fare etiam regiſtrare queſta noſtra ad perpetuam rei memoriam, la quale vogliamo quod habeat vim, & robur legis, & ſtatuti in hac parte. Et le condannationi, che ſi faráno per dette cagioni, vogliamo che voi Podeſtà, & ſucceſſori voſtri ſiate quelli, che le habbiano à fare. Herberiæ die 16. Iulij. MCCCCLXI.

Atergo. Regimini, & ſapientibus ciuitatis noſtræ Mutinæ nobis ſincere dilectiſſimis.

Hercules Dux Ferrariæ &c. Prouiſio XIX.

DIlectiſſimi noſtri. Per ouuiare à molti diſordini, & inconuenienti, che tutto'l dì accadono in quella noſtra cittade, & ſuo ducato per eſſerci perſone aſſai diſcorrette, proſontuoſe, & male obedienti, le quali non ſolo per ſe ſono male coſtumate, ſed etiam incitano altri al mal fare, Habbiamo ſtatouiti, & ordinati gl'infraſcritti capitoli, & ordini, li quali vogliamo che voi, & voſtri ſucceſſori facciate ſeruare in omnibus, & per omnia p le leggi ſolenniſſime di quella noſtra città, & ſuo ducato, non oſtante altri ſtatuti, leggi, prouiſioni, ordini, conſuetudine, & decreti, & qualunque altra coſa che in contrario appareſſe, Quibus omnibus, & ſingulis expreſſe derogamus.

Regij die X. Nouembris. M. CCCCLXXVI.

Atergo. Poteſtati noſtro Mutinæ. Paulus Ant.

PRimo vogliamo, ſtatuiamo, & ordiniamo, che non ſia perſona alcuna di che conditione, ſtato, preeminentia, & grado voglia eſſere, ò ſia, la quale ardiſca portare armi offenſibili, ò defenſibili, in quella noſtra Città di Modona, ne nelli ſuoi borghi ſotto pena di lire 25. de Mar. per ogni pezzo d'armi. Della qual pena i due terzi s'applichino alla Camera noſtra, l'altro terzo all'inuentore. Et la quale pena ſe fra'l termine di tre dí non ſarà pagata per quelli che foſſero trouati con le armi od altri per loro gli ſiano dati per il reggimento noſtro di Modona tre tratti di corda. Et queſto s'intende eſſendo trouati di dí, ma eſſendo trouati di notte, ſiano raddoppiate le pene, ſe ſaráno trouati ſenza lume. Ma ſi che ſia lecito à tutti li gentil'huomini, & huomini d'armi portare vn'arma à ſuo piacere per ciaſcuno di loro, non autem ſia lecito ad alcuno loro famiglio portare ſotto la pena predetta.

¶ De

¶ De coadunatione perſonarum. Prouiſio XX.

ITem vogliamo, ſtatuiamo,& ordiniamo, che non ſia perſona di che conditione voglia eſſere,ò ſia,coſi nella cittá predetta,come nel ſuo ducato, la quale ardiſca,ne preſuma fare alcuna coadunatione di genti armate da perſone cinque in sù per alcuna cagione ſenza eſpreſſa licenza in ſcritto del regimẽto noſtro predetto alla pena di ducati cinquanta d'oro per ciaſcuno delli capi di detta coadunatione. Et di ducati 25. per ciaſcuno delli ſeguaci per cadauna volta,che ſarà contrafatto da eſſere applicati alla Camera noſtra. Alle quali pene ſono tenuti,& obligati cadauno delli coadunati principalmente, & in ſolido per gli altri coadunati. Et ſe caſo fuſſe,che niuno delli coadunati hauеſſe da pagare gli ſiano dati de facto quattro tratti di corda per cadauno, & ciaſcheduno poſſa eſſere accuſatore,& guadagnarà la terza parte delle ſopraſcritte pene pecuniarie,& ſarà tenuto ſegreto,& gli ſarà creduto con ſuo giuramẽto,con vn teſtimonio degno di fede.

¶ De bannitorum receptatione. Prouiſio XXI.

ITem vogliamo, ſtatuiamo,& ordiniamo, che non ſia perſona alcuna di che conditione voglia eſſere,ò ſia,la quale ardiſca per alcun modo accettare,ne dare ridotto ſcienter in caſa ſua coſi nella città,& borghi, come nel ducato ad alcuno bandito,& condannato per maleficio alcuno, al quale vada pena corporale ſotto pena di lire cento de Mar. per cadauna volta, che ſarà contrafatto da eſſere applicate per li due terzi alla Camera noſtra, & per l'altro terzo al lo'nuentore od accuſatore, alli quali ſarà data piena fede con ſuo giuramento con vn teſtimonio degno di fede,& ſaranno tenuti ſegreti. Et intendeſi che tali contrafacienti habbiano ſcienter ricettati tali banditi, ſe non faranno legitima fede d'hauerli ricettati ignoranter,& ſine aliqua ſcientia delli loro bandi, & condannationi.

¶ Quod euntes rus ferre poſſint arma. Prouiſio XXII.

Borſius Dux Mut.& Regij,Marchio Eſtenſis,Rodigijq; Comes. &c.

¶Intra quantum tempus accusationes fieri possint.

RVB. XI.

VT certius possit esse damnum,& de eo verior haberi notitia,volumus quod accusationes pro damnis datis valeant fieri intra vnum mensem tantum a die scientiæ damni dati numerandum,& non vltra,nisi tamen aecusare volés per id tempus fuerit absens a ciuitate,vel districtu Mut. Et vt cognosci possit de lapsu dicti mensis,præcipimus cuilibet Præsidenti,vt in qualibet accusatione facta apponat,& apponere debeat annum,& mensem damni dati, & aliter accusationes institutæ non valeant.

¶Qui possint accusari. RVB. XII.

STatuimus quòd quilibet cuiuscunq; sexus,gradus,& conditionis existat, qui asseratur damnum dedisse in aliqua re mobili, vel immobili cum persona, vel eorum bestijs,vel coniunctim,vel alias quoquo modo,& tam in ipsa Ciuitate Mut.quam extra,possit,& valeat accusari,siue custos bestiarum,vel damnum dans sit maior,vel minor.

¶Quod paterfamilias teneatur pro omnibus de familia.

RVB. XIII.

STatuimus quod,si filius,vel nepos,uxor,uel nurus,famulus, uelfamula, & quicunq; alij de familia alicuius,uel si bestiæ alicuius custoditæ,uel non custoditæ per aliquẽ suprascriptum damnum dederint,ipse paterfamilias,siue regens,uel patronus maior,uel minor annis XXV. teneatur pro dictis damnis datis,ac ipse paterfamilias,patronus,uel regens damnum intulisset,uel bestiæ essent per ipsum custoditæ,nulla habita differentia,an paterfamilias,regens,uel patronus facti fuerint locupletiores,uel non, uel si prohibere potuerint, uel non,uolumus enim ipsum teneri pro dictis damnis datis.

¶Modus accusationum. RVB. XIIII.

STatuimus quòd qui accusare voluerit aliquẽ,qui sibi damnũ dederit, in primis debeat iurare quòd non animo calumniæ id facit,sed quòd credit, vel scit contenta in accusatione vera esse,& aliter, & alio modo accusatio non teneat,vlterius ẽt teneatur obseruare modũ infrascriptum. Quia scribi faciat per Præsidentem annum,mensem,& diẽ,quibus accusatio datur, iuramentum ipsius accusantis,ac nomen accusantis,& accusati,& locum habitationis accusati,si personam dantem sibi damnum per se,vel bestias accusare voluerit,in quare,seu rebus datum fuerit damnum, cum appositione duorum saltem confinium petiæ terræ,in qua,seu super qua datum fuerit,annum, & mensem damni dati,& quantitatem damni,videlicet. Die 1. Septẽb. MDLIIII. Petrus Garutus habitator Mut. uel districtus iuramento calumniæ secundum formam statut,accusat Martinum Spezanum habitatorẽ Collegariæ de damno dato sibi in frumento pasto a tribus bestijs bouinis in petia terræ laboratiuæ sita in villa Collegariæ iuxta Petrum Zambonum ab uno,& Mattheum Salanum ab alio, saluis alijs,de anno,& mense præsentibus,& facit damnum suum secundũ prouisionem,uel de libris tribus,& prout accusatori uidebitur. Si uero accusare

uolue-

voluerit Saltuarium, vel Massarium Villæ, seu Burgi in qua, seu quo damnum datum fuerit, similiter scribere faciat annum, diem, & mensem accusationis datæ, iuramentum calumniæ, nomen, & cognomen accusantis, ac ipsum Saltuarium, seu Massarium, & in qua re, vel rebus damnum datum fuerit cum appositione saltem duorum confinium in qua, seu super qua damnum fuerit datum, & an a personis, vel bestijs datum fuerit, annum, & mensem damni dati, & quãtitatem damni, hoc modo videlicet. Die 10. Septemb. MDXLIIII. Odoardus Salanus ciuis, vel districtualis Mut. iuramento calumniæ, & secundum formã statutorum accusat Saltuarium Villæ Sorbariæ de damno dato anno præsenti, & mense præsenti, in prato pasto a bestijs decẽ bouinis sito in dicta villa Sorbariæ iuxta Petrum Valentinum, & illos de Heris saluis alijs, & facit damnum secundum prouisionem. Et Saltuarius accusatus vt supra habita informatione iuxta posse suum extẽdat intra tempora a statutis nostris præfixa dictam accusationem, ponendo in loco sui eum, vel eos, quem, vel quos duxerit nominandum, vel nominandos videlicet. Die tali Saltuarius loco sui ponit Mazonum Valẽtinum habitatorẽ Sorbariæ, & facit damnum de tribus bestijs, vel de illa quantitate bestiarum de qua secundum informationem habitam, & conscięntiam suam videbitur. Quando autem Saltuarius ipse agros peragrando inuenerit bestias alicuius damnum facientes in alienis cãpis ex officio suo accuset hoc modo videlicet. Antonius Goldonus Saltuarius talis villæ denuntiat, & accusat Petrum Guandalinum cum decem bobus dedisse damnum Martino Syluatico in suo frumento, in tali petia terræ, in villa Albareti districtus Mutinæ iuxta Antonium Pulcianum, & Titium, & cet. edendo, pascendo, vel vastando, & facit damnum iuxta formam prouisionis, & statuti, & cet.

¶ De ordine procedendi in damnis datis. RVB. XV.

STatuimus quòd facta relatione ꝑ Saltuariũ, vel Massariũ Præsidẽti, prout in statuto sub titulo, De officio Saltuariorũ, vel Massariorũ, tunc immediate, & ipso iure statutus sit, & esse intelligatur dictis accusatis, & citatis vt supra, terminus quindecim dierum vtiliũ ad comparendũ, & se defendendũ a dictis accusationibus, & a contẽtis in eis Et si ipsi accusati, & citati vt supra non compa ruerint intra dictũ tẽpus, tũc ipso iure statutus intelligatur terminus accusato ad concordandũ cũ dãnũ passo, & ẽt se defendẽdũ ꝑ totũ tẽpus quousq; libri accusationis repositi fuerint in Camera Ducali, quo casu accusati ipsi habeãtur ꝑ confessis, & vere conuictis, ac condẽnatis tã accusanti, quã Cameræ Ducali, saluo tñ quòd, si accusans prius cãm ipsã dãni dati expedire voluerit, possit, & ei liceat citari facere, elapsis tñ dictis xv. diebus, prædictũ accusatũ ad opponen. intra terminũ octo dierũ vtiliũ quicquid voluerit, ne contra eũ committatur grauamen pro contẽtis in dictis accusationibus, & expẽsis factis, & faciẽdis. Et ela pso dicto termino octo dierũ, & ipso accusato non comparẽte, commissum sit, & esse intelligatur contra accusatũ grauamen pro contẽtis in dictis accusationibus, & expensis, & vlterius præfatus accusatus non audiatur ad aliquã defensionem faciendam. Si vero accusatus comparuerit (quod facere possit semꝑ antequã sit condemnatus, vel habitus pro condemnato) tunc perinde sit, ac si in principio comparuisset, & currant termini, & dilationes partibus, de quibus infra

infra videlicet. Nam ipſe accuſatus veniens ad defenſionem, citato tamen accuſatore, in primis præſtare teneatur fideiuſſionē de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo accuſanti, iuxta formā ſtatuti ſub titulo de ſatisdatione præſtanda ab accuſatore, & accusato, in libro Criminaliū, nec non & iurare non animo Calumniæ, nec contra veritatē ſe defendere, & opponere quicquid vult contra dictā accuſationē, & aliter comparitio ipſa nō admittatur. Et prædictis adimpletis, & notificatis accuſanti, & relatione habita ſtatuatur, & ſtatutus eſſe intelligatur accuſatori terminus duorū dierū utilium ad reſpondendū dictæ defenſioni, & ſi intra dictū tēpus duorū dierū oppoſitæ fuerint aliquæ exceptiones dilatoriæ, & maxime exceptio procuratoria, tunc ipſe Iudex eas terminare debeat intra tres dies tunc proxime ſequentes, quæ ſi terminatæ non fuerint intra dictū tēpus tunc ſaluis, & reſeruatis ipſis exceptionibus tempore ferendæ ſententiæ poſt ipſos tres dies, continuo die ſequenti ſtatutus ſit ipſo iure ambabus partibus terminus xii. dierum utilium ad probandū, & probatū habendū per omne genus, & ſpeciē probationis cum ſuis monitionibus hinc inde. Si vero aliquæ exceptiones dilatoriæ oppoſitæ non fuerint, tunc elapſis dictis duobus diebus datis ad reſponden. defenſioni prædictæ currat immediate terminus prædictus duodecim dierum datus ad proban. & probatum habēdum ut ſupra cum monitionibus hinc inde. Et quo termino xii. dierum vtiliū elapſo, ſequenti die iuridica publicatus eſſe intelligatur proceſſus, & currat ipſo iure utriq; parti terminus octo dierum vtilium ad reprobandum, & reprobatum habendum cum monitionibus hinc inde. Quo termino octo dierū elapſo concluſum ſit, & eſſe intelligatur in cauſa, & utriq; parti currat terminus decem dierum continuorum ad releuandum ſcripturas. Quo termino elapſo ſtatutus ſit & eſſe intelligatur terminus xii. dierum vtilium Iudici ad proferendum ſuam ſententiam claram, & expeditā, & ſi intra dictum tempus Iudex ſuam non tulerit ſententiam, inſtantia pereat, & accuſatus ipſo iure ſit abſolutus ab accuſatione, & a contentis in ea, ſaluis tamen iuribus tā parti, quam Cameræ Ducali experiendi contra iudicē tēpore eius ſyndicatus, ſi eius culpa vel negligentia inſtantia perierit. Volētes etiā quòd licet quis fuerit comdemnatus in contradictorio iudicio, ſiue ēt per contumaciā non amittat, nec amiſiſſe intelligatur aliquod ius in proprietate, vel in poſſeſſione rei, de qua, ſeu cuius occaſione fuerit condemnatus. Volumus tamen quòd accuſatus ſiue p̄ damnum paſſum, ſiue per Saltuarium, quādocunque in iudicio comparuerit teneatur antequam diſcedat a banco, ſiue loco Iudicii eligere locum in Ciuitate Mut. in quo debeat citari pro quolibet actu faciendo uſq; ad ſententiam definitiuā incluſiue, quòd ſi dictus locus fuerit electus ut ſupra, vel ex eo quia comparens recuſauerit, vel oblitus fuerit locum ipſum eligere, in quolibet caſu prædictorum ſcalæ palatii Communis Mut. verſus plateam electæ eſſe intelligātur virtute præſentis ſtatuti in quibus ſcalis quælibet citatio affigi debeat per nuntium publicū Communis Mut. & ibi affixa admitti.

¶ De iuramento, & probationibus in damnis datis. RVB. XVI.

QVia damna vt plurimū in occulto dantur, qui enim male agit, odit lucē, ideo hoc ſalubri ſtatuto ordinamus quòd vbi quis aliquē in perſona ac-

accusauerit, si quidem accusans sit ciuis Mutinen. tunc ei credatur plene, & quoad personam, & quoad damnum datum, & quoad quantitatem damni videlicet vsq; ad summã soldorum decẽ, si iurauerit per iuramentũ veritatis, & non sufficiat iuramentũ credulitatis, quod an iuret accusans de veritate, vel credulitate teneatur exprimere notarius in ipsa accusatione. Si vero accusãs fuerit districtualis, & iurauerit per dictum iuramentũ veritatis plene ei credatur quoad personã, & quoad damnum vsq; ad summã soldorũ quinque. Iuranti autẽ de firma credulitate si fuerit ciuis credatur sibi quoad personam, & quoad damnum vsq; ad summã soldorum quinq;. si vero fuerit districtuãlis credatur ei quoad personã, & quoad damnum vsq; ad summã soldorũ trium. Volumus tamẽ quòd accusatus ipse possit contrariũ probare uidelicet, vel quòd ipse damnum non dederit, vel quod damnum non fuerit in tanta summa, quibus casibus accusatus omnino absoluatur, & accusans condemnetur in expensis, & in eis condẽnatus esse intelligatur, nec absolutio forte in contrariũ facta valeat. Nolumus tamen quòd accusans molestãri valeat per partem, vel iudicem etiam ex eius officio ratione iuramenti, seu periurii exinde forsan secuti, & si quis in persona accusauerit aliquẽ, & fecerit damnũ suũ de maiori summa, quã supra respectiue scriptum est, tunc sibi minime credatur, nec quoad personã, nec quoad damnũ datũ, nec quoad quantitatẽ damni, sed teneatur accusãs vltra iuramentũ veritatis, vel credulitatis omnino probare personam, quæ asseritur dãnum dedisse, & damnũ ipsum fuisse datũ saltem per vnum testem idoneum. Quantitatẽ vero damni dati accusans probare non teneatur, si quantitas ipsius damni fuerit taxata p statu. nostra, si uero quantitas taxata non fuerit, vel accusans vltra summã taxatã accusauerit, tũc summã probare, & liquidare teneatur iuxta tradita in statu. sub titulo De Electione æstimatorum. saluo etiam accusato iure probandi contrarium in prædictis, ad quod probandũ admittatur intra tempus, & tempora de quibus in statu. sub titulo. De ordine procedendi in dannis datis. At si quis non personam dantem sibi damnum, sed Saltuarium, siue Massarium villæ pro damno sibi dato accusauerit, & Saltuarius accusatus loco sui aliquem posuerit tũc credatur Saltuario ut infra. Nam si Saltuarius loco sui aliquem posuerit, ei plene credatur, & quoad personam loco sui positam, & quoad hoc, quod damnum fuerit datum, nisi legittime per accusatũ fuerit probatũ in contrariũ. Et si legitime probauerit se non fuisse, qui damnum dederit, vel nullũ damnũ datũ fuisse, tũc Saltuarius teneatur accusanti p omni eo, & toto in quo accusatus teneretur, si vera fuissẽt contenta in accusatione extensa p Saltuariũ, & nihilominus Saltuarius ipse teneatur ad expensas, dãna, & interesse tã accusanti, quã ei, contra quẽ accusationẽ extenderit, quantũ uero ad æstimationem dãni credi volumus Saltuario vt infra. Nam si æstimatio damni, pro quo accusatio est extensa, reperiatur in statutis nostris, ea sit æstimatio, si uero æstimatio ipsius dãni non sit in prædictis statutis volumus quod dicto Saltuario iuranti per verbum ẽt credulitatis credatur, & credi debeat plene vsq; ad summã soldorum quadraginta inclusiue, nisi accusatus probauerit damnum esse in maiori summa quo casu Saltuarius condemnetur in eo, in quo de pluri damnum fecerit, & in expensis per accusatum

factis

factis in probando contrariũ. Vltra vero dictã summã credatur ẽt dicto Saltuario iuranti vt supra, nisi p accusãtum de dicta æstimatione conquestũ fuerit in actis notarij, seu Præsidentis, quo casu Saltuario non credatur, sed dictũ dãnũ æstimari debeat, vt in stat. sub titulo. De electione æstimatorum, ad quod probandum admittatur intra tẽpus, & tpa, de quibus in stat. sub titulo. De ordine procedendi in dãnis datis. Declarando quòd si æstimatio dãni dati esset maior, vel sm̃ tradita in stat. nostris, vel ẽt sm̃ quod æstimaretur, vt in statuto sub titulo. De electione æstimatorũ. quã esset sũma, p qua accusatori iurãti vt supra respective creditur, tm̃ accusans fecerit dãnũ suũ de sũma, p qua sibi iurãti respective creditur vt supra, tunc accusator admittatur ad beneficiũ pñtis statuti, & credatur sibi pro debita, & congrua summa, vt in principio præsentis statuti, singulis congrue referẽdo. si vero accusans fecerit dãnũ suũ de maiori summa, quã sibi iuranti credatur iuxta tradita in dicto principio, puta si faceret damnum sm̃ prouisionẽ, vel sm̃ æstimationẽ faciendam, & prouisio contineret maiorẽ summã, vel æstimatio esset similiter de maiori summa tunc sibi non credatur ẽt p summa, pro qua iuranti vt supra creditur, & sic vtile per inutile vitietur, & nisi probauerit vt supra, accusatus in totum absoluatur, & idem seruetur in accusationibus institutis, vel datis per Saltuarium.

¶ Quod pro damnis datis in vno, & eodem die in eadem petia terræ non possit dari nisi vnica accusatio.

RVB. XVII.

STatuimus quòd si vno, & eodem die, licet diuersis horis, ac in eadem petia terræ plura damna data fuisse a pluribus bestijs eiusdem domini allegentur non possint tamen dari, siue institui plures accusationes, sed vna tantũ, & si plures datæ fuerint, prima tantum valeat, cæteræ autem non valeant, & sint nullius valoris. Quod si bestiæ fuerint plurium dominorum, tũc tot accusationes dari possint, quot erunt domini bestiarum. Declarantes etiam quòd eadem persona non possit pluries accusari pro diuersis allegatis damnis eiusdem diei, & in eadem petia terræ.

¶ Quando vna, vel plures dicantur accusationes. RTB. XVIII.

STatuimus quòd accusatis pluribus psonis p eodẽ dãno, intelligantur esse plures accusationes, accusatis vero pluribus bestijs eiusdem domini p eodẽ dãno vna dicatur accusatio. Ex præmissis inferẽtes quòd si plures psonæ dederint dãnũ insimul, tot dicantur dãna, quot erunt insimul psonæ, & si æstimatio dãni, habito respectu ad singulas personas, non excesserit quantitates p quibus respective creditur iuranti sibi damnum datum fuisse, vt in stat. sub titulo. De iuramento, & alijs probationibus in damnis datis. tunc non facta coaceruatione aliarum personarum admittatur ad beneficium dicti statuti in principio. Et si plures bestiæ damnum dederint, non possit admitti ad dictum beneficium habita cosideratione ad singulas bestias, in totum enim est vna accusatio. Et prædicta etiam sibi locum vendicent etiam respectu mercedis notarii, quoniã volums quod notarii damnorũ datorũ habeãt pro qualibet persona accusata sol. 1. non autem pro qualibet bestia, si plures bestiæ insimul dammũ dederit.

¶ Quan-

¶ Quando accusatio præsumatur calumniosa. RVB. XVIIII.

STatuimus quod accusatio damni dati censeri debeat calumniosa in infrascriptis casibus. Primo si probatum fuerit damnum aliquod datũ non fuisse in re, vel super re, in qua, seu super qua data fuerit accusatio. Item si probatum fuerit accusantẽ sciuisse alium quam accusatum sibi dedisse damnum. Item si plures accusationes in eodem anno dederit de eadem re, seu super eadem re, quæ accusationes, seu æstimationes earum transcenderent id quod in ipso anno accusator ipse de eadem re verisimiliter percepturus fuisset, vel accusauerit aliquem sibi dedisse damnum cum bestis, quas tamen accusatus non haberet, vel damnum datum fuisse cum maiori numero bestiarum, quam haberet ipse accusatus (quod probare possit per duos testes) in casibus enim suprascriptis accusatio data, seu instituta per principalem accusatorem, vel extensa per Saltuarium, seu loco eius per Massarium villæ, vel burgi præsumatur fictione præsentis statu. calumniosa, & temeraria. Et tunc tam accusans, quam Saltuarius cadant in pœnam dupli eius, quod fuisset condemnatus accusatus, si accusatio vera fuisset, applicandam parti, & vlterius accusans ipse non possit accusare per biẽnium aliquem pro damnis sibi datis. & Saltuarius, vel Massarius, ab officio suo remoueantur, & remoti sint ipso iure, & etiam condemnentur in sol. xx. Cam. Duc.

¶ Quando dubium vertitur in qua villa sit res, vel aliqua petia terræ. RVB. XX.

STatuimus quòd si dubium oriatur in qua villa, seu guardia sit aliqua res, seu petia aliqua terræ, tunc huiusmodi res, seu terra intelligatur esse quoad omnia de guardia illius villæ quæ habet domum propinquiorẽ dictæ rei, & Massarius illius villæ quæ habet domum propinquiorem dictæ rei, seu terræ sit, & cẽseatur esse Massarius, seu Saltuarius respectu dictæ rei, de qua inter partes dubitatur, nisi quòd si aliqua partium diceret se velle probare contrarium, statuatur terminus duodecim dierum vtilium ad probandum partibus, quo termino elapso. D. Iudex damnorum datorum decidat causam intra octo dies vtiles, quibus elapsis seruetur quod supra dictum est.

¶ De abolitionibus & cancellationibus accusationum. RVB. XXI.

STatuimus quod accusãs quilibet, seu legitime agens pro eo valeat pro libito eius voluntatis semper & quandocunque antequam libri damnorum datorum traditi, & consignati fuerint per notarium damnorum datorum exactori Duc. Cam. accusationi errore datæ, vel institutæ renuntiare, & omne ius tam ipsius accusãtis, quam Cam. Duc. sit extinctum, nec ulterius possit accusatus molestari per accusantem, vel Cameram Duc. uel aliqua sententia postea lata valeat. Similiter si accusatus, antequam libri prædicti assignentur dicto exactori, fecerit depositum de ualore, & æstimatione damni dati penes notarium dãnorũ datorum, penes quem solum illud fieri possit, & sic illud appareat in eius actis, accusatio habeatur pro cãcellata, & remissa, quantum sit quod accusatus vlterius molestari non valeat per accusantem, vel Cam. Duc. Et notarius damni dati ad omnem requisitionem accusantis nulla alia sententia secuta eodem die realiter, & personaliter cogatur depositum soluere dicto accusanti

tisubpœna tantundem de suo applicanda dicto accusanti.

¶ De suspensionibus in damnis datis. RVB. XXII.

STatuimus quod omnes dilationes, & termini assignati in causis damnorũ datorum per præsentia nostra statuta possint de commvni partium consensu non tantum semel, sed pluries, & pluries suspendi, vel prorogari, prout ipsæ partes maluerint, & ualeat suspensio, & prorogatio per omne id tempus, quod voluerint accusans & accusatus. Similiter quandocunque, antequam libri dãnorum datorum assignentur, & relaxentur exactori Cam. Duc. dictæ accusationes possint suspendi de expressa voluntate accusantis, & ipsa suspensione stãte non possit modo aliquo procedi contra accusatum, & processus, & sententia in contrarium non valeat ipso iure.

¶ De accusatione pro damno non æstimata per præsentia statu. nec per ipsos æstimatores. RVB. XXIII.

STatuimus quod si accusatio aliqua fuerit instituta, & damnum pro quo accusatio est instituta, non reperiatur æstimatum neque per præsentia statuta neq; per æstimatores electos iuxta tradita in statu. sub titulo. De æstimatione æstimatorum. & contigerit librum accusationũ deferri in Camerã Duc. iuxta tradita in statutis nostris, aliqua pœna pro dicto damno non æstimato minime exigi possit pro dictis accusis per Cameram Duc. nec etiam per damnum passum, quinimmo accusatio, seu accusationes ipsæ habeantur pro non factis, ac pro non scriptis. Declarantes damnum intelligi esse æstimatum per præsentia nostra statuta in omnibus illis casibus, in quibus creditur plene iuramento accusantis, seu Saltuarii extendentis, vel instituentis accusationem iuxta tradita in statuto sub tirulo. De iuramento, & probationibus in damnis datis.

¶ De æstimationibus damnorum datorum, & primo in terra seminata frumento. RVB. XXIIII.

QVoniam rapacitas multorum iustum, & æquum quandocunque excedit ideo necesse fuit vt legis authoritas eas refrenet, & suis debitis terminis quemlibet faciat stare contentum. Hinc est quod ad puniendum audacias dãtium damna venimus ad æstimationes, limitationes, taxationes æstimationum vt infra. Et primo pro damno dato in terra seminata frumẽto, statuimus quod si damnum datum fuerit in terra seminata frumento, accusatus soluere debeat pro ipso damno quouis tempore dato ut infra videlicet. Pro qualibet bestia bouina, equina, asinina, mulina, vel alia bestia grossa, & qualibet uice sol. V. damnum passo. Pro qualibet bestia minuta quadrupede, puta pecude, & similibus, excepto porco, pro qualibet vice damnum passo sol. II. & denarios VI. pro quolibet porco, vel porcello quocunque modo damnum dederit, & pro qualibet vice damnum passo sol. II. Pro Capra autem sol. III. Pro qualibet bestia bipede, ut puta gallina, gallo, & similibus, pro qualibet uice damnũ passo denarios VI. Pro ansere, & anate sol. I. & denarios VI. Pro quolibet homine cum equo, & qualibet vice, si fuerit venator, damnum passo sol. xxx si fuerit uiator damnum passo sol V. Pro quolibet pedite, & qualibet vice damnum passo si fuerit venator sol. V. si fuerit viator, damnum passo sol. I. Pro qualibet persona faciente herbam pro qualibet vice damnum passo sol. VII. Si vero inciderit fru-

frumentū in herba damnū passo sol. X Si vero terra, in qua damnū fuerit datū, seminata erit spelta, faba, vicia, hordeo, faseolis, ciceribus, & alijs leguminibus pœnæ de quibus supra, dimidientur, & dimidiatæ esse intelligantur, singula suis singulis debite, & congrue referendo, demptis tamen ciceribus, & faseolis, pro quibus seruetur quod dictum est supra de terra seminata frumento. Si vero damnū datū fuerit in terra seminata croco, vel zafrano, si quidem damnū datum fuerit a bestia grossa æstimatio damni sit pro qualibet bestia, & qualibet vice damnū passo sol. XX. Si vero damnum processerit a bestia minuta quadrupede, excepto porco æstimatio sit damnum passo sol. X. Si vero bestia minuta fuerit bipes æstimatio sit pro qualibet bestia, & qualibet vice dānum passo sol. V. Si vero damnum datum fuerit in terra seminata canape, vel lino, æstimatio sit damnum passo, vt dicitur in æstimatione damni in hortis dati. In alijs vero fiat, & obseruetur vt dictum est de damno dato in terra seminata frumento.

¶ De damno dato in pratis. RVB. XXV.

STatuimus quòd si damnū datum fuerit in pratis a die festiuitatis S. Mariæ de mense Martij in herba maiatica, seu fœno a bestijs grossis puta boue, equo, asino, & similibus condemnetur dominus bestiarum, vel is, qui habuerit in societatem, vel conduxerit damnum passo, pro qualibet bestia, & qualibet vice sol. VI. Si aūt in herba, seu fœno guaiumo condemnetur dānū passo p qualibet bestia, & qualibet vice sol. IIII. Si vero in tertiarolo vsq; ad mensē Septēb. condēnetur dānū passo in sol. II. Ab inde vero vltra, & alio tpe condemnetur in sol. I. pro qualibet bestia, & qualibet vice. Si vero damnum datum fuerit a bestijs minutis in prato in fœno maiatico vt supra, dempto porco condemnetur dūs, & vt supra dānum passo p qualibet bestia & vice sol. II. In fœno guaiumo sol. I. Ab inde vltra, & alio tpe den. VI. connumerando anseres & anates in bestijs minutis Si vero damnum datum fuerit a porco pascente in prato absq; rugatura, eodē modo, & forma, vt ordinatū est in bestijs grossis. Si autem damnum datum fuerit in prato a porco rugante condemnetur dominus, custos, & qui habuerit in societatē eos vltra pœnas prædictas in sol. I. pro qualibet rugatura & ad emendandum, & reaprandum rugaturas Si vero damnum datum fuerit ab homine in prato faciente herbā, vel exportante, condemnetur pro qualibet vice, & persona in sol. x. & ad emendationem damni damnum passo, quod damnum intelligatur pro quolibet cumulo seu muchia, vel tractu & andata de sol. xx. & hæc omnia intelligantur de pratis solitis secari. Si vero damnum datum fuerit in terra solida, quæ nondum sit redacta ad pratum, pœnæ dimidientur habito respectu ad tempora, & bestias vt supra.

¶ De damno dato in terra non seminata, nec etiam pratiua. RVB. XXVI.

STatuimus quòd si datum fuerit damnum in terra, quæ non sit seminata, nec q̄ sit pratiua, si quidem est laboratiua, & damnum datum sit a bestia grossa, æstimatio damni sit pro qualibet bestia, & qualibet vice sol. I. Pro quolibet vero porco, & qualibet vice de denarijs VI. Si damnum datum fuerit in terris nemorosis saldiuis stirpiuis, valliuis, & similibus a bestia grossa, damnum sit de sol. III Si vero damnum datum fuerit in dictis terris a bestia minuta damnum sit de sol. I.

¶De damno dato in carrezando. RVB. XXVII.

STatuimus quòd pro qualibet carrezata currus,aratri,barocij, & elciæ cum bobus,vaccis,vel equis,si facta fuerit in terra seminata frumento, æstimatio damni pro qualibet carrezata,& qualibet vice sit de sold.xxx.In terra vero seminata spelta,hordeo,faba,faseolis,vicia,& alijs leguminibus, ꝑ qualibet carrezata,& qualibet vice sol.X.In terra vero non seminata,nec pratiua,sed laboratiua,& arata pro qualibet carezata,& qualibet vice sol.XV. Si carrezata facta fuerit vt supra in pratis a festo Sanctæ Mariæ mensis Martij quousq; sectum fuerit fœnum maiaticum pro qualibet carrezata,& qualibet vice damnum sit de sol.XXX.Si autem carrezata facta fuerit postquam sectum fuerit fœnum maiaticum vsquequo fuerit sectum fœnum guaiumum damnum sit de soldis XX. Si vero damnum datum fuerit carrezando in pratis sectis, & sublatis dictis fœnis reliquis temporibus,damnum sit pro qualibet carrezata, & qualibet vice sol.XV.In stipulis vero damnum sit sol.XII.Si vero facta fuerit in terra nemorosa,stirpiua,saldiua,vel paludiua,damnum sit pro qualibet carrezata,& qualibet vice de sol.X.Et prædicta omnia in præsenti statuto contenta procedant, nisi via,per quam solitum est carrezari,esset adeo destructa,& redacta ad modum,quòd sine periculo per eam non posset carrezari,vel iri.Istis enim casibus licere volumus impune ire per campum illius,qui confinat viæ destructæ. Iudex tamen ad hoc deputatus cogat,& cogere debeat omnes, qui soliti sunt reparare dictam viam ad reaptandum illam, dummodo non appareat quod ex culpa habentium testatas via sit destructa.

¶De damno dato pro bladis exportatis. RVB. XXVIII.

STatuimus quòd si exportatum fuerit e campis aliquod genus bladorũ,'æstimatio damni sit pro quolibet couo frumenti exportato de sol.XX. Pro quolibet alio Couo aliorum bladorum sol.X.

¶De damno dato in lino,& canape exportatis. RVB. XXVIIII.

STatuimus quòd si exportata fuerit aliqua quantitas lini,vel canapis,dãnum sit pro quolibet fasce canapis,& lini sol.XXX.

¶De damno dato in nemore. RVB. XXX.

STatuimus quòd si dãnũ datũ fuerit in nemore a bestijs,si quidem datũ fuerit damnũ a bestia grossa,vt puta,boue,vacca,asino,& similibus, damnũ sit pro qualibet bestia,& qualibet vice sol.V.Si vero a bestia minura,puta capra, pecude,& similibus damnum sit pro qualibet bestia,& qualibet vice sol.III.

¶De damno dato in fructibus arborum,& vitium. RVB. XXXI.

STatuimus quòd si damnum fuerit datum in vuis pendentibus, seu in massa existentibus,si exportatæ fuerint in solio, damnum sit pro qualibet vice, & quolibet solio sol.XXX. Si vero cum cista, damnum sit pro qualibet cista,& qualibet vice sol.XV. Si vero cum bozio,pro quolibet bozio, & qualibet vice sol.XV.Si vero in rocijs pro quolibet rocio, & qualibet vice sol.X. Et intelligatur si damnum datum fuerit in vuis maturis,& non maturis. Si autem damnum datum fuerit a bestijs in vuis in massa existentibus, tunc damnũ æstimari debeat iuxta disposita in stat. De electione æstimatorum,& eorũ officio. Si vero damnum datum fuerit a bestijs grossis in vua pendẽte matura, siue non

matura,

matura,æstimatio damni sit pro qualibet bestia,& qualibet vice sol.V. Si vero cum bestia minuta quadrupede æstimatio damni sit pro qualibet bestia,& vice sol.III. Si vero quis accipiens,seu deijciens vuas ex arboribus eas porcis dederit,seu alio modo æstimatio damni sit pro quolibet porco,& qualibet vice sol. V.At si damnum datum fuerit a personis in pomis,piris,cerasis,nucibus,persicis armeniacis,prunis,mespilis,castaneis,ficubus,zezulis,amygdalis,auellanis, sorbis,& alijs similibus fructibus pro qualibet vice,& qualibet persona æstimatio damni sit sol.X.Si quis ascenderit arborem ex prædictis fructiferam, & ipsam quassauerit vt fructus cadant,siue exportauerit,siue non, condemnetur,p qualibet vice,& qualibet persona damnum passo sol.xxx.Et hoc si arbores non fuerint in terra seminata tempore dicti damni.Si vero terra fuerit seminata pœna duplicetur.Si vero damnum datum fuerit in glandibus a personis condemnetur pro qualibet persona,& vice sol.V.Quatien.autem,& deijcien glandes, & alios fructus porcis,vel alijs bestijs,damnum sit pro quolibet deijciente, & qualibet bestia,& qualibet vice sol.XX.

¶De damno dato in exportando ligna a foco.

RVB. XXXII.

STatuimus quòd si damnum datum fuerit in exportando ligna a foco iam incisa,æstimatio damni sit prout infra.Pro qualibet carica a dorso hominis dánum sit sol.X. Pro qualibet carica muli,asini,vel equi damnum sit sol.xx Pro quolibet barocio,seu elcia,damnum sit sol.xxxx.Pro quolibet curru lignorum damnum sit sol.lxxx.Pro quolibet ligno ab opere sol.lx.Et prædicta locum sibi vendicent,vbi ligna exportarentur ex terra non seminata,si vero ex terra seminata pœna duplicetur.

¶De damno dato in fascibus exportatis.

RVB. XXXIII.

STatuimus quòd si damnum datum fuerit in exportando fasces ad comburẽdum æstimatio damni sit prout infra.Pro qualibet carica fasciũ exportata à persona damnum sit de sol.V.Pro qualibet carica asini sol.X.Pro qualibet carica equi,vel muli sol.xv. Pro quolibet barocio,vel elcia sol.xx. Pro quolibet curru fascium sol.xxxx.Et hoc si damnum datum fuerit in terra non seminata. Si vero in terra seminata,pœnæ duplicentur.

¶De damno dato in arboribus incisis in campis,vijs,& alijs locis.

RVB. XXXIIII.

QVia vt docet experientia rerum magistra,quamplurima damna committuntur in incidendo,frangendo,scorzando arbores virides fructiferas vel infructiferas adiunctis,vel non adiunctis vitibus, quæ arbores aliquando sunt crassæ,aliquando tenues,ita quòd difficile,& fere impossibile esset taxare, siue æstimare damnum singularum arborum,tum propter varietates arborum,tum propter ætates earum.Propterea statuimus,quòd si damnum datum fuerit in aliquibus arboribus viridibus,magnis,vel paruis,fructiferis vel non,cum vite, vel sine,in terra seminata,vel non,& in via,& in alijs locis,æstimatio huiusmodi damni fiat iuxta tradita in stat.sub Rub.De electione æstimatorum, & eorum officijs.

¶ De damno dato in excauando tractorias, inserituras, & prouanas.

RVB. XXXV.

STatuimus quòd si qua inseritura, seu planta arboris fructiferæ scilicet pirorum, pomorum, persicorum, prunorum, & aliarum huiusmodi, ac etiam mororum incisa, euulsa, vel fracta fuerit in cãpis, æstimatio damni sit pro qualibet inseritura, vel planta de libr. IIII. Pro excauatione, & euulsione Tractoriarum vitium æstimatio dãni sit pro qualibet tractoria, & qualibet persona sol. xx. Et hæc omnia si de die, si vero de nocte, pœna duplicetur.

¶ De damno dato in scaluando arbores, sfoliando, & sbrocando.

RVB. XXXVI.

STatuimus quòd si damnum datum fuerit in scaluando aliquam arborem viridem fructiferam, æstimatio damni sit ꝑ qualibet arbore scaluata sol. xxxx. Si vero non fructifera sol. xv. si in dictis casibus dicta arbor erat sine vite, si vero cum vite damnum sit de quarto pluri. Si vero damnum datum fuerit in sfoliãdo, seu sbrocando arbores sine vite, æstimatio damni sit sol. VII. Si vero cum vite sit sol. x. Et prædicta procedant in terra non seminata, in terra vero seminata addatur quartum de pluri.

¶ De damno dato in hortis, broilis, vel zardinis.

RVB. XXXVII.

STatuimus quod si damnum datum fuerit in hortis, broilis, vel zardinis citra tamen fractionẽ, vel scorzaturam arborum, si quidẽ damnum datum fuerit a bestijs groſſis, vel minutis quadrupedibus, æstimatio damni sit sol. xxx. Pro quolibet vero anſere, vel anate, & pro qualibet vice, damnum sit sol. V. Pro qualibet vero gallina & alia qualibet bestia bipede, & pro qualibet vice, damnum sit de sol. III Si vero in fractione, vel scorzatura arborum damnum datum fuerit æstimatio sit vt infra dicetur. Si autem damnum datum fuerit a personis, tunc si huiusmodi damnum datum fuerit in rebus hortensibus, vel fructiferis horti, vel zardini, seu arboribus existentibus in horto, vel zardino, æstimatio ipsius damni sit pro qualibet vice, & qualibet persona de lib. V. Si vero huiusmodi damnum datum fuerit in arboribus eas, incidendo, scaluando, frangendo, vel scorzando, vel euellendo, tunc si damnum datum fuerit in inserituris, seu ente æstimatio damni sit pro qualibet inseritura, & ente, & pro qualibet persona de lib. x Si vero huiusmodi damnum datum fuerit in alijs arboribus existentibus vt supra, siquidem dictæ arbores fuerint fructiferæ æstimatio sit pro qualibet arbore, & pro qualibet persona de lib. xx. Si vero arbor non fuerit fructifera æstimatio sit pro qualibet arbore, & qualibet persona de lib. x.

¶ De damno dato in Columbarijs, Piscarijs, & Apibus.

RVB. XXXVIII.

STatuimus quòd, si damnum datum fuerit in columbarijs, & piscarijs, æstimatio damni sit pro qualibet vice, & qualibet persona de scutis decem auri pro apibus vero damnum sit pro qualibet persona de scutis decem auri.

¶ Quando dici non debet damnum datum RVB. XXXVIIII.

STatuimus quod vbi persona aliqua occiderit, vel vulnerauerit bestiam aliq̃s cuiusuis conditionis, & qualitatis, & in quocunque loco, vel si canis, uel lupus,

pus,vel alia beſtia occiderit,vel vulneraverit,ſeu aliquo modo damnificauerit aliquam beſtiam groſſam,vel minutam,& cuiuſcunq; maneriei,huiuſmodi dãna non veniant appellatione damnorum datorum,nec præſentia ſtatuta in eis locum vendicent ſibi,ſed paſſi huiuſmodi damna agant actionibus ſibi competentibus,prout de iure communi.

¶De foſſatis explanatis,& pontibus,& ſæpibus deuaſtatis.

RVB. XL.

STatuimus quòd ſi quis explanauerit,vel atterrauerit foſſatum alienum,ſiue communem ſoluat libras tres Mo.Mut.damnũ paſſo,& alias libr.tres Cam. Duc.& nihilominus teneatur reficere dictum foſſatũ bene foſſum, & credatur vni teſti non ſuſpecto.Et eadem pœna teneatur,qui fecerit foſſatum ſup terreno alieno,& teneatur illud ſtatim explanaſſe.Ille vero qui obicem,vel cauedonum fecerit in aliquo foſſato, vel dugario,teneatur in ſimili pœna applican.vt ſupra,& leuare tale obſtaculum,& cauedonum.Et ſi quis deuaſtauerit,deiecerit,vel abſtulerit aliquem pontem priuatum,vel pub.in totum,vel in partem, teneatur illico ad refectionem dicti pontis,& ſoluere pro pœna libr.v. applican.Cam.Duc.Et idem intelligatur de illo,qui abſtulerit, vel deuaſtauerit in totum,vel in partem claudendam,ſeu portitiam alicuius campi, & qui ſepem euulſerit,vel deiecerit,ſeu aliquo modo deuaſtauerit, æſtimatio damni ſit de ſol.X.p quolibet brachio ſepis euulſæ,deuaſtatæ,ſeu exportatæ. Et hoc quod dictum eſt de ſepibus,non habeat locum in mezadris, ſeu laboratoribus ipſarum terrarum, quia de illis ſpecialiter eſt diſpoſitum ſub titulo. De ſepibus, & hortenſibus relinquendis a Mezadris.Et hæc intelligantur de ſepe ſicca,de viridi autem pœna duplicetur.

¶De via,itinere,& actu concedeñ. RVB. XLI.

STatuimus quòd licitum ſit omnibus perſonis habentibus prædia, ſiue campos,qui,ſeu quæ non teneant,ſeu habeant caput ad viam,ire, & redire per prædia,ſeu campos vicini ſui proximioris viæ cum bobus,aratro, plauſtro, vel elcia,dummodo non faciat ſtudioſe,& vadat per locum minus damnoſum ipſi domino,niſi ipſe dominus deputauerit ipſi viam aptam, quam ille tunc teneatur ſequi,& non aliam ſub pœna infraſcripta. Et non ducat porcos,& alia animalia,niſi boues,vel vaccas a iugo,& equum, vel aſinum cauſa laborandi, vel fructus conducendi,ſeu ſtercorandi,& qui contrafecerit ſoluat ſol.X. damnum paſſo pro qualibet vice.

¶De ſepibus,& hortenſibus relinquendis a Mezadris.

RVB. XLII.

QVia ruſtici ſunt mirum in modum procliues ad inferen. damna patronis,inimicanturq; naturaliter eiſdem,maxime in eorum diſceſſu, quem faciunt a terris,& laborerijs,quo quidem tempore vellẽt omnia bona patronorum ire peſſum, & in diſperſionem,hinc eſt,quòd ſepes cortilium,& hortorum aut comburunt,aut deijciunt,vel ſinũt eas euelli,diſſipari,& ad nihilum reduci.Quapropter,vt ipſi laboratores,ſeu mezadri ſolertes ſint,& inuigilent in faciẽ.manutenẽ.& conſeruãdis dictis ſepibus,& hortẽſibus,volum?, & ſtatuimus quòd ipſi mezadri,ſeu laboratores teneãtur,& debeãt facere, & reparare ſepes

prædictas,& reparatas;ac reaptatas tenere eaſdem per tempus,& tẽpora,quibus erunt laboratores,de viminibus dictæ poſſeſſionis,ſiue terrarum,ſeu faſcibus,& lignis communibus inter eos,& patronum. Et dictas ſepes bene contexitas,& aptatas relinquere quando diſcedent a laborerio,ſeu terris,ſub pœna libr.x.applican.patrono,qui ſuo iuramẽto poſſit facere damnum ſuum de dictis libr.x.occaſione prædicta, reſeruata tamen laboratori facultate faciendi æſtimare damnum,vel detrimentum ipſarum ſepium iuxta tradita in ſtatuto ſub titulo. De electione æſtimatorum,& eorum officio. Volentes etiam quod mezadri ſeu laboratores prædicti;quando diſcedent a laborerijs ſeu terris,non poſſint hortenſia exportare,euellere,vel deuaſtare,ſed ea tenẽatur relinquere ſucceſſoribus ſuis intacta,illæſa,& non peſſundata abſq; aliqua ſolutione ipſi faciẽ. per ſucceſſores,ſub pœna prædicta applican.vt ſupra,reſeruata tamen eis facultate æſtimandi vt ſupra.

¶ De ſpatio,quod eſſe debet inter arborem,& arborem.

RVB. XLIII.

STatuimus quòd omnes,qui de cætero voluerint aliquam arborem plantare a latere ſuperiori,vel a mane verſus terram conuicini ſui,teneãtur,& debeãt dimittere verſus dictum conuicinum ſex brachia terræ plantare volẽtes verſus dictum conuicinum. Et ſi aliter arbor plantata fuerit D.Iudex damnorum datorum,vel Iudex aquarum illius loci,in quo arbor extiterit,faciat cum effectu dictam arborem incidi,& euelli ad omnem inſtantiam conuicini damnum sẽtientis. Declarantes tamen quòd ſi vna petia terræ diuideretur,permutaretur, vel aliter alienaretur,& in vna parte remaneret aliqua arbor non habens talẽ diſtantiam verſus alteram partem deſubtus,vel a ſero,tunc ſupraſcripta ſibi locum non vendicent,ſed in prædictis caſibus obſeruetur quod inferius dicetur De arboribus plantatis tempore editionis prædictæ. Statuimus quòd ſi quidem arbor exiſtens a latere ſuperiori, vel a mane vt ſupra non habens talem diſtantiam fuerit fructifera,non debeat quoquo modo incidi,vel deradi, ſi vero fructifera non fuerit,ſed bene auitata, tũc debeat ſcaluari,& incidi a ſex brachijs ſupra,ſi vero ipſa arbor fuerit neq; fructifera,neq; auitata tunc dominus arboris teneatur incidere,vel radere inſurſum per quindecim brachia,vel vendere dictam arborem dicto conuicino ſub æſtimatione officialis,reſeruata electione domino arboris incidendi,vel vendendi. Quod in montanis partibus locum non habeat,& intelligãtur montanæ partes a Saxo lo,Florano,Spezano, Soligniano,Caſtrouitreo,Campilio,& Vignola ſupra. Declarantes quòd omnes arbores nocentes hortis exiſtentibus intra circas Ciuit.Mut.incidantur, & nulla plantata viridis inter vnum vicinum,& alium eſſe,vel fieri, ſed ſepes tantummodo poſſint.

¶ De foſſatis cauandis. RVB. XLIIII.

STatuimus quòd quilibet habens terram inferius ad requiſitionem alterius; qui habet terram ſuperius & qui ſuum foſſatum fecerit,ſeu cauauerit,præciſe teneatur fodere,ſeu fodi facere foſſatum ſuum,nec non Cauedonos, carratas,& omnia alia impedimenta leuare,& pontes & ſimilia a latere inferiori. Et iudex teneatur hoc fieri facere ſine mora,vel dilatione,& omnibus reiectis.

¶ De-

¶Declaratio ad ſtatutum. De electione æſtimatorum, & eorum officio.

RVB. XLV.

DEclarantes contenta in ſtatuto ſub titulo. De electione æſtimatorum, & eorum officio, in ea parte, in qua diſponitur accuſationes notificari debere accuſatis per Saltuarium quæ notificatio habeatur loco veræ citationis, & vt in allegato ſtatuto. Volumus, & diſponimus vt intelligatur procedere in habitatoribus villæ, vbi fit dicta notificatio, ſi autem accuſatio eſſet inſtituta contra non habitantem in dicta villa in re tamen, vel rebus exiſtentibus in dicta villa, dicta notificatio minime ſufficiat, ſed citari debeat per nũtium Communis iuxta tradita in ſtatuto. De citationibus. Et eo legitime citato cætera alia, de quibus in dicto ſtatuto, & alijs ſtatutis noſtris obſeruentur, & aliter accuſatio, vel condemnatio, ſiue in contumacia, ſiue alio modo non valeat, nec exigi poſſit, & habeatur accuſatio pro nulla ipſo iure.

¶Quod in verbis prolatis in maſculino compræhendatur genus fœmininum, & è contra, & in ſingulari numerus pluralis, & è contra.

RVB. XLVI.

STatuimus quòd verba prolata in genere maſculino intelligantur prolata in fœminino, & è contra. Et ſimiliter verba prolata in ſingulari intelligantur prolata in plurali, & è contra niſi expreſsè reperiatur ſecus diſpoſitum eſſe.

¶Quod vbi damnum non reperiatur æſtimatum, recurratur ad ſtatutum ſub titulo. De æſtimatorum electione. RVB. XLVII.

STatuimus quòd ſi occurrerit dari aliquod damnum, quod per præsẽtia ſtat. non reperiatur taxatum, vel extractum, tunc tale damnum debeat æſtimari iuxta tradita in ſtat. ſub titulo. De electione æſtimatorum, & eorum officio. Saluis tamen diſpoſitis in ſtatuto ſub Rub. De probationibus per iuramẽtum, vel alias probationes.

¶De ijs, qui vti non poſſunt beneficio præſentium ſtatutorum.

RVB. XLVIII.

STatuimus, & ordinamus pro bono publico quòd Eccleſiæ, loca pia, monaſteria, clerici, aut perſonæ eccleſiaſticæ, nobiles, vel alias exempti, & ſimiliter eorum conductores, fictabiles, mezadri, coloni, & laboratores non poſſint, nec aliquis ſupraſcriptorum poſſit vti beneficijs præſentium noſtrorum ſtatutorum; niſi mezadri, coloni, & laboratores dictarum eccleſiarum, monaſteriorũ, clericorum, locorũ piorũ, & aliarũ perſonarum eccleſiaſticarum, nobilium, vel alias exemptorũ fecerint, & ſubierint oẽs, & quaſcunq; operas, & factiones in communi ordinarias, vel extraordinarias, & vndecunq; prouenientes ſiue a Sereniſs. D.N Duce, ſiue a Communitate Mut. pro vt, & quemadmodũ mezadri, laboratores, & coloni ſeculariũ non exẽptorum dicta onera, & factiones ſubeũt, & ſubire ſoliti ſunt. Exempti tamen ob numerum duodecim liberorum & ſimiliter eorum mezadri, vel coloni non compræhendantur in præſenti ſtatuto. Et hoc ſtatutum ſit præciſum, & truncum, & ad literam ſeruari debeat.

¶De applicatione pœnarum in damnis datis. RVB. XLVIIII.

STatuimus, & ordinamus quòd vbi quis eſt condẽnatus alicui vere, vel ficte p aliquo damno dato reſarciendo, reſarcio ipſius damni fiat, & applicetur, ac

applicari debeat damnum passo,& in tantundem etiam intelligatur condemnatus fictione præsentis statuti Cam.Duc.& illud tantundem solum exigi possit per Cam.Duc.non autem applicatio damni,sub pœna ipsi exactori Ducali libr. quinquaginta quotiescunq; contrafecerit applicanda pro dimidia Cam. Duc.& pro altera dimidia damnum passo.Declarantes,quòd si in aliqua parte nostrorum statutorum sit facta mẽtio de aliqua pœna ex alia occasione, semper,& vbiq; intelligatur quòd dimidia sit applicata Cam.Duc. & altera dimidia dãnum passo,nisi specifice cui debeat applicari fuerit dictum, cui tunc plenarie stetur.Et si aliter dictum,vel sententiatum fuerit,nullum sit ipso iure.

¶ De bestijs in campis repertis sine custode. RVB. L.

QVia sæpenumero damna eueniunt, quia bestiæ sine custode per campos vagantur in graue detrimẽtum ciuium,& districtualium,ideo statuimus quod si bestiæ aliquæ cuiusuis generis,seu qualitatis per quempiam in suo campo,vel conducto,seu tento repertæ fuerint sine custode, huiusmodi reperiens ciuis,vel comitatinus possit,& valeat dictas bestias sic inuentas conducere,vel conduci facere super hospitio,vel in domum massarij absq; aliqua licentia officialis,etiam si ipse reperiẽs sciuerit cuius sint dictæ bestiæ, nec rehaberi possint per tenentes eas,vel quemuis alium,nisi hospitij,& alia quauis impensa soluta. Et nihilominus pœnæ contentæ in statutis nostris singula singulis congrue referen.duplicentur pro damno dato.Et prædicta sibi locum vendicent, si talis inuentio fuerit facta de die,si autem de nocte, tunc liceat inuentori conducere dictas bestias vt supra,& pœnæ quadruplicentur,vel eas impune interficere possit.Declarantes quòd si inuentæ fuerint de nocte, credi debeat iuramẽto inuentoris asserentis se eas inuenisse in suo,vel vt supra, si autem de die credatur vt supra cum vno teste idoneo,& non aliter.

¶ Quot Bestias tenere possint paucas terras habentes.
RVB. LI.

STatuimus,& ordinamus prohibitũ fore,& esse omnibus, & singulis in aliqua villa non habentibus,vel possidentibus plures bubulcas terrarum,quam decem, tantummodo tenere alias quadrupedes bestias præter vnam vaccam, & vnum porcum pro vsu suo tantum,& non vltra.

Finis quarti libri Statutorum Ciuitatis Mutinæ.

LIBER QVINTVS
STATVTORVM CIVITATIS MVTINAE.
VICTVALIVM.

¶ De Poteſtate, & arbitrio D. Iudicis Victualium in condemnando, ſeu mulctando. RVB. I.

STatuimus quòd D. Iudex victualium Ciuitatis Mutinæ, & diſtrictus poſſit, & debeat punire, & condemnare omnes delinquentes in pœnis, & mulctis contẽtis in ſtatutis officij ſui, & non vltra, & vbi ſtatuta deficerẽt, & pœna non eſſet expreſſa, tunc poſſit punire, & mulctare ſingulos delinquẽtes vſq; ad ſummam ſoldorum xx. tantum, & non vltra, attẽta tamẽ qualitate delicti, & conditione perſonarum. Quæ pœnæ, ſeu mulctæ in prædicto caſu applicentur, & applicatæ eſſe intelligãtur ipſo iure, & facto Cameræ Ducali pro dimidio, & accuſatori, ſeu denuntiatori pro alio dimidio. Poſſit etiam facere præceptum in pertinentibus ad ſuum officium cuilibet perſonæ ſub pœna ſoldorum viginti ad plus de faciẽdo, vel non faciendo tale quid.

¶ De Syndicando Iudice victualium, & eius Notarijs. RVB. II.

ORdinamus quòd D. Iudex victualium, & etiam notarij dicti officij finito Iudicis officio ſyndicari debeant per deputandos ab Ill. Comm. Mutinæ. Qui ſyndici poſſint, & teneantur tam ex eorum officio, quam ad querelã, ſeu accuſationem cuiuſlibet cum omni cura, & diligentia contra ipſos, & quemlibet ipſorum inquirere, & eos, & eorum quemlibet punire, condemnare de dolo, lataq; culpa, & quibuſcunq; baratarijs per eos commiſſis, quæ probari poſſint prout diſponitur in ſtatuto ſub Rub. De baratarijs puniendis. Et inſtantia, modus, & dilationes, qui ſeruantur in alijs officialibus ſyndicandis ex forma ſtatutorum noſtrorum, ſeruari etiam debeant in ſyndicandis Iudice, & notarijs prædictis.

¶ De ordine procedendi. RVB. III.

STatuimus, & ordinamus quòd Spectabilis D. Iudex victualium ciuitatis, & diſtrictus Mutinæ procedere, mulctare, & condemnare poſſit, & debeat omnes, & quoſcunq; contrauenientes, vel non obſeruantes præſentia ſtatuta, vel aliter delinquẽtes in eorum artibus, & exercitijs, modo, & ordine infraſcriptis. Nam quis re ipſa repertus fuerit in contrafactione, ſeu maleficio, vel quaſi, tũc ipſe Dominus Iudex adnotata contrafactione, ſeu maleficio moneat, vel citari faciat iuxta formam ſtatuti ſub Rubrica. De citationibus faciendis inculpatũ, quatenus ipſe inculpatus comparere debeat coram præfato Domino Iudice intra tres dies continuos proxime ſequentes ad ſe defendendum, & excuſandũ a dicta inculpatione, & a contẽtis in ea, & ſi inculpatus in dicto termino comparue-

paruerit,& eauſas excuſationis,ſeu defenſionis ſuæ deduxerit,admittantur, & admitti debeant per iudicem,quas probaſſe teneatur ipſe inculpatus intra terminum octo dierum continuorum.qui terminus ſit, & eſſe intelligatur ſtatutus tam Iudici,quam parti ad probandum,& probatum habendum per omne genus,& ſpeciem probationis Et ſi in dicto termino non comparuerit, vel comparens nullas cauſas excuſationis allegauerit, tunc ipſo iure habeatur pro confeſſo,& conuicto virtute præſentis ſtatuti, & contra eum procedi debeat ad condemnationem,eo tamen ſaluo quòd vbicunq; inculpatus comparuerit ante condemnationem contra eum factam,admittatur,& admitti debeat eius comparitio,& defenſiones,ac ſi a principio comparuiſſet, non obſtante ſibi in aliquo eius contumacia,credatur autem de inuentione, & contrafactione re ipſa dicto,ſeu atteſtationi D.Iudicis,& vnius ex notarijs ſuis,vel nuntij,referentium inſimul ſic ſe inueniſſe,vt in contrafactione,ſeu maleficio adnotata continetur.Niſi in prædictis,vel aliquo prædictorum fuerit per inculpatum probatum contrarium,vel legitime ſe excuſauerit dictus inculpatus a dicta inculpatione vt ſupra.Quo termino octo dierum elapſo dictus Iudex ipſum inculpatũ infra quatuor dies vtiles condemnet,vel abſoluat prout iuris fuerit, & ipſo termino quatuor dierum elapſo intelligatur abſolutus ipſo iure fictione præſentis ſtatuti. Quod ſi in ipſa contrafactione,ſeu maleficio re ipſa inuentus non fuerit,ſed accuſatus,vel denuntiatus per aliquem fuerit, ſeu ipſe Dominus Iudex ex eius mero,& puro officio contra eum procedere voluerit,tunc adnotata ipſa accuſatione,ſeu denuntiatione,vel inquiſitione, ſeu defenſa per notarium Domini Iudicis in libro,ſeu vaccheta ſua Dominus Iudex victualium legitime citari faciat inculpatũ quatenus comparere debeat ipſe inculpatus intra tres dies continuos coram ipſo D.Iudice ad ſe defendendum,& excuſandum vt ſupra.Et ſi in dicto termino comparuerit ſi quidem contẽta in accuſatione,querela,vel inquiſitione ſponte confeſſus fuerit admittatur dicta confeſſio,& condemnetur in pœnis iuris,vel ſtatutorum ciuitatis Mutinæ,admiſſo tamen confitenti beneficio confeſſionis iuxta ordinata in ſtatuto ſub Rub. Quod pax, & confeſſio proſit,in caſibus infraſcript. Si vero comparens negauerit contenta in dicta accuſatione,denuntia,ſeu inquiſitione,vel defenſa in totum,vel in partem admittatur ſimiliter eius negatio,& eo tunc ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur tam D.Iudici,quam inculpato terminus octo dierum continuorum ad probandum,& probatum habendum per omne genus,& ſpeciem probationis,niſi viſum fuerit ipſi D. Iudici dictum terminum prorogare attenta arduitate cauſæ.Quo termino elapſo D. Iudex ipſe intra dies quatuor vtiles condemnet vel abſoluat inculpatum,prout iuris fuerit,quo termino quatuor dierum elapſo inculpatus,ſeu inquiſitus ipſo iure abſolutus intelligatur, fictione præſentis ſtatuti.Si vero inculpatus ipſe non comparuerit,vel comparens nihil oppoſuerit,tunc iterum inculpatus citari debeat ex parte dicti D. Iudicis quatenus comparere debeat intra biduum proxime continuum ad dicendum,& allegãdum cauſas,quare non habeatur pro confeſſo,& conuicto, & ſi venerit,& negauerit inculpationem admittatur ad eius defenſiones, ac ſi a principio comparuiſſet,& refectis tamen expenſis accuſatori,ſeu notario, ſi proceſſum fuerit ex

officio,

officio, si vero non venerit, vel comparens nihil opposuerit habeatur tunc pro conuicto, & confesso ac si ore proprio confessus fuisset, & procedatur ad condēnationem. A condemnationibus autem, seu mulctis dicti D. Iudicis a libr. quindecim infra non possit per quempiam appellari, querelari, vel de nullitate dici, vel aliquod aliud remedium contra eas implorari. A condemnationibus vero, seu mulctis a dictis libris quindecim supra possit appellari & de nullitate dici ad D. Iudicem appellationum ciuitatis Mutinæ, & huiusmodi appellationes & nullitatum dictiones per dictum D. Iudicem terminari debeant intra tempora consimilia supra taxata in prima instantia. Et processus, & condemnationes aliter factæ, non seruata forma præsentis statuti, non valeant, nec teneant ipso iure, nec ad aliquam condemnationem, excussionem, vel exactionem procedi valeat, seu possit. Et processus omnes faciendi vt supra rogari debeant per notarios dicti D. Iudicis, & habeant, & consequi possint mercedem suam taxatam per alia nostra statuta.

¶ De accusationibus, denuntiationibus, & inquisitionibus. RVB. IIII.

QVilibet possit, & valeat accusare, vel denuntiare quoscunq; fraudantes, delinquentes, vel contrafacientes, in his, & circa ea, quæ sunt artis ipsius contrafaciētis, ex quibus ex forma statutorū, vel alias de iure castigari vel puniri possunt. Et similiter ipse D. Iudex in prædictis, & in singulis prædictorū inquirere, cognoscere, procedere, & condēnare possit ex eius puro, & mero officio, & etiam ad querelam cuiuslibet querelantis iuxta dispositа in statutis nostris.

¶ De faciendis, & scribendis inuentionibus. RVB. V.

STatuimus quod non possit fieri aliqua inuentio de pertinentibus ad officiū, D. Iudicis victualium, nisi ipse. D Iudex simul cū vno saltem ex notariis suis, vel nuntio, vel vnus ex notariis prædictis simul cum nuntio. D. Iudicis contrafacientem in ipso delicto, seu contrafactione re ipsa inuenerit. Qua inuentione facta alter ex notariis prædictis teneatur omnino sub pœna infrascripta intra triduū continuum scribere, & notare inuentionem, seu inuentiones in vacheta bullata bullo. D. Massarij Ducalis, & non in bastardello, nec in alio folio, nec possit habere nisi vnā vachetā ad inuentiones scribendas. Et si prædicta seruata non fuerint inuentiones ipsæ non valeant, nec teneant ipso iure nec earū vigore possit sequi aliqua condemnatio sub pœna ipsi Domino Iudici contrafacienti librarum decem applicandarum pro dimidio ærario Ducali, & pro alio dimidio Inculpato cōdemnato. Et elapso triduo teneatur Dominus Iudex inquirere, procedere, & condemnare, vel absoluere iuxta dispositа in statuto sub Rubrica. De ordine procedendi. Volētes quod si inculpatus per legitimas defensiones fuerit absolutus, nihil soluere teneatur pro inuentione, & si quid solutum fuerit totum repetat, & repetere possit a notario, vel ab alia persona.

¶ De Officio bonæ opinionis. RVB. VI.

STatuimus, & ordinamus quod Ill. DD. Con. Ciuitatis Mut. eligere, vel confirmare debeant uirum probum legalem & idoneum ad officium bonæ opinionis de mense Decembris. Qui antequam exercere incipiat eius officium iurare debeat in manibus prædictorum Ill. DD. Con. de recte, & legaliter exercendo

cendo officium ſuum, quòd iuramentum ſcribatur per cancellarium prædictorum DD. Conſeruatorum, & qui officialis bonæ opinionis bullare, & iuſtare habeat omnes, & quaſcunq; menſuras, ſtateras, pondera cum bullo D. Iudicis victualium, qui pro tempore erit, ſingulis ſex menſibus, exceptis tamen menſuris, & ponderibus habentium dictas menſuras, ſeu pondera non exercentiũ aliquam mercantiam, volumus enim ſufficere eas ſemel fuiſſe bullatas cum bullo prædicto, nec Iudex poſſit contra eos procedere, dummodo menſuræ, ſeu pondera ſint iuſta, & habeat ipſe officialis pro eius mercede vnum quadrantem p qualibet bullatura, exceptis bullaturis caſtellatarum, pro quibus ſingulis vicibus, & bullaturis conſequi poſſit ſoldos duos ſingulo anno, & exceptis ingiſtarijs, & boccalibus hoſpitum, pro quorum ſingula bullatura habere poſſit duos quadrantes & non vltra, & ſemel bullare ſufficiat dictas ingiſtarias, & boccalia. Et huiuſmodi mercedes ſupraſcriptas, habeant ipſe ſic electus, & notarius bonæ opinionis, & inter eos diuidant iuxta ſolitum, & conſuetum, vel ,put concordes erunt, & nullum habeat ſalarium officialis ipſe a dicta Ill. Com. Et ſi officialis bonæ opinionis repertus fuerit fraudem, ſeu dolum commiſiſſe in eius officio, eo priuatus ſit ipſo iure, nec amplius poſſit ad aliud, vel aliud officium pro communi eligi, & vlterius puniatur prout arbitrabitur D. Prætor inſpecta qualitate, & conditione perſonarum.

¶ De Mina. RVB. VII.

OMnes, & ſingulæ minæ ſint, & eſſe debeant bene ferratæ de bono ferro groſſo, ſicut eſt mina rami, quæ reperitur, & ſolita eſt teneri penes officialem bonæ opinionis, ita quòd ferrum de facili non flectatur. Et mina debeat eſſe eius capacitatis, cuius eſt mina exiſtens penes ipſum officialem, & minoris non poſſit eſſe latitudinis a parte ſuperiori, quam ſit a parte inferiori, & non ſit altior octo vncijs, nec aliter bullari poſſit. Et officialis, qui bullauerit minam alterius capacitatis, latitudinis, & altitudinis perſoluere cogatur Fiſco Ducali ſold. xx. & perſona, quæ habere reperta fuerit minam alterius qualitatis vt ſupra, in totidem applicandis vt ſupra condemnetur, & minam perdat. Et prædicta omnia ſibi locum vendicent in perſonis vendentibus, & ementibus, & qui ſoliti ſunt emere, & vendere in plateis, & ad apothecas ſuas, & in omnibus alijs locis publicis dictæ ciuitatis. Alij vero ciues cuiuſcunq; qualitatis poſſint tenere in domibus ſuis proprijs minas cuiuſcunq; ſortis, & maneriei, dummodo ſint ad menſuram ſub pœna antedicta, & infraſcripta, & quilibet poſſit accuſare, ſeu denuntiare, & habeat a contrafaciente alios ſoldos viginti.

¶ De Quartario Starij. RVB. VIII.

QVartarius ſtarij ſit, & eſſe debeat qualitatum, & circunſtantiarum, quarũ debet eſſe mina vt ſupra in præcedẽti ſtatuto eſt ordinatũ, excepta latitudine. Quia volumus quòd quartarius ipſe ſit, & eſſe debeat vnciarum ſex ad plus, & non vltra. Et bullans, vel habens dictum quartariũ alterius ſortis, ſeu qualitatis puniatur pœna, ſeu pœnis, de quibus ſupra in præcedenti ſtatuto.

¶ De Raſora. RVB. VIIII.

STatuimus quòd raſora, cum qua raduntur menſuræ, in quibus res exiſtentes ad raſum venduntur, ſit, & eſſe debeat rotunda tota, & non lata, & radiens

aliter

aliter mensuras dictarum rerum puniatur in decem soldis, quorum dimidium applicetur Ducali ærario, aliud dimidium denuntianti, seu accusanti.

¶ De Pœna vendentium cum mensuris falsis RVB. X.

STatuimus quod si quis inuentus, seu conuictus fuerit vendere, vel vendidisse cum mensura falsa, idest non iusta, dato etiam quod esset bullata, & ferrata, condemnari debeat arbitrio. D. Iudicis victualium inspecta qualitate facti, & importantia rei, frequentia venditionum cum mensura prædicta, & personarum conditione, dummodo non excedat summam librarum centum, cuius pœnæ medietas sit accusantis, seu denuntiantis, & alia medietas Cameræ Ducalis. Et præsumatur tenuisse, & vendidisse scienter cum falsa mensura, nisi probauerit contrarium per legitimas, & veras probationes.

¶ De Mensura Vini. RVB. XI.

QVartarius, quo vinum uenditur, & medius quartarius sint ad mensuram & formam quartarii, & medij quartarij, qui esse reperiuntur in platea communis Mutinæ, & prope ecclesiam cathedralem. Quæ mensura quartarij in effectu est de libris trecentis pro quolibet quartario, & in rationem quartarij, & mensura quartarij, & medij quartarij signetur cum borchetis de ferro, ut dignosci possit ipsa mensura. Et nulla persona possit uendere uinum aliquod ad quartarium nisi ad mensuram prædictam, & cum mensuris iustis, & bullatis, & portatores uini portantes mensuras non iustas, uel non bullatas puniantur ut in statuto. De pœna uendentium cum mensuris falsis, & priuentur officio, & teneantur dictas mensuras bullari facere per officialem bonæ opinionis in principio cuiuslibet semestris, alias incurrant pœnam librarum triũ, uendens uero scienter cum dictis quartario, vel medio quartario non iustis, vel non bullatis cadat in pœnam librarum trium pro qualibet uice quarum medietas sit accusantis uel denuntiantis, alia uero medietas Cameræ Ducalis, & quilibet possit accusare in prædictis, & quolibet prædictorum, & ei credatur cum iuramento, & dicto unius testis.

¶ De Vendendo, uel emendo ad pensam Ciuitatis Mutinæ. RVB. XII.

STatuimus, & ordinamus quod omnes, & singulæ res cuiuscunq; sortis, & maneriei, quæ in posterum uendentur, ementur, permutabunt̃, uel alio modo contractabuntur, ad pensam, uel bilancias in ciuitate, uel districtu ciuitatis Mutinæ vendi, permutari, & contractari debeant, & sic pensari ad pensam ciuitatis Mutinæ, & secundum pensam dictæ ciuitatis, & non secundum pensam seu bilancias alterius cuiuscunq; loci, castri, vel ciuitatis, non obstantibus aliquibus consuetudinibus hactenus forte seruatis, quas consuetudines præsentes, uel futuras reprobamus, & corruptelæ potius præsumãtur uirtute præsentis statuti, sub pœnã in prædictis, & quolibet prædictorum librarum trium, & amissione stateræ, seu bilanciæ applican. pro dimidia fisco Ducali, & pro alia dimidia accusatori, seu inuentori. Et ut occasio tollatur pensandi ad pensam, seu bilãcias alterius ciuitatis, stricte prohibemus aliquos arrifices, mercatores, uenditores posse tenere in eorum apothecis, domibus, habitationibus aliquas pensas, seu bilancias, nisi pensam, uel bilancias iuxta pensam, & pondus ciuita-

tis

tis Mutinæ,ſub pœna librarum decem applican.ut ſupra,& D.Iudex uictualium pro debito officij ſui diligentem faciat de prædictis inquiſitionem.

¶ De Statera, & Bilanciis,ac penſis. RVB. XIII.

STatuimus quod bilancia debeat eſſe de ramo,ſtatera uero de ferro, aut ottono & penſæ de ferro.Et tam bilanciæ, quam ſtatera, & penſæ debeant iuſtari & bullari per officialem bonæ opinionis,& debeat eſſe ad uncias, & pondus bilanciarum,penſarum,& ſtateræ exiſtentium penes officialem prædictū. Et quilibet ſtationarius,& venditor alias bilancias,ſtateras,vel penſas tenere, vel habere non poſſit, & ſi aliquis prædictorum inuentus,vel conuictus fuerit tenere ſtateras,bilancias,vel penſas non bullatas etiam ſi ſint iuſtæ, cadat ipſo iure in pœnam ſoldorum quadraginta applican.vt infra. Si vero tenuerit,vel conuictus fuerit tenere bilācias,penſas,vel ſtateram falſās,id eſt non iuſte ponderantes,cadat in pœnam librarum triginta, & plus arbitrio D.Iudicis ad victualia,conſiderata qualitate perſonarum,& imputationis qualitate,dummodo non vltra libras centum applican.pro dimidia Cameræ Ducali, & pro alia dimidia accuſatori,ſeu inuentori.

¶ De pertica rationis. RVB. XIIII.

PErtica rationis ſit, & eſſe debeat ad longitudinem perticæ rationis inſculptæ in pariete eccleſiæ cathedralis Mutinæ,& debeat eſſe ferrata in quolibet capite,& bullata per Officialem bonæ opinionis,qui pro eius mercede habeat pro qualibet bullatura denarios ſex. Et cum tali pertica menſurentur muri,lignamina,ligna,terrenum,& fœnum in ciuitate,diſtrictu, & Ducatu Mut. ſub pœna in prædictis,& quolibet prædictorum libr.v. applican. pro dimidio ærario Ducali,& pro alio dimidio accuſatori,& vbi accuſator non extiterit venerabili monti Pietatis ciuitatis Mutinæ.

¶ De paſſo,& brachio communis. RVB. XV.

PAſſus ſit,& eſſe debeat eius longitudinis,cuius eſt paſſus inſculptus in parie te eccleſiæ cathedralis Mutinæ,& brachium eſſe debeat dimidium dicti paſſus communis,& tam paſſus,quam brachium debeat eſſe ferreū & non ligneū, & bullari per officialē bonæ opinionis, qui pro eius mercede habeat denarios duos pro quolibet paſſo,vel brachio bullato.Et quilibet vendens panum lanæ lini,canapis,bambasij,& quēlibet aliū panū, vendere teneatur tenendo dictos panos extenſos,& apertos ſuper banca,vel ſcaffa,menſurando eos cū dicto paſſo,vel brachio per medium petiæ dictorum panorum,excepto tamē in hoc pano ſericeo,qui mēſurari poſſit iuxta ſolitum.Et qui contrafecerit cadat ipſo iure in pœnam libr.x cuius dimidia ſit accuſantis,& alia dimidia Cameræ Ducalis,& ſuper prædictis D.Iudex teneatur facere diligentem inquiſitionem.

¶ De Officiali ad menſurandum. RVB. XVI.

FLigatur ſingulis annis per Ill.DD.Con. de mēſe Decemb.vnus qui ſit ciuis dictæ Ciuitatis ad officium menſurandi in platea,blada, & alia menſurari ſolita,& a communi habeat dictus officialis tres minas de ferro, vnum quartarium,& vnam quartarolam.Et quilibet ciuis,vel habitans in ciuitate,ſeu ſuburbijs ciuitatis volens menſurare blada,vel alia menſurari ſolita poſſit,ſi voluerit menſurare cum minis dicti communis, & habeat officialis pro quolibet ſtario

bladæ

bladæ mensurato vsq; ad staria octo denarium vnum, ab inde vero supra habeat vnum denarium pro quolibet sacco, quantacunq; sit summa. Alij vero extra ciuitatem habitantes, & suburbia dictæ Ciuitatis non possint in platea mensurare nisi cum minis, seu mensuris dicti communis sub pœna soldorum quinq; applican. officiali prædicto pro dimidia, & pro alia dimidia communi Mutinæ singulis vicibus, quibus fuerit contrafactum, & nihilominus in omni casu teneatur ad solutionem mercedis vt supra taxatæ.

¶ De officio pensatorum bladorum. RVB. XVII.

PEnsatores bladorum sint, & esse debeant maiores annis viginti, ac notarij matriculati. Et licet pensatores duo extrahantur singulis sex mensibus per Massarios artis notariorum vna cum alijs officijs notariorum, & extracti ipsi exercere habeant dictum officium, Illustris tamen Communitas possit subrogare vnum alium notarium, qui sibi placuerit, loco vnius ex dictis duobus extractis, recepta sua solita, & iusta recompensa pro dicto officio. Et habeat quilibet eorum a communi soldos quinquaginta singulis mensibus, & tertiam partem condemnationum, quæ fieri contingent ex eorum inquisitionibus, querelis, seu denuntiationibus, iurare etiam teneatur in manibus D. Iudicis victualium singulis sex mensibus, videlicet calendis Ianuarij, & calendis Iunij, quòd bona fide, & sine fraude exercebunt eorum officium, ac seruabunt statuta ad eorum officium pertinentia, ac præcipient munarijs & portatoribus Ciuitatis, & districtus Mutinæ, quòd omnino seruare debeant statuta pertinentia ad eorum officium, & omni posse suo cogent eosdem munarios, & portatores seruare statuta prædicta. Et vt ipsi pensatores seruare, ac seruari facere valeant ipsa statuta, sancitum est ipsos pensatores habere debere penes se statuta loquentia de eorum officio, & de his, quæ agere, & obseruare habent munarij, & portatores, studeant etiam ipsi pensatores, ne in domo macinæ aliquis munarius, vel quælibet alia persona ludat ad aliquem ludum etiam scaccorum, neq; blasphemet, vel dicat turpia verba de Deo, Virgine, & Sanctis, & contrafacientes accusare teneantur D. Iudici victualium, qui eos culpabiles repertos puniat omnino, Teneantur etiam pensatores continue stare ad pensam omnibus diebus etiam festiuis, quando molendina macinant, habeant etiam librum vnũ ab Illustri Communitate Mutinæ bullàtum bullo communis, & dinumeratum per singulas chartas, super quo libro scribãt de die in diem omnem quãtitatem grani, & diem, quo pensabitur, & omnem quãtitatem farinæ, & diem, quo reportabitur farina, pensabunt autem omnem quãtitatem grani, & farinæ, quã munarius acceperit in ciuitate, vel burgis, & postea reportauerit ad pensã, put disponitur, in statuto sub Rub. Qualiter granum, & farina pensari debet. Et pensato ipso grano teneãtur facere bulletinum vnum apponendum in singulis saccis, in quo scripta sit quãtitas grani, & dies, quo portatum a domo patroni fuerit ad pensã, & cuius sit granum. Granum autem, & farinã pensabunt cum statera, quæ currat vsq; ad vnã libram, & pro vna libra, & quæ sit iusta secũdum disposita in statuto sub Rub. De pensa, & statera, & quæ stare habeat continue in macina appensa cum staffeta ferrea ita quòd statera ipsa non possit tracollare. Et ipsi pensatores, quãdo pensabunt, & videbunt marcum stateræ adæquare, seu

adæ-

adæquatum esse ponderi, teneantur retrahere manum a statera ita quod eam non tangant, nec permittere quod munarij se appropinquent stateræ quod eã tangere ualeant, & postquam pensauerint ut supra, si fuerit bladum portari facient ad molendinum, si uero fuit farina ad domum eius, cuius fuerit in continenti, & pro ut in statuto sub Rub. De grano statim pensando, & de farina statim reportanda. Et teneantur etiam pensatores, si requisiti fuerint ab aliqua persona, præcipere munario cuilibet sub pœna, quæ ipsis uidebitur, quod ire debeant ad accipiendum granũ talis ciuis, uel habitatoris in ciuitate, uel burgis ciuitatis Mut. & si munarius, cui præceperit, non obedierit, & obediẽs non fuerit, nec adimpleuerit dictum præceptum ea die, uel sequenti teneantur, & debeant dictos inobedientes omnino. D. Iudici uictualium denuntiare, qui eũ uel eos, & quemlibet eorum condemnare debeat in soldis uiginti, credendo ipsi pensatori denuntianti cum sacramento suo. Et ne dum in prædicto casu teneantur dictos inobedientes, sed etiã dicta eorum mancamenta, delicta, fraudes in quaternis suis ad unguem, & seriose notare, & post ea dictos quaternos singulis mensibus dare dicto. D. Iudici, ut illos condemnet, uel absoluat secũdum quod in statutis eorum continetur. Et ut munarij sint pensatoribus obediẽtes ultra alias pœnas, de quibus in statutis nostris decernimus insuper quod pensatores possint dictis munariis præcipere in omnibus spectantibus ad eorũ officium sub pœna soldorum decem, & ab eis, & a quolibet exigere, si fuerint inobedientes. Et ut pensatores iuste exerceant eorum officium, & puniant, seu denuntient munarios prohibemus ipsos pensatores, & quemlibet eorum posse bibere, uel comedere, uel familiaritatem, seu amicitiam habere cum aliquo ex munariis, seu portatoribus prædictis, nec aliquis pensator, pater, filius, seu frater pensatoris habere possit partem aliquam, nec interesse in aliquo molendino, nec societatem cum dominis molendinorum, munario, seu portatore. Et dicti officiales, uel aliquis eorũ non possit, nec debeat accipere, uel habere aliquid in pecunia, uel in re aliqua a munariis, portatoribus, uel conductoribus molendinorum, uel ab aliqua alia persona eorum nomine, aliqua de causa, uel sub alio quæsito colore, seu occasione alicuius seruitij, uel alia ratione, quæ dici uel excogitari possit, sed stent contenti salario suo. Et si prædicti, uel aliquis eorum contra prædicta, uel aliquod prædictorũ fecerit, uel acceperit, uel habuerit, condemnetur pro quolibet, & qualibet uice in centum soldis Mutinæ, & quilibet possit accusare, & denuntiare, & credatur contra dictos officiales in prædictis extorsionibus sacramento denuntiantis cum uno teste, qui non sit munarius, portator, uel conductor alicuius molendini, & ipse testis teneatur in credentia, & ulterius remoueatur de officio prædicto, & ab omnibus aliis officiis communis tunc, & in futurum.

¶ Qualiter granum, & farina pensari debeat. RVB. XVIII.

STatuimus quòd ubi granum portatum fuerit in domo macinæ, statim p̃ vnũ pensatorem pensari debeat cum statera pensæ, & eo tunc pondus ipsius grani per alium pensatorem scribi debeat in libro, quem habet a communi, & similiter quando farina reportatur a molendino incontinenti pensari debeat per vnũ pensatorem, & per aliũ videri debeat posta grani, ex quo facta est farina, & bul-

bulletinus ſacco appenſus,& ſi inuenerit farinam deficere, fiat prout ordinatum eſt in ſtatuto ſub Rub. Quomodo emendari debeat farina, ſi inuenta fuerit in minori pondere. Volentes quòd nulla alia farina, vel granum penſari poſſit niſi poſtquam prima farina,ſeu granum ſit penſatum,& habitus perfectus computus de ipſa farina prima,nec permittat aliquam aſinam, vel aſinum,equum,vel equam aliquo grano,vel farina oneratum exonerari, vel diſgrauari, niſi poſtquam primum bladum,vel farina primo diſcaricata fuerit,& caricata,& ſaccos,quos penſauit cum grano, penſari faciat cum farina, nec poſſit ſe excuſare ex hoc,quòd vna penſa,vel ſaccus adiuuet alium,& penſabit quamlibet bladam per ſe,ſub pœna arbitrio D. Iudicis victualium tam contra penſatorem,quam munarios,ſeu portatores,dummodo non excedat ſummam ſoldorum viginti.

¶ Quod ſtari debeat iuramento Domini,an farina ſit minus, vel male macinata. RVB. XIX.

ORdinamus quòd ſi aliquis de Ciuitate,vel diſtrictu Mutinæ inuenerit farinam ſuam in minori pondere,quam eſſe deberet,vel male macinata, ſi fuerit penſata,ſiue non,emendetur ei per munarium,qui eam macinauit, ſeu macinari fecit,& per portatorem,& quemlibet eorum in ſolidum,credēdo de prædictis,& quolibet prædictorū D.farinæ cum eius iuramēto inſpecta tamē qualitate perſonarum. Et D. Iudex victualium debeat intra ſecūdam diem ex quo hoc dictū,& denūtiatum fuerit ei prædicta obſeruare,& obſeruari facere,quòd ſi munarius,& portator hoc non fecerit intra dictū terminum ſoluāt pro bāno ſold.xx.Mutinæ,& nihilominus damnum emendare teneantur. Et, vbi aliter quam per iuramentum probatum fuerit farinam fuiſſe ſubtractam, vel vitiatā per ipſum munarium,puniatur in duplum,& in tribus ictibus funis dictus munarius,ſeu portator.

¶ Quomodo emendari debeat farina ſi inuenta fuerit in minori pondere. RVB. XX.

SI farina alicuius ciuis,vel diſtrictualis ciuitatis Mutinæ,ſeu habitatoris in ea, inuenta fuerit librarum quinq;,vel ab inde infra pro quolibet ſacco minus, quam eſſe debuerit,teneatur penſator emendari facere per munarium incontinenti,& ſine mora,antequam remoueatur deſuper penſa,in ſimplum, & ab inde ſupra ſi inuenta fuerit minus vſq; ad decem libras farinæ pro quolibet ſacco in duplum ſine aliqua pœna,& a decem libris ſupra pro ſacco quātumcūq; fuerit minus inuēta in duplum, & in decem ſoldis Mutinæ puniatur munarius pro ſingulis vicibus applicādis Communi Mut. Si autem farina inuenta fuerit in maiori quātitate,& pondere,quam eſſe deberet,tūc dicta farina in qua cūq; ſumma exiſtat,ſiue magna,ſiue parua,tota ſit, & eſſe intelligatur fictione præſentis ſtatuti ipſius Domini,qui eam macinari fecerit,nec officialis prædictus ſinat,vel quoquo modo permittat ipſis munarijs accipere, vel quicquam detrahere de dicta farina.

¶ De munarijs,& portatoribus. RVB. XXI.

NVllus munarius,vel portator poſſit exercere exercitium, ſeu artem macinā di,ſeu portandi,niſi prius dederit idoneum fideiuſſorem de exercendo le-

galiter artem ipſam,& de reſtituendo cuilibet perſonæ farinã cuiuſlibet bladæ acceptæ ad macinandum,& damna,& intereſſe,ſi non eſſet macinata dicta bla da arbitrio boni viri,alioquin vbi exerceret dictã artem non præſtita dicta cau tione incurrat pœnam libr.v.pro qualibet vice,qua contrafactum fuerit, quarum medietas ſit Cameræ,alia vero accuſantis,ſeu inuentoris. Item omnes,& ſinguli munarij,& portatores teneantur,& obligati ſint ſingulis annis per totũ quintumdecimum menſis Ianuarij iurare in manibus D. Iudicis victualium, quòd bona fide cuſtodient granũ,& farinã ad vtilitatem patroni dictæ rei, nec facient fraudem de eis,vel in eis,nec fieri permittent,nec conſentient, & quòd ſtatuta,& ordinamẽta ad artẽ ſuã facientia ſeruabunt ,& quòd aliquod granũ ad macinandũ non repudiabunt, quinimmo a quocunq; volente macinare ea die,vel ſequenti,quo fuerint requiſiti granũ ipſum accipient,pro vt ſic eos acci pere debere ſtatuimus ſub pœna ſold decem pro qualibet vice, & a quolibet auferen.applicã.vt ſupra.Itẽ penſari facere teneantur quodlibet granũ cuius-libet habitantis in Ciuitate, vel in Burgis Mutinæ per penſatorem Communis antequã illud ad molendinũ portent,& intra triduũ continuũ farinam reportare ad penſam teneãtur,& eã penſari facere,antequam exeant de pẽſa, & ipsã penſatam incontinenti ad domũ patroni farinæ portare, & eam ſuper granario reſignare iuxta ſtatutũ ſub Rub.De grano ſtatim penſando. Et hoc niſi canalia eſſent exſiccata ita vt macinare non valeant,& vt etiam granum celerius maci netur diſponimus,quòd poſtquam dictum granum pẽſatum fuerit, antequam vadãt ad accipiendũ aliud granum,teneantur granum prius penſatum ad mo lendinũ portare,vt per momentum non remaneat in loco pẽſæ poſtquã fuerit penſatum ſub pœna in prædictis ſold.xx.applican.pro medietate inuentori,ſeu accuſatori,& pro alia medietate Cameræ Ducali. Item poſtquam intrauerint in locum penſæ cum aliquo grano,vel farina,de ipſo loco exire non poſſint,niſi prius ipſum granum,vel farina fuerit penſatum,ſeu penſata,ſi penſator ibidem fuerit,niſi ex aliqua iuſta corporis cauſa exiuerit de dicto loco, & ſi farina creuiſſet ita quòd non potuiſſet ſtare in ſaccis penſatis teneatur ipſe munarius denuntiare hoc penſatori,& ei præſentare alium ſaccum,in quo farina,quæ creuerit,fuit per ipſum poſita,& de eo fiat nota per penſatorem in libro ſuo,ne poſſit fieri fraus patrono,& hoc ſub pœna librarum ſex applican.pro tertia Cameræ, & pro alia patrono,& pro alia tertia parte accuſatori,& in actibus tribus funis. Item non poſſint quoquo modo ipſi munarij aperire aliquem ſaccum grani,dũ illud portant a domo patroni ad penſam,& ſimiliter nec aperire ſaccũ farinæ, dum illam portant a penſa ad domum patroni ſub pœna in prædictis,& quolibet prædictorum ſold.quadraginta pro ſingulis vicibus, quibus fuerit contrafactum applican.pro dimidia Cameræ Ducali,& pro alia dimidia D.grani, ſeu farinæ.Prohibentes ẽt ipſis munarijs, quòd minime præſumant aperire ſaccos, in penſa,ſeu domo penſæ niſi in præſentia penſatoris tantum ſub pœna eadem applican.vt ſupra. Teneantur etiam ipſi munarij ſeparatim accipere moleturã de quolibet ſacco,& dictã moleturam accipere iuxta modũ,& menſurã,ac quãtitatẽ, de qbus in ſtatuto ſub titulo. De moletura accipiẽda a munarijs,& non aliter ſub pœna in dicto ſtatuto contenta.Prohibentes, & diſtricte vetãtes ipſis

muna-

munarijs,ne quid accipere audeãt,vel præsumant vltra dictam moleturã,& minime aliqđ seruitiũ vltra eam pro macinando grano aliquo,vel celerius macinando,vel pro meliusseruiendo in macinãdo,vel alia quacunq; occasione,vel quæsito colore,quæ dici,vel excogitari possit,sed sint,& esse debeãt contẽti ipsa moletura vt supra sub pœna dupli eius,quod habuerint, seu consecuti fuerint ab aliquo ex aliqua occasione prædictorum,& in pœna librarum trium applican.vt supra,& vnus testis non habens interesse faciat plenam probationem. Teneantur quoque ipsi munarij die, noctuq; stare in molendino saltem vnus pro quolibet molendino, quãdo molendina macinabunt sub pœna soldorum decem applican.vt supra. Vlterius etiam ipsi munarij non possint stare super bestijs,super quibus fertur granum,seu farina sub pœna soldorum x. applican. vt supra nec habere possint aliquas gallinas,seu pullos,caponos,anseres,vel porcos in molendino ipso vbi macinatur,& si dicta animalia,vel aliquod prædictorum repertum fuerit in ipso molendino,cadat in pœnam pro ipso porco soldorum viginti,& pro alijs in soldis decem applican.vt supra. Et si quis munarius, vel portator permutauerit,seu cambiauerit frumentum, vel farinam alicuius incurrat ipso iure in pœnam libr.x.applican.pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio Iudici victualium,& patrono frumenti,grani,vel farinæ teneatur ad restitutionem grani,vel farinæ in duplum.Et teneantur munarij,seu portatores,quando pluit,tenere petiam de pano super saccis sub pœna sold.v.applican.pro dimidio Cameræ,& pro alio dimidio accusatori. Dicti autem munarij non possint macinare in aliquo Sabbato post vesperas, vsq; ad alias vesperas sequentis diei,nec in festiuitatibus natiuitatis Domini nostri,Epiphaniæ,Pascatum,glorioſissimæ Virginis Mariæ,& diui Geminiani sub pœna sold.x.applicã. vt supra,& non possint facere aliquam conuenticulam, vel sectam in præiudicium alicuius cum aliquo de arte munariorum,vel portatorũ sub pœna libr.v applican.vt supra.Et intelligatur portator quilibet, qui per vnam diem tãtum portauerit ad molendinum aliquod granum, disponentes molinarium teneri de gestis,vel commissis per aliquem famulum seruientem,vel alium de eius familia spectantibus,& quoquo modo spectantibus,& pertinentibus ad artẽ molinarij, & primo ipsi possint conueniri, & contra eos exactio fieri pro prædictis,vel aliquo prædictorum,vel alius vt supra, saluo tamen iure ipsis munarijs contra famulum,vel quemlibet de eius familia. Et si occurreret aliquis casus non prouisus in præsenti,vel alijs statutis. D. Iudicis victualium contra munarios,possit D.Iudex punire in sold.xx.& minus arbitrio suo applican. pro dimidio ærario Ducali,& pro alio dimidio inuentori.

¶ De moleturis accipiendis. RVB. XXII.

STatuimus quòd nullus munarius Ciuitatis,vel Ducatus Mutinæ possit accipere quoquo modo,ratione,vel causa moleturam nisi de grano non macinato,& modo infrascripto,& non de farina,& contrafaciens ipse cadat in pœnam sol.decem pro qualibet libra farinæ applican.pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio accusatori,& nihilominus munarius, seu portator teneatur restituere farinã in duplũ Dño farinæ.Moletura autem accipien.per ipsos munarios de grano vt supra,sit,& esse debeat ad rationẽ infrascriptã videlicet.Vo-

lumus enim quòd vbi valor ſtarij fruméti ſit a ſol.triginta infra tunc munarius habere poſſit pro moletura quinq; pro centenario,& non vltra,modo aliquo,& vbi pretium ſtarij frumenti exceſſerit ſummã ſol.triginta,& vſq; ad ſoldos quinquaginta munarius tunc habeat duntaxat pro moletura quatuor pro centenario, & in rationem centenarij, & ſi dictum pretium ſtarij frumenti fuerit vltra dictos ſol quinquaginta,tunc cuiuſcunq; fuerit pretij communis habeat ſolũmodo pro moletura tria pro centenario,& in rationem centenarij, & teneatur munarius accipere moleturam de quolibet ſacco grani in rationem prædictam & non de vno ſacco pro omnibus ſub pœna in prædictis, & in quolibet prædictorum ſoldorum viginti pro qualibet vice applican.pro dimidio Cameræ Ducali & pro alio dimidio inuentori ſeu accuſatori, & nihilominus ſi quid vltra dictum calmerium, ſeu taxam acceperit cogatur Domino grani reſtituere in quadruplum.Pro alijs autem bladis,vt eſt faba,vicia,milica,ſiligine,miſtura,accipere poſſint,& debeant,prout ſupra dictum eſt in frumento,dicti munarij p centenario,& in rationem centenarij recurrere ad prouiſionem officialis macinæ tantum,& non vltra ſub eiſdem pœnis. Et quilibet munarius poſſit pro vſu ſuo macinare blada ſua ſolita,ſoluta tamen gabella, vt alij ſoluere conſueuerunt,& de hoc poſſint inquiri.

¶ Quilibet munarius habeat capſam in domo penſæ,in qua reponatur farina.

RVB. XXIII.

STatuimus quòd quilibet munarius habere debeat in macina communis vnã capſam,in qua ſemper,& continue ſit de bona farina,vt ſi contigerit ſaccum farinæ fore de minori pondere quam eſſe debuerit,poſſit de farina dictæ capſæ emendare,& tantum adiungere,quãtum ſit pro complemento ſub pœna ſold. decem pro qualibet vice applican.vt in præcedenti ſtatuto, non recedendo tamen a pœnis contra munarios,de quibus in ſtatuto ſub Rub. Quomodo emendari debeat farina.

¶ De grano ſtatim penſando,& de farina penſata ſtatim reportanda.

RVB. XXIIII.

VT obuietur fraudibus munariorum in quantũ fieri poteſt ſtatuimus quod, vbi munarius, ſeu portator detulit granum a domo patroni ipſius grani in domum penſæ non debeat quoquo modo alibi exonerare de beſtia granum niſi ſuper aſſide penſæ pro faciendo illud penſare,& ſimiliter,vbi farina reportata fuerit a molendino in macinam ipſam, non poſſit eam exonerare niſi ſuper aſſide ipſa,a qua non poſſit ipſam farinam amouere,niſi fuerit penſata & quam teneatur ipſe munarius ſtatim,& illico portare ad domum patroni ita vt nec p momentum poſſit eã tenere in domo penſæ,vel alibi ſub pœna librarum trium in prædictis & quolibet prædictorũ applican.vt in præcedenti ſtatuto. Prohibentes etiam penſatori,vt ipſe penſator non valeat facere aliquem bulletinũ, niſi de fruméto per ipſum pẽſato in macina communis,& non alibi etiam ſi dominus grani aliter vellet & ipſi munario, quòd non audeat macinare aliquod granum,niſi fuerit pẽſatum in dicta pẽſa,ẽt ſi dominus aliter vellet,vel conſentiret ſub pœna cuilibet videlicet pẽſatori,& munario librarum trium applicã. vt ſupra. Volẽtes quòd ſi munarius portãs granum a domo Domini ad pẽſam,

vel

vel portans farinam a pensa ad domũ patroni visus fuerit in itinere, vel alibi, quam in domo domini,& pensa discargare,ipso iure præsumatur surripuisse,& fraudem commisisse,& puniatur arbitrio D.Iudicis, qui in præfatis sit diligẽs.

¶De Cupellis RVB. XXV.

STatuimus quòd omnes,& singuli munarij teneãtur habere, & tenere vnum cupellũ tantum de ramo strictum de super,& amplum desubtus,qui bulletur,& bullari debeat per officialem bonæ opinionis singulis sex mensibus videlicet in Calendis Ianuarij,& Iulij.Et si aliter tenuerint cupellum, & eum bullari non fecerint vt supra cadant in pœnam libr.trium applicandam vt supra, & hoc statutum locum habeat in omnibus munarijs districtus Mutinæ.

¶De cogendo Munarios, seu Portatores exercere artem suam. RVB. XXVI.

MVnarij,seu portatores postquã exercuerint per annos duos artẽ munarij, seu portatoris,cogi possint per D.Iudicem victualium exercere artem prædictam sub pœna sold.quadraginta applican.Ducali Cameræ pro dimidio, & pro alio dimidio prædicto D.Iudici pro singulis vicibus.

¶De bulletinis non ponendis in saccis non habitantium in Ciuitate, vel burgis. RVB. XXVII.

STatuimus quòd munarij,pensatores minime teneantur facere, vel tenere bulletinos super saccis grani,quod est alicuius, qui non sit de Ciuitate, vel burgis Ciuitatis Mutinæ.

¶De Palmento molæ. RVB. XXVIII.

PAlmentum cuiuslibet molæ macinantis sit,& esse debeat infrascriptæ condi tionis.Nam ipsum palmentum sit fabricatum,& confectum de bonis assidi bus de robore,seu nuce, & habeat spondas a lateribus distantes ab ipsa mola macinante per spacium sex vnciarum ad minus, & ipsæ spondæ confectæ ex dictis lignis sint altæ, seu habeant altitudinem duodecim vnciarum ad minus, sponda vero a parte posteriori videlicet versus canale distare habeat a dicta mola per spatium vnciarum octo ad minus,& sit alta vt supra, super qua sponda partis posterioris ponatur,seu affigatur vna assis,quæ vocatur la cauedagna, & dicta cauedagna ita affigatur,& recumbat in muro, & stet in modum declina versus molam,vt ab illa parte non possit cadere, seu labi, vel spargi farina sub pœna sol.xx.applican.vt supra.Et teneantur dicti munarij continue tenere cortinas circum circa dictum palmentum dum macinatur sub pœna prædicta applican vt supra.

¶De molis molendinorum. RVB. XXVIIII.

QVilibet molendinarius,seu conductor,seu quilibet habens molendinum teneatur,& debeat habere, & tenere molas de bono lapide arbitrio boni viri,& non possit tenere in molendinis pro macinando aliquam molam mattam occasione macinandi. Et D.Iudex victualium teneatur singulis mensibus semel ad minus perquirere,seu perquiri facere per suos notarios omnia, & singula molendina ciuitatis,& districtus Mut. Et si aliquis ex prædictis inuentus fuerit tenere aliquam molam mattam,seu non aptam pro macinando condemnetur, & condemnatus esse intelligatur ipso iure in pœnam librarum quinq;

applican.vt ſupra,& mola inferior eſſe debeat maior ad minus vno digito molæ ſuperioris.

¶De modo tenendi ſaccos grani,vel farinæ. RVB. XXX.

QVilibet molendinarius,qui habeat molendinum aliquod conductum,ſeu proprium teneatur, & obligatus ſit tenere, & habere in ipſo molendino vnum tabulatum bonarum aſſidum altum a terra ad minus per vncias quatuor,ſuper quo tenere debeat ſaccos bladorum,& farinarum, ne poſſint recipere humiditatem ſub pœna ſol.viginti pro qualibet vice, qua contrafecerit ſupradictis,vel alicui prædictorum applican. pro dimidio accuſatori, & pro alio dimidio Cameræ.

¶De molendinis abbaſſandis, & de mora ipſorum. RVB. XXXI.

PRo ſalute,& nitidatione ciuitatis Mut. ac purgatione canalectarum ſtatuimus quòd molendina omnia Ciuitatis Mut.burgorum, & diſtrictus eiuſdē infra tria milliaria debeant abbaſſari,& abbaſſata teneri modo infraſcripto videlicet.Nam volumus quòd Dominus Iudex victualium vna cum duobus deputandis per Illuſt.Dominos Con.dictæ Ciuitatis Mut.debeant ſe conferre ad quodlibet molendinum infra terminos prædictos, & quodlibet molendinum, & eius ſtatum bene,& diligenter conſiderare,& examinare, & re bene intellecta ipſe D.Iudex cum prædictis nominatis ponat ſignum marmoreum in parie te ipſius molendini a parte aquæ defluentis cum literis inſculptis,& continen tibus ſignificationem dicti ſigni,& vſq; ad dictum lapidem poſſit mora eleuari, & non vltra.Declarantes lignum ſeu ſoleam,quod,ſeu quæ ponitur ſuper dicta mora,eſſe debere latitudinis vnciarum trium,& non vltra. Si mora,poſtquam dictus lapis pro ſigno vt ſupra poſitus fuerit,altior inueniatur,Dominus molēdini & conductor in ſolidum puniatur in pœna libr.centum applican. pro dimidio Cameræ Ducali & pro alio dimidio accuſatori,ſeu inuētori,quas ſi non ſoluerit ipſe contrafaciens infra decem dies continuos puniatur in quinq; ictibus funis,& vlterius perpetuo banniatur.

¶De Canalibus cauandis. RVB. XXXII.

CAnalia etiam dictæ Ciuitatis,Burgorum,ac diſtrictus Mut. volumus cauari per Dominos,ſeu conductores molendinorum iuxta, & ſecundum baſſuram,vel altitudinem moræ,& ſigni marmorei vt ſupra, & ſic ipſa canalia manu teneri debeant vt ſupra per ipſos Dominos,vel conductores molēdinorum ſub pœna in prædictis librarum decem pro qualibet vice applican.vt ſupra. Et vlterius D.Iudex poſſit expenſis ipſorum Dominorum,vel conductorum cauari facere vt ſupra dicta canalia,& cauata manutenere,quod ipſe D. Iudex teneatur facere ex ſuo officio,& ad poſtulationem cuiuſlibet habentis intereſſe ſub pœna libr.xxv.detinenda de ſuo ſalario,quarum medietas applicetur Cameræ Ducali,alia vero requirenti vt ſupra. Et hoc ſtatutum ſit præciſum,truncum, & inuiolabiliter obſeruari debeat,& contra ordinationem præsētis ſtatuti non admittatur,nec procedat,vel procedere,nec admitti poſſit præſcriptio,vel conſuetudo aliqua in contrarium allegata, vel probata, etiam ſi eſſet quadraginta annorum,& vltra.

¶De

¶De ſoratorijs, & paratorijs. RVB. XXXIII.

STatuimus, & ordinamus pro vtilitate publica quòd quilibet habens molendinum ad macinandum, ſeu fullandum teneatur habere iuxta ipſum molendinum vnum ſoratorium ante paratorias, & moram, & magis baſſum ipſa mora, altitudinis, & latitudinis ad arbitrium Domini Iudicis, per quod poſſit labi aqua quando non macinatur, & quando occurrunt inundationes aquarum ita etiam quòd aqua per dictum ſoratorium labens reuertatur in ipſummet canale, ne alia molendina inferiora detrimentum patiantur. Et etiam pro vtilitate publica volumus quòd quodlibet ſoratorium habeat ſuam paratoriam altam tantum, prout eſt altus ſolitus curſus aquæ, & non altiorem ad effectum, quòd vbi aqua creuerit, poſſit aqua ſuperabundans cadere a dicta paratoria in ſoratorium ſuum. Prohibentes omnino quòd cluſa non poſſit fieri in ſoratorio loco dictæ paratoriæ ſub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum librarum quinq; pro qualibet vice, qua contrauenire reperietur applican. pro dimidio accuſatori, & pro alio dimidio Cameræ, & nihilominus non poſſit macinare, vel macinari facere, ſeu fullari in dicto molendino per vnum annum proximum continuum. Paratoriæ autem dictorum molendinorum ſint, & eſſe debeant latitudinis vnciarum decem, & octo, & altitudinis vnciarum duodecim, & ipſi munarij teneantur illas tenere, quando macinant, tam altas, quòd vix tangant ſuperficiem aquæ. tempore autem inundationum aquarum, & etiam quando non macinatur quacunq; de cauſa, tenere eas debeant eleuatas in totum, & ſoratorium penitus apertum, vt aquæ poſſint facilius labi, & diſcurrere ſub pœna librarum quinq; pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit applicanda vt ſupra. Inſuper aliquis quacunq; dignitate præfulgeat non teneat, vel tenere præſumat, vel habere aliquod ſoratorium ad ſuum molendinum tali modo, ſeu forma, quod aqua, quæ vadit per ſoratorium, noceat, ſeu nocere poſſit fundo, ſeu campo alicuius ciuis, ſeu comitatini Mutinæ, nec aquam de canali extrahere cauſa ſorandi, vel alia de cauſa, & mittere per aliquem foſſatum, viam, vel locũ debeat, vel poſſit adeo quòd noceat, vel nocere poſſit vijs publicis, vel priuatis, vel terris, ſeu domibus alicuius perſonæ ſub pœna prædicta applican. vt ſupra, & teneatur etiam ad damna, & intereſſe.

¶De ripis canalium reparandis, & reparatis manutenendis. RVB. XXXIIII.

RIpa canalis cuiuslibet reparari debeat per dominos, vel conductores molendinorum, ita vt aqua in ipſo lecto canalis contineatur, & aqua minime ſpargatur ſuper vijs. Et poſſit quilibet, qui habet terram iuxta dicta canalia, compelli ad vendendum terram tantam, quæ ſufficiat pro ipſa reparatione facienda, & prout neceſſarium fuerit iuxta æſtimationem faciendam terreni vendendi per Dominum Iudicem victualium, ſeu aquarum, quorum conſcientias in hoc oneramus. Et ſi aqua exiuerit extra ripas canalis non vi pluuiarum, ſed alio modo, tunc omnes molendinarij, qui tenentur ad manutentionem dictarum riparum, condemnari debeant in libris tribus pro quolibet eorum, & qualibet vice applican. pro dimidio Came-

ræ Ducali,& pro alio dimidio accuſatori,ſeu inuentori,& nihilominus cogantur incontinenti manu regia ad reparationem dictæ viæ, & riparum ſub eadem pœna.

¶ De non extrahendo aquam de canalibus.

RVB. XXXV.

STatuimus quòd nullus audeat tempore æſtiuo, vel hyemali aliqua ratione, vel cauſa tagliare,rumpere,vel incidere ripam, ſeu ripas alicuius fluminis publici,vel priuati,canalis,aquæductus,vſdugarij de die,vel de nocte, & minus ea ſcauezare,vel atterrare,vel cluſam in eis facere ſub pœna libr.x.applicã. pro dimidio inuentori,& alio dimidio Cameræ,& nihilominus ſtatim,& manu regia cogatur reficere dictam ripam.Inſuper etiam nulla perſona quacunq; dignitate decorata audeat, vel præſumat extrahere aquam ex dictis canalibus, ſed permittere teneatur quòd labatur, & eat ad curſum ſuum ſub dicta pœna applican.vt ſupra,exceptis tamen diebus ſabbati,& vigilijs feſtiuitatum S.Mariæ,Diui Geminiani,Apoſtolorum,Aſcenſionis,Pentecoſtes, Corporis Chriſti, & S.Laurentij,a veſperis dictorum dierum vſq; ad alias veſperas ſequẽtes.Quibus temporibus volumus poſſe extrahi de canalibus aquas cauſa adaquandi,& per eos tantum,qui adaquare poſſunt,& hoc procedat in quolibet canali,etiã ſuper quo eſt molendinum Domini noſtri,& etiam Illuſt.Communitatis Mutinæ pro vtilitate totius Ciuitatis,& diſtrictualium Ciuitatis Mutinæ,& Ducatu eiuſdem.Declarantes quòd extrahẽtes aquas præfatas in dictis temporibus teneantur facere in ripis canalium clauigas de lapidibus coctis,& calce, & in ſingulis clauigis ponatur foramen in lapide marmoreo, & fiat ꝑ ipſos adaquantes aquæductus a clauiga per totam viam publicam,qui conſtructus ſit de bonis lapidibus,& calce,ne viæ publicæ deſtruantur ſub pœna libr.trium extrahẽti dictam aquam abſq; dicta clauiga,& foramine prædicto,& aquæductu, pro qualibet vice applican.pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio accuſatori.Et D.Iudex aquarum deſubtus,vel deſuper teneatur omni cum diligentia prædicta obſeruare,& obſeruari facere,& poſſit ipſe D.Iudex ſuper hoc ſyndicari,vel accuſari, & quòd non ſit licitum alicui perſonæ aliquam clauigam tempore pluuiarum aperire,vel apertam tenere in damnum alicuius perſonæ ſub pœna libr.x.applican.vt ſupra,& inſuper teneatur emendare damnum paſſo.Et intelligatur aperuiſſe clauigam ille,ſeu illi,cuius, vel quorum fuerit clauiga,ſi aqua modo aliquo intrauerit per ipſam clauigam, & damnum fecerit vicino ſuo. Et Iudex teneatur prædicta obſeruare,& obſeruari facere ſub pœna librarum x.de ſuo ſalario retinen.& applican.vt ſupra quoties prædicta negligenter non obſeruauerit.

¶ De imbuccatore,& imbuccatura aquæ Situlæ. RVB. XXXVI.

STatuimus quòd aqua Situlæ veniens in ciuitatem Mutinæ imbuccari debeat in locis,& temporibus ſolitis,& vbi commodius imbuccari poterit per Imbuccatorem eligendum per Illuſt.DD.Conſeruatores.Qui habeat libr.triginta octo ab Ill.Communitate prædicta ſingulis annis,videlicet libr.decẽ, & nouem ſingulo ſemeſtri. Reſiduum vero ſalarij,quod ſoluen.erit,ſoluatur per habentes molendina iuxta ripas canalium dictæ aquæ.

¶ De

¶ De Molendinis denuo non faciendis, ac destruendis, quæ sunt in fluminibus Situlæ, & Panarij. RVB. XXXVII.

QVia molendina solent afferre immodica damna Ciuitati, & prædijs districtus Mutinæ, & maxime quæ sunt desubtus ciuitatem propter eleuationem terrenorum, quæ paulatim in dies eleuantur, propterea statuimus neminilicere, aut licitum esse denuo erigere, vel ædificare molendinum aliquod, p macinando, vel fullando, vel vetus aliquod molendinum in totum destructū, & non aptum ad macinandum reparare, reædificare, vel instaurare in ciuitate, burgis, vel districtu Mutinæ, & maxime iuxta, vel prope ripas Situlæ, vel Panarij etiam si in suo faceret, erigeret, vel restauraret sub pœna libr. ducen. applican. pro dimidio cameræ Ducali, & pro alio dimidio Illust Communitati Mutinæ, & nihilominus illico, & incontinenti teneatur omne ædificatum destruere, & in pristinum reducere sub eadem pœna vt supra. Et ordinatio, decretum, priuilegium, prouisio, constitutio, ac concessio in contrarium facta non valeat, nec teneat ipso iure.

¶ De non ponendo aquam in canalibus nisi necessariam pro molendinis. RVB. XXXVIII.

NVlli liceat ponere aquam in canalibus nisi tantum imbuccatoribus, de quibus in statuto sub Rub. De imbuccatore, & imbuccatura, nec facere aliquam buccam in flumine Situlæ, vel Panarij nisi fiat per dictum imbuccatorem sub pœna libr. x. applican. pro dimidio Ducali Cameræ, & pro alio dimidio inuentori, seu accusatori. Et ipse etiam imbuccator non possit, nec valeat ponere aquam in canalibus nisi necessariam tantum, & debitam, & quæ commode labi, & contineri potest in canalibus ipsis ita vt aquæ non exeant canalia, & damnum inferant vijs, seu fundis alicuius personæ sub pœna ipsi imbuccatori libr. xx. applican. vt supra, & similiter cuilibet prædictorum.

¶ De Canali claro. RVB. XXXVIII.

VOlumus quòd omnes confinantes Canali claro etiam mediante strada debeant, & teneantur manutenere, & reficere murazolos canalis clari de lapide, & calce, & denuo etiam facere, vbi dicti murazoli deficerent, ad modum, & mēsuram arbitrij D. Iudicis victualium. Et vt dictum canale manuteneatur prohibemus aliquem posse proijcere, vel proijci facere aliquam turpitudinem in dicto canali claro sub pœna libr. trium toties quoties contrafactum fuerit auferen. ab ipso contrafaciente, & applican. pro dimidio inuentori, seu accusatori, & pro alio dimidio Cameræ Ducali.

¶ De scaletis, ex quibus descenditur in canale clarum, seu aliud. RVB. XXXX.

OMnes scaletæ, quæ sunt, vel in futurum fient in ripis canalis clari, vel alterius canalis debeant esse de calce, & lapidibus, & non de lignamine, & aliqui non possint iuxta dictas scalas canalis clari, vel alicuius alterius canalis in ciuitate, vel burgis, vel alibi in ripis canalium fabricare impedimenta illa, quæ vulgo dicuntur le sette, nec pontes aquam impedientes, & minus ponere, seu infigere assides pro lauandis forte panis, ne ex dictis impedimentis impediatur cursus aquarum, & paulatim fundi canalium crescant, prout crescere compertum

tum est sub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum lib. trium applican. vt supra, & nihilominus statim cogatur remouisse, & remouere dicta impedimẽta nunc, vel in futurum in dictis canalibus existentia. Et D. Iudex victualium teneatur diligentem facere inquisitionem, & facere dicta impedimenta remoueri sub pœna lib. decem ab ipso Domino Iudice auferenda, vbi negligens fuerit, retinenda de suo salario, & applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio accusatori.

¶ De vezia canalis clari, & Modonellæ facienda per Illust. Communitatem.

RVB. XXXXI.

DEclaramus quòd vbi contigerit veziam canalis clari, quæ est ad Portam Baioariæ in foueis Ciuitatis reparari, refici, seu denuo fieri debere, huiusmodi reparatio, & fabrica spectet ad Illust. Communitatem Mutinæ, & eius expensis fieri debeat, prout huc vsq; solitum est fieri, & hoc idem obseruetur in Vezia Modonellæ.

¶ De cauamento Canalis clari. RVB. XXXXII.

VOlumus quòd D. seu patronus, & conductor in solidum filatorij, seu torcitorij existentis super canali claro prope, & iuxta ecclesiam S. Georgij teneãtur, & obligati sint cauare, & remundare totum canale clarum per totam ciuitatem Mutinæ, & cauatum, & remundatum teneri facere, & omnia alia facere, tam pro reparatione, & cauamento dicti canalis, quam pro ipso ædificio filatorij, quæ continentur in infrascriptis capitulis vulgari sermone inferius notatis pro maiori declaratione, quæ pro statutis in omnibus, & per omnia obseruari volumus, & ad ea obseruanda, & adimplenda cogi possint, & debeant D. & conductor per D. Iudicem victualium manu regia, & sub pœna arbitrio suo imponendis. Primo che il filatoio non si possa dare, ne vendere a potenti, ò à religiosi, ne ponere nelle mani sue accioche stia nelle mani di persone, che commodamente si possano costringere per il Giudice delle vittouaglie alli cauamenti necessarij per il detto canale. Secondo che il patrone, che sarà di tempo in tempo del detto edificio sia obligato tenere cauato il canal chiaro predetto di sopra, & di sotto tante fiate quante sarà necessario, si che i fondi delle canalette, le quali si scolano nel detto canale, stieno disopra delle dette acque del canale, accioche si possano scolare commodamente, & di sotto il segno che se le hà da ponere, non le essendo posto. Tertio sia obligato a fare segare l'herba del detto canale dentro & di fuori della città tante volte, quante bisognerà acciò che l'acqua possa senza impedimento scorrere al corso suo. Quarto, che soura il detto canale non si possa far molini, follo, ò altro edificio di qual si voglia sorte, ma solum gli habbia da restare il detto filatoio, ouero torcitoio a beneficio dell'arte della seta. Quinto, che si babbia á tenere bassa la mora al segno posto, ouero che se gli hà da ponere, non gli essendo, & per modo alcuno non si possa alzare soura il detto segno. Sesto, che se gli habbia da fare la mora di pietre con il suo soratoio larga in fondo del detto canale, & che sia obligato il detto patrone, il quale soratoio sia obligato il detto patrone aprire ogni Sabbato, & ogni vigilia delle feste commandate nell'hora di vespro, & quello continuamẽte lasciare aperto fino all'altro vespro della Domenica, ò vespro seguẽte, ouero

dare

dare le acque alle canalette da ſtrada in giù ſecondo il ſolito. Settimo, che ſia obligato detto patrone mantenere nel detto canale l'acqua pertinente al detto canale, accioche ſi habbia commodità di tale acqua a beneficio del publico. Ottauo, che tutti i patroni delle caſe ſopra alle canalette, che s'imboccano nel canale di Secchia, & con l'acqua del detto canale eſſe canalette ſi lauano, & poi hanno vſcita nel Canale chiaro, debbiano communibus expenſis fabricare di nuouo, o mantenere le chiauege a ciaſcuna delle dette bocche di canalette in modo, che quando dette acque di Secchia ſono torbide non poſſano per alcun modo nelle dette canalette entrare, & ſucceſſiuamente diſcendere nel detto canale chiaro, & coſi monire, & riempire di ſabbia il detto canale. Nono, che nella chiauega che è poſta nel detto canale chiaro appreſſo la gabella groſſa, & la caſa de Beccari, non ſe le poſſa tenere in fondo pietra alcuna di marmo, ne altro impedimento, ma ſe le habbia à tenere la ſua ſaraſineſca con le catene da poterla tenere alta, & abbaſſarla quando accaderà per lauare le canalette diſotto. Quæ omnia, & ſingula obſeruari, & adimpleri ſtatuimus, & ordinamus ſub pœna lib. decem applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio accuſatori, ſeu inuentori toties quoties contrafactum fuerit committenda. Et D. Iudex victualium in prædictis adhibere teneatur curam, & diligentiam, vt prædicta obſeruentur, & adimpleantur ſub pœna prædicta abeo auferenda, ſi negligens fuerit.

¶ De canali Circæ. RVB. XXXXIII.

CAnale quòd vulgariter appellatur la cerca, habens originem a flumine Situlæ, labens per ciuitatem prope eccleſiam diui Auguſtini debeat cauari, & cauatum manuteneri tam in Ciuitate, quam extra ciuitatem ad ſufficientiam, & arbitrio D. Iudicis victualium per Dominos molendinorum exiſtentium ſuper dicto canali ſuis expenſis, videlicet per quemlibet a ſuo molendino inferius vſq; ad aliud molendinum inferius, & ad id cogi poſſint, & debeant manu etiã regia per D. Iudicem victualium quoties fuerit neceſſarium, & opportunum, & ad requiſitionem cuiuſlibet intereſſe habentis cum facultate mulctandi inobedientes vſq; in libr. x. pro qualibet vice, quarum dimidium applicetur Cameræ Ducali, & aliud dimidium accuſatori, ſeu ipſi D. Iudici.

¶ De canali nauigij. RVB. XXXXIIII.

STatuimus quòd Dominus, ſeu Domini molẽdini, quod eſt penes Sanctũ Dominicum, quod appellatur il molino della Cerca, nec non conductores, ſeu molinarij ipſius molendini inſolidum teneantur, & debeãt cauare, & cauatum tenere dictum canale a ſuo molẽdino inferius vſq; ad muros, ſeu portam Albareti Ciuitatis Mutinæ ad ſufficiẽtiam, & arbitrio D. Iudicis victualium, ita vt dictum canale liberum habeat decurſum, & ne dictum canale eleuetur, ſeu eius lectus eleuari contingat prohibemus hortos aliquos poſſe fieri, vel teneri intra muros caſtelli, & murazolos canalis, ſeu fouearum dicti caſtelli, & minus iuxta ripas dicti canalis, & illos hortos, qui reperiuntur de præſenti, volumus deſtrui omnino, & leuari, ex cultura enim dictorum hortorum terra aſſidue corruit in dictum canale, & ita aſſidue fundus dicti canalis eleuatur in damnum totius Ciuitatis. Et prohibemus etiã quòd aliquis poſſit proijcere immundicias, ruſcũ,

vel

vel aliquod terrenum in dicto canali, vel ſuper ripis, vel iuxta ripas ipſius canalis per brachia octo ſub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum libr. trium pro qualibet vice applican. pro dimidio ducali Cameræ, & alio dimidio ipſi D. Iudici, qui diligẽtem in prædictis habere debeat inquiſitionem, & prædicta adimplere ſub pœna libr. x. ipſi Iudici prædicta omnia, & ſingula non adimplẽti applican. pro dimidio Ducali Cameræ, & pro alio dimidio Sanctiſſimo monti Pietatis Ciuitatis Mutinæ.

¶ De Murazolis canalium. RVB. XXXXV.

STatuimus quòd murazoli canalium fiant, & fieri debeant, ac fabricari, ſeu reparari per DD. domorũ exiſtentium ſuper ipſis canalibus etiam mediante via pro tanto, quanto Domus ipſæ ſe extendunt, ſeu confinant cum dicto canali. Et ad id quilibet poſſit cogi, & debeat per D. Iudicem captis pignoribus, & mulcta indicta vſq; in lib. x. & minus arbitrio D. Iudicis pro qualibet vice inſpecta qualitate rei, & conditione perſonarum applican. pro dimidio ipſi D. Iudici, & pro alio dimidio Monialibus Corporis Chriſti ciuitatis Mut.

¶ De ſoratoribus, & ſuſtineis apertis tenendis. RVB. XXXXVI.

QVia vt re ipſa notorium, & patens eſt, maxima fuit facta eleuatio terreni in fundis canalium, & canalectarum Ciuitatis Mutinæ, ex conſtructione molendinorum, & maxime eorum, quæ denuo fabricata fuerunt ſuper canale nauigij in loco detto il forcello, vt tota ciuitas, & habitantes in ea maximum patiantur damnum, ea propter, vt dictæ eleuationi, & ſucceſſiue indemnitati Ciuitatis occurratur, in quantum fieri poteſt, volumus, & diſtricte mandamus quòd quilibet molinarij, ſeu conductores molendinorum teneantur, & debeãt tenere ſoratoria molendinorum exiſtentium in ciuitate, vel extra penitus, & in totum aperta ab hora vigeſima cuiuſcunq; Sabbati vſq; ad horam vigeſimã dominicæ ſequentis, & ſingulis diebus, quibus macinare eſt prohibitum; de quibus cãuetur in ſtatuto ſub Rub. De Munarijs, & portatoribus videlicet ab hora veſperarũ in vigilia cuiuſlibet dictorũ dierũ vſq; ad alĩa horam feſtiuitatis ela pſã. Et ſimiliter conductores, & molinarij molendinorũ nouorũ exiſtentiũ in dicto loco detto il forcello teneãtur, & oĩno debeãt tenere ſuſtinea, quæ sũt ad dicta molẽdina in canale nauigij, aperta penitus, & in totũ a dicta hora vigeſima ſabbati, & aliorũ dierũ vt ſupra vſq; ad vigeſimã horã feſtiuitatis ſequentis, ita vt libere aqua fluere poſſit per dicta ſuſtinea, niſi pro tranſitu nauium, ſub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum libr. v. ſingulis vicibus, quibus contrafactum fuerit applican. ꝑ dimidio cameræ, & pro alio dimidio inuentori, ſeu accuſatori. Et Iudex in prædictis ſit, & eſſe debeat diligens, & prædicta oĩa adimplere tam ex ſuo officio, quam ad inſtantiam cuiuſlibet intereſſe habentis, & in eis procedere etiam manu regia, & vbi eſſet negligens, vel prædicta nõn adimpleret cadat in pœnam libr. x. applican. vt ſupra.

¶ De non plantando, vel tenendo arbores ſuper ripis nauigij. RVB. XXXXVII.

STatuimus quòd aliquis non audeat, vel præſumat plantare ſuper ripis canalis nauigij per tantum, quantum ſe extendunt viæ publicæ vſq; in ipſum canale,

nale,aliquãs arbores cuiuſcunq; ſortis,uel maneriei,& tam in ripa reſpiciente uerſus ortum ſolis. Et ſi quæ arbores reperiuntur de præſenti uolumus quod omnino incidantur,& remoueantur ut facilior ſit trãſitus nauium, & prolapſus aquæ,& ne nauigium ipſum anguſtetur ſub pœna in prædictis , & quolibet prædictorum librarum trium applican.ſingulis uicibus, quibus fuerit contrafactum,pro dimidia Cameræ Ducali,& pro alia dimidia inuentori. Et ſimiliter Iudex victualium debeat facere diligentẽ inquiſitionem in quolibet prædictorum. Canale autem nauigii intelligimus, & intelligi uolumus a porta albareti Ciuitatis Mutinæ vſq; ad caſtrum Finalis.

¶ De Canale Magno. RVB. XXXXVIII.

STatuimus,& ordinamus quod canale magnum,quod diſcurrit per Ciuitatẽ Mutinæ fodi, & cauari debeat per conductores,vel dominos molendinorũ exiſtẽtiũ ſup dicto canali in dicta ciuitate toties quoties opus fuerit. Et quod murazoli exiſtẽtes in ripa dicti canalis fieri,& manuteneri debeant per habentes domos , ſeu ſtratas iuxta dictos murazolos ſub pœna librarũ trium applican.Cameræ Ducali pro dimidio,& pro alio dimidio accuſatori qualibet vice, qua contrafactum fuerit. Et ſimiliter idem Iudex teneatur incontinenti ſub eadem pœna curare cum effectu quòd dicti conductores , vel Domini molendinorum conduci facient extra ciuitatem Mut.terraceũ extractũ de ipſo canali.

¶ De canale Modonellæ. RVB. XXXXIX.

QVia ex eodem fonte , ſeu loco detto il Paullo qui eſt prope mœnia ciuitatis verſus montem trahunt originem duo ſatis inſignia ciuitatis canalia,videlicet Canale clarum,& Canale Modonellæ, propterea ſtatuimus quòd ipſe locus a quo trahunt ortum prædicta canalia,cauetur,remundetur , ac cauari, & remundari debeat expenſis hominum de Canali claro,& hominum de canali Modonellæ,& ſucceſſiue canale ipſum Modonellæ,quòd intrat in ipſam ciuitatem ſubtus mœnia ipſius ciuitatis , & diſcurrit iuxta domunculas Illuſtris Communitatis Mutinæ,ac deſcendit in monaſterium Venerabilium ſororum diui Pauli Ciuitatis Mutinæ,debeat ab ipſo ortu cauari,reparari, ac remundari prout oportuerit,& cauatum,reparatum, & ſtirpatũ bene teneri ita vt aqua ipſa poſſit,& valeat labi per ciuitatem,& curſum velocem habere pro vſu , & purgatione ædificiorum exiſtentium ſuper dicto canali. Et vt aqua in maiori copia veniat in dictum canale volumus quòd riuuli qui deſcendunt,& deſcẽdere ſoliti ſunt in dictum canale extra ciuitatem ſimiliter cauentur, & reparentur vt ſupra ad effectum prædictum,& quæ aqua dicti canalis labens per dictũ monaſterium diuiditur,& pars dictæ aquæ vadit per contratam,quæ tendit ad eccleſiam Dominæ Sãctæ Mariæ Seruorum,& poſtea trauerſat contratam Caſtellarij,& alia pars vadit in canale aliud,quòd tendit ad monaſterium Venerabilium Sororum Sancti Geminiani ciuitatis Mutinæ , ac deſcendit in canale alias detto della Macca de præſenti vero detto il Canalino, & trauerſat contratam Sancti Laurentij a principio verſus Caſtellarium. Et quæ duo canalia partita vt ſupra confluunt poſtea in idem,& faciunt etiam canale detto la Modonella,quòd diſcurrit per domos exiſtentes inter contratam ruæ magnæ, & contratam campanariam,& tandem deſcendit in canale magnum prope eccleſiã

diuæ

diuæ Margaritæ. Et vt dictum canale manuteneatur, & etiam immunditiæ canalectarum habẽtium caput in dictum canale seu canalia abluantur volumus quòd quælibet canalecta habens caput in præfatum canale seu canalia debeat habere suam clauigam factam de lapidibus, & bono calce, & habeat suam sarasinescam de bono ligno bene obturante caput canalectæ, & singulis Sabbatis post vesperas sarasinescha̅ leuari possint a suis clauigis vt aqua possit intrare per dictas canalectas, & abluere immunditias dictarum canalectarum. Quæ sarasinescha̅ diebus Dominicis sequentibus post vesperas debeant abbassari, & reponi ad loca solita pro obturatione prædicta, nec aliquis præsumat diuertere, vel occupare aquas dictorum canalium a cursu suo solito, & in alium locũ conuertere, nec clusam facere, vel impedimenta aliqua imponere in dictis canalibus puta settas facere, vel assides ponere cum palis infixis in canalibus prædictis sub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum libr. v. applican. pro tertia parte Cameræ Ducali, & pro alia tertia accusatori, seu inuentori, & pro residuo Donnicellis Diui Geminiani, & vbi contigerit aliquam impensam fieri pro cauameto, vel reparatione dictorum canalium volumus quemlibet teneri, p̃ sua testa, quam habet ad dictam Modonellam licet via mediaret domos & contra recusantem Dominus Iudex possit procedere manu regia. Et quia est rationabile, quod abluentes canalectas suas cum dictis aquis conferant ad impẽnsam cauamenti, seu reparationis volumus quòd prædicti habentes domos suas super canalectis prædictis soluere teneantur tertium eius, quòd soluetur per eos qui habent testas suas ad dicta canalia. Volentes etiam quòd dictum canale, seu canalia cauari, vel remundari debeant singulis tribus annis ad plus, & etiã prius si oportuerit.

¶ De canale Abyssi. RVB. L.

QVia ex aqua, quæ fluit per canale, quòd vulgariter nuncupatur il Canale d'Abysso, lauantur, & purgantur multæ canalectæ, & andronæ, & multæ immunditiæ abluuntur, propterea statuimus quòd conductores molẽdini vulgariter nuncupati della sonza teneantur etiã non requisiti totam aquam fluẽtem ad dictum molendinum vertere, inuiare, & dimittere in canale prædictũ abyssi per clauigam existentem desuper dictum molendinum, quam clauigam Illust. Communitas Mutinæ teneatur facere, seu reficere suis expensis vbi oportuerit. Et dictam aquam sic dimissam in omnibus diebus Sabbatorum relaxare, & dimittere vsq; ad alias vesperas diei Dominicæ, & similiter ad vesperas aliorum dierum festiuorum ex præcepto S. Matris Ecclesiæ sub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum libr. v. pro qualibet vice applicanda pro dimidio Sororibus Corporis Christi Ciuitatis Mutinæ, & pro alio dimidio Iudici mulctanti.

¶ De Canalibus cauandis. RVB. LI.

DOmini molendinorum, seu conductores eorum teneantur iuxta tradita in statuto sub Rub De canali Circæ, cauare, seu cauari facere, ac expedita, & cauata tenere canalia venientia a fluminibus Sculteneæ, & Situlæ ad Ciuitatem & per ciuitatem Mutinæ eorum expensis, considerata debita latitudine & profunditate ita quòd aqua, quæ ducitur per dicta canalia ad Ciuitatẽ, possit conduci

duci libere, & expedite, & absq; nocumẽto alicuius personæ, & ne aquæ spargantur sub agris confinantium dictis canalibus, sub pœna librarum quinque quotiescunq; fuerit sibi commissũ per D. Iudicem, & non fuerit obseruatum.

¶ De iuramento præstando Fornariis. RVB. LII.

STatuimus, & ordinamus quod Massarij artis fornariorum, antequam officium suum exerceant, iurare debeant in manibus D. Iudicis uictualiũ, quod bona fide, bene, & legaliter, & sine fraude exercebunt officium suum massariæ secundum formam statutorum communis Mutinæ, & artis prædictæ, & quod omni posse suo diligenter curabũt quod quilibet fornarius exercebit fideliter, & sine fraude artem suam prædictam, & quod condemnabunt contrafacientes statutis communis Mutinæ, & artis prædictæ in dicto exercitio sub pœna dictis massariis soldorum viginti pro quolibet, & qualibet vice, qua fuerit contra factum applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio accusatori seu denuntianti. Et sub eadem pœna applican. vt supra quilibet exercens artẽ prædictam teneatur in principio cuiuslibet anni saltem per totam quintãdecimã diem Ianuarij iurare in manibus prædicti D. Iudicis de exercendo artem prædictam legaliter, & sine fraude, & de obseruando statuta Communis Mut. ad ipsam artem pertinentia, & præcepta D. Iudicis. Et Massarij iurantes vt supra soluere teneantur sol. duos pro quolibet, & alij soldum vnũ pro quolibet.

¶ Quibus diebus Fornarij non possint coquere panem.

RVB. LIII.

ORdinamus quod nullus de arte Fornariorum audeat facere, vel coquere panes, seu fabricari, vel coqui facere in diebus festiuis ex præcepto Sanctæ Matris Ecclesiæ, nisi vrgente necessitate sub pœna soldorum viginti pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, applican. pro dimidio, vt in alio statuto præcedenti continetur, saluo tamen quod volumus de omnibus fornariis vendẽtibus panẽ venalẽ in Ciuitate Mut. fieri vnã imbuxullationem in vna vrna, & singulis mensibus, & prima die cuiuslibet mensis extrahatur vnus bulletinus, & tunc persona, cuius nomen extractum fuerit, & non alius, possit, & valeat facere, & coquere, & vendere panẽ venalem dictis festiuis diebus totius mẽsis iuxta tñ calmeriũ, quod tũc curret, abolita quacũq; consuetudine in cõtrariũ faciẽte

¶ De Fornariis coquentibus panem non venalem. RVB. LIIII.

STatuimus quod Fornarij qui coquunt panẽ ad familias in Ciuitate, vel Burgis Mutinæ debeant bene, & diligenter custodire panem, & mensurate coquere, & si male custodierint, vel coquerint panem, seu panis defuerit, teneatur. D. Iudex victualium damnum emendari facere Dño panis per fornariũ non admissa aliqua excusatione, stando iuramento Dñi cuius panis fuerit, de quantitate farinæ dicti panis male cocti, a quo iuramento non possit appellari, vel de nullitate dici. Et vlterius etiam puniatur pœna infrascripta. Et ad effectum vt bene panis coquatur volumus quod fornarij non possint infornare panem, nisi sit bene leuatus, & ponere teneantur panem in furno distantem vnum ab alio videlicet ita vt terriæ, seu manus panis non se tangant ad inuicẽ, sub pœna in prædictis & quolibet prædictorum arbitrio. D. Iudicis victualiũ, dummodo non excedat libras tres in condemnando pro qualibet vice applicandas

candas pro vno tertio Cameræ Ducali, pro alio tertio damnum passo, & pro residuo inuentori, habeat autem pro sua mercede quilibet fornarius summas infrascriptas. Nam si coquet ad buccas habeat pro singula bucca, quæ sit maior annis quatuor pro vno anno, & in rationem anni sol. nouem, & non vltra, si vero ad terrias, seu manus habeat pro singula manu denarium vnum, & pro singulis terrijs vnum quatrenum, & non vltra, & sit in electione Domini panis coquere ad buccas, vel terrias, seu manus. Et si fornarius plus acceperit etiam a sponte dare volentibus castigari debeat per Iudicem pœna sold. quadraginta applican. vt supra.

¶ De Fornarijs facientibus panem venalem. RVB. LV.

STatuimus quòd omnes, & singuli Fornarij Ciuitatis Mutinæ, & Burgorũ, qui faciunt, seu fabricant, vel fieri, vel fabricari faciunt panem venalem, teneantur, & debeant dictum panem fabricare ex bona farina non putrida, vel male olenti, nec loliata, vel viciata, & bene dictum panem custodire, & coquere ita vt sit bene, & cum fermento conuenienti leuatus, & non chiocatus sub pœna amissionis panis distribuendi per D. Iudicem victualium statim inuentione facta inter pauperes Christi, & carceratos scilicet duas partes ex tribus, & palia tertia parte sit ipsius D. Iudicis notariorum, & nuntij. Et teneantur dicti fornarij tenere in platea Communis Mut. & locis solitis sufficientiam panis pro vsu ipsius Ciuitatis, & aduenarum, nec vnus se possit excusare super alio, vel quòd alijs diebus maiorem quantitatem panis fecerit, quam alij, sub pœna lib. x. applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio inuentori, ab eo auferenda, quem D. Iudex vna cum notario, vel eius nuntio dixerit, vel attestatus fuerit defeciſſe in sufficientia panis prædicti venalis. Et panis ipse sit, & esse debeat, ac fabricatus iuxta, & secũdum calmerium infrascriptum, volumus enim dictum panem fabricari debere iuxta dictum calmerium sub pœna soldorum quinq; pro qualibet terria, seu manu dicti panis, & amissionis ipsius panis, qui distribuatur vt supra. Et pistores, & mulieres, quæ faciunt panem venalem, debeant habere linteamina, seu mantilia nitida, quæ adoperari non debeant nisi ad panem sub pœna sold. x. pro qualibet vice, & amissionis mantilium applicanda vt supra. Et nullus, vel nulla vendere possit panem in foro, vel alibi, nisi habeat toualeam pulchram, & nitidam subtus panem sub pœna sold. x. pro qualibet vice, & amissionis toualeæ, si inuenta fuerit non nitida. Teneantur etiam fornarij facere de pane secundo, vt vulgo dicitur da massaria, in ea quantitate, & quando, & prout D. Iudici victualium videbitur, pro vsu, & indigentia Ciuitatis, & districtualium sub pœna librarum trium applicanda vt supra. Et quilibet faciens panem venalem bullare debeat singulas manus, & terrias cum bullo, in quo sit sculptum nomen facientis ipsum panem, sub pœna soldorum decem pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum, applican. vt supra. Et Fornarij teneantur habere, & tenere caminos ad quemlibet eorum furnum sic ordinatos, & aptatos, vt ignis exiens de furno nullum damnum faciat, vel facere possit sub pœna librarum quinq; applicanda vt supra. Et Illustres Domini Conseruatores possint calmeria facere, & secundum ea panem facere teneantur fornarij.

¶ De

¶De Calmerio panis. RVB. LVI.

Vide Calmeriũ nouum in fine Reformat.

STatuimus, & ordinamus panẽ venalẽ de frumento albũ arbitrio boni viri, & & bene coctum fieri debere ad rationem ponderum decem, & libr. septẽ ℔ quolibet ſacco farinæ frumenti ex molendino reportatæ, & habito ſemper reſpectu ad dictum pondus, & ẽt cum augumento libr. xviij. panis pro quolibet centenario farinæ. Prohibentes vllo vnquã tempore aliud calmerium fieri poſſe de ſacco, vel grano frumenti rationibus alias allegatis, & quia ẽt eſt in facultate fornariorum non emere frumentum minoris ponderis, ſeu in eo minus expendere ſecundum eius bonitatem. Item dicimus ex dicto ſacco farinæ detrahi & diffalcari debere libras quatuor pro quolibet pondere farinæ, videlicet pro ſingulis libris xxv. pro furfure, & occaſione furfuris. Item ſimiliter dicimus diffalcari debere ex dicto ſacco farinæ pro remezolo, & occaſione remezoli libr. xxv. augumentum autem, & ſeu creſcimonia panis remezoli, a remezolo declaramus eſſe de lib. xxxij. pro ſingulo centenario, & ad rationem centenarij. Inſuper vltra pretium frumenti volumus poni de impenſa ſuper dicto ſacco farinæ ad commodum fornariorum, & in dicto calmerio infraſcriptas expenſas videlicet primo pro factura, & coctura panis totius dicti ſacci tam farinæ, quã remezoli ſol. octo, & pro gabella macinæ dicti ſacci farinæ ſoldum vnum, & denarios octo, & pro buratino ſol. vnum, & denarios quatuor, & pro mercede venditoris eiuſdem panis videlicet pro ſingulis ſol. xx. Mut. ſol. vnum, & denarios quatuor, pretio frumenti non excedente ſummã ſol. xlv. ab inde vero ſupra ſol. vnus tantum admittatur ad beneficium fornariorum pro venditore, ex quibus expẽſis detrahatur valor furfuris, minã cuius dicimus valere denariũ vnũ pro quolibet ſoldo pretij vnius ſtarij frumenti. Et ſic mãdamus obſeruari, & panem venalem fieri ſecundum concurrentem frumenti valorem de tempore in tempus.

¶De Cercatore pro incarceratis. RVB. LVII.

STatuimus quòd D. Syndicus Illuſt. Commun. Mut. teneatur operam dare, quòd ſemper vnus vadat per ciuitatẽ cercãdo eleemoſynas pro pauperibus carceratis. Et qui cercator habeat de eleemoſynis ſibi pro carceratis factis partem prout conuenerit cum dicto D. Syndico, reſiduum autem dictarũ eleemoſynarum teneatur cercator dare ſupraſtãtibus ad carceres, qui æqualiter diuidãt eleemoſynas inter pauperes incarceratos. Et teneatur Ill. Communitas eligere ſingulo anno in calendis Ianuarij vnum deputatũ, ſiue præſidentẽ ex Collegio Ill. DD. Doctorũ Mut. ad cuſtodiã, & curã dictorum incarceratorum.

¶De pane forenſi. RVB. LVIII.

STatuimus, & ordinamus quòd quilibet forenſis poſſit conducere, vel conduci facere panẽ ad vendendũ, & vendere in Ciuitate Mut. ad libitum ſine ſolutione alicuius gabellæ, vel datij ẽt portæ, vel macinæ. Et intelligantur quantum ad hoc etiam forenſes illi de Campogaiano, & de Nonantula.

¶De Macellarijs ſeu Beccarijs, & primo de iuramento præſtando beccarijs. RVB. LVIIII.

QVilibet volens exercere artem beccariæ teneatur in quolibet ſemeſtri iurare in actis Iudicis victualiũ ſe artem ipſam fideliter, & legaliter exercere, & penſare, & vẽdere iuſte ſecundũ formam ſtatutorũ, & in oĩbus, & per om-

nia ſeruare ſtatuta,& ordinamenta Ciuitatis Mut.& hoc ſub pœna ſold.viginti pro quolibet,& qualibet vice,qua fuerit contrafactum applicanda pro tertia parte Cameræ Ducali,& pro alia tertia Communi Mut. & pro alia tertia parte accuſatori & notarius habeat pro quolibet iuramento, & qualibet perſona ſoldos duos.

¶ De beſtijs interficiendis. RVB. LX.

STatuimus quòd nullus exercens artem beccariæ poſſit occidere aliquas beſtias groſſas,vel minutas,niſi in macello Communis Mut.& non alibi,nec in alio loco,ſeu apotheca,vel domo ſub pœna librarum trium applican. pro tertia parte Cameræ Ducali, pro tertia parte Communi Mut. & pro alia tertia accuſatori.

¶ De non tenendo niſi de vna ſorte carnis,& de pœna vendentis vnam carnem pro alia. RVB. LXI.

STatuimus quòd nullus beccarius poſſit, aut valeat tenere eodem tempore, niſi de vna ſorte carnis ſuper banchis,& minus vendere eodem tempore,niſi de vna carne ſub pœna libr.trium ſingulis vicibus applican.vt in præcedẽti ſtatuto,excepto tamen niſi carnes diuerſæ ſortis venderentur eodem pretio,& excepta carne porcina.Quibus caſibus admittimus dictas carnium ſortes eiuſdẽ pretij,& carnem porcinam poſſe eodem tempore per beccarios teneri ſuper dictis bãchis,prohibentes quòd nulli beccario liceat tradere,ſeu accommodare de carne ſua alteri beccario,ſiue ſit caro bona,ſiue mala,& ex quacunq; cauſa tradatur,ne forte hoc colore captatæ malitiæ eludatur præſens ſtatuti diſpoſitio ſub pœna libr.trium cuiuſlibet eorum,& qualibet vice applicanda pro dimidio Ducali ærario,& pro alio dimidio accuſatori,ſeu denuntianti. Et ſi aliquis beccarius vendiderit vnam ſortem carnis pro alia cadat ipſo iure in eandem pœnam applican.vt ſupra,& reſtituto carnis pretio amittat carnem, quæ applicetur vt in ſtatuto.De vendendo ad ſtateram.

¶ De meta carnium. RVB. LXII.

STatuimus quòd Ill.Dñi Conſ Ciuitatis Mut.pro tempore exiſtẽtes poſſint, & debeant ponere,& taxare pretia carnium vendendarum in Ciuitate, & diſtrictu Mut.bis tãtum in anno,videlicet in principio menſis Octob.& in feſto Paſcatis Reſurrectionis D.N.Ieſu Chriſti.Et teneatur Cãcellarius Illuſt. Communitatis Mut.incontinenti dare,ſeu intimare D.Iudici victualium metã poſitã carnibus per Dominos Conſeruatores ſingula quaq; vice, & vltra dictã taxã beccarij ipſi non poſſint vendere carnes ipſas in ciuitate,vel diſtrictu Mut.ſub pœnã ſold xxx.applicãda pro tertia parte Cameræ Ducali,pro alia tertia Communi Mut.& pro alia inuentori,ſeu accuſatori.

¶ De Tabella tenenda per beccarios ſuper banchis. RVB. LXIII.

VT occurratur fraudibus,quæ quotidie fiunt per beccarios,ſtatuimus quòd ipſi beccarij teneãtur continue habere, & tenere tabellã appenſam ad raſtellum bãchæ propriæ ipſius beccarij tempore, quo carnem habet ſuper banchis,in qua literis groſſis ſcripta ſit ſors carnis beſtiæ mortuæ, quæ exiſtat ſuper bãcha,& pretium ipſius carnis ſub pœna libr. triũ pro qualibet vice auferenda a contrafaciente,& applican.vt ſupra.

¶ De

¶ De tenendo carnem ſuper banca, & de vendendo cuilibet, & alijs prohibitionibus. RVB. LXIIII.

STatuimus quòd beccarij teneantur tenere carnes mortuas ſuper banchis & raſtellis, & non in abſcondito, aut in eorum banchetis, ita vt quilibet poſſit videre carnes ipſas, & eas cognoſcere, & ſimiliter teneantur, & obligati ſint vẽdere carnes prædictas cuilibet emere volenti, & in ea beſtiæ parte, & quantitate prout emere volens voluerit, & ſibi placuerit, nec excuſari poſſit ipſe beccarius eo colore, vel prætextu, quòd caro ipſa petita, vel quæ petetur per ipſum emere volentem, ſit alteri vendita, vel promiſſa, etiam ſi dicerent eam carnem promiſſam, vel venditam fuiſſe alicui officiali cuiuſcunq; dignitatis, vel præeminẽtiæ, ne ſub colore captatæ malitiæ defraudent præſens ſtatutum, ſeu emere volentes. Et ſimiliter dicti beccarij non poſſint vẽdere, vel vendi facere capita, ſeu teſtas alicuius beſtiæ groſſæ, vel minutæ, vel zampetas vſq; ad nodum ginochij, vel interiora, ſeu inteſtina ad pondus cum alia carne, vel ſine, ſed tantum ea vẽdere poſſint ad oculũ vltro, & ſponte petenti ſub pœna in prædictis omnibus, & ſingulis ſold. xxx. in quolibet caſu, & qualibet vice, qua contrafactũ fuerit applican. pro tertia parte Cameræ Ducali, pro tertia communi Mut. & pro alia tertia accuſatori, ſeu denuntianti. Inſuper non poſſit, nec valeat aliquis beccarius vendere carnes alicuius beſtiæ infirmæ, vel morboſæ, vel quæ aliquo accidẽti mortua eſſet, vel alicuius vituli, qui non ſit maior xxv. diebus ad minus, ſub pœna prædicta applican. vt ſupra & incurrenda toties quoties fuerit contrafactum, & amiſſionis carnis. Volentes etiam quòd teſtæ ipſæ incidentur a buſto tali modo quòd pars colli condecens remaneat teſtæ, & non totum collũ remaneat buſto, quòd relinquitur arbitrio Iudicis & ſub pœna, quæ ſibi videbitur applican. vt ſupra, nec aliquæ teſtæ aliquarum beſtiarum incidi ſolitarum a buſtis poſſint, vel valeant per ipſos Beccarios, vel aliquem eorum incidi a buſtis, niſi ipſæ teſtæ prius viſæ fuerint per Iudicem victualium ſub pœna prædicta.

¶ De vendendo ad ſtateram, & de falſis libris. RVB. LXV.

STatuimus quòd beccarij non poſſint, nec valeãt vendere eorũ carnes niſi ad ſtaterã, quæ tamen ſtatera ſit, & eſſe debeat ſignata ab vtraq; parte, vt emens videre poſſit ipſa pondera, ſeu numerum lib. ſub pœna ſol. xxx. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit. Et ſi beccarius aliquis inuentus fuerit, vel probatum fuerit vendere, ſeu vendidiſſe carnes pro vno pondere, ſeu menſura, & in dicto pondere caro ipſa non inuenta fuerit, & ſic fraudẽ commiſerit in ponderando, tunc ipſo iure puniatur beccarius ipſe pœna ſol. xx. p qualibet vice, qua fuerit contrafactũ, & credatur in prædictis iuramẽto emptoris, quod habeatur pro plena probatione. Et Dñs, ſeu patronus banchæ teneatur pro facto famuli ſeu ſeruitoris. Quæ oẽs pœnæ contẽtæ in præſenti ſtatuto applicẽtur, vt in præcedenti ſtatuto, & nihilominus teneatur ad reſtitutionem pecuniarũ, & carnẽ amittat, quæ ſit ipſius Iudicis, vel pauperum, vel etiam eius, cui fuerat vẽdita.

¶ De Beccarijs Communitatis. RVB. LXVI.

STatuimus quòd nullus Beccarius poſſit exercere artẽ Beccariæ, nec occidere, nec vendere de carne aliqua niſi in beccarijs Communitatis exiſtentibus deſuper, & prope plateas, & iuxta iura hoſpitalis mortis, Hieronymum Vene-

rum,& viam publicam ſub pœna librarum quinq; pro quolibet contrafaciẽte, & qualibet vice,qua fuerit contrafactum applican.pro tertia parte accuſatori ſeu denuntianti,pro alia tertia Ducali Cameræ,& pro tertia communi Mutinæ,& ſic cogi poſſit ibi ſtare,& exercere artem prædictam.Et quas beccarias teneantur tenere bene nitidas,& ab omni immunditia expurgatas ſub pœna ſol. quinq; a quolibet contrafaciente auferenda, cuius medietas ſit Domini Iudicis victualium,& inuentorum,& alia medietas Cameræ Ducalis, & ſub dicta pœna non poſſint pelare,vel pelari facere aliquas beſtias,niſi in pelatorio publico.Prohibemus beccarios poſſe inflare quoquo modo beſtias aliquas groſſas, vel minutas ſcorticatas,ſiue non ſcorticatas, nec poſſit quoquo modo ponere redam vnius beſtiæ ſuper alia beſtia mortua, & ſic redare beſtiam aliena reda, & minus ponere aliam pinguedinem ſuper beſtijs ipſis,vt pinguiores,& ſic vendibiliores fiant ſub pœna libr.trium applican.pro tertia inuentori, pro tertia Ducali Cameræ,& pro alia tertia Communi Mutinæ.

¶ De ſufficientia carnis. RVB. LXVII.

STatuimus quòd Maſſarij artis Beccariorum Ciuitatis Mut.nec non ipſi beccarij exercentes ipſam artem beccariæ teneantur,& omni tempore, & præciſe obligati ſint ad ſufficientiam carnium vendendarum in Ciuitate Mutinæ pro vſu,& indigentia hominum exiſtentium in ipſa Ciuitate, Burgis, & toto eius diſtrictu ſub pœna librarum viginti auferen.a ſingulis beccarijs,quos Maſſarij ipſi atteſtati fuerint cum iuramento non feciſſe partem ſuam carnium ꝓ dicta ſufficientia,quorum iuramento in hoc plene credi volumus,alioquin auferen.ab ipſis maſſarijs,quam pœnam in caſibus prædictis applicamus, vt in præcedenti ſtatuto diſponitur,& quam ſufficientiam declaramus eſſe debere de ſummis,ſeu quantitatibus infraſcriptis.Nam volumus quòd a feſto Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti excluſiue vſq;,& per totum medium menſem Septembris dicta ſufficientia ſit,& eſſe debeat ſingulis diebus,quibus venditur caro,de libris duobus millibus quingentis ad minus carnis, computato etiam calmerio,de quo infra in ſtatuto De diuidẽdijs beſtijs,excepto ſabbato, in quo ipſa ſufficientia ſit,& eſſe debeat de libris tribus millibus quingentis ad minus, ſaluo tamen niſi occurrerent in hebdomada aliqua feſta prohibentia carnes fieri.Nam volumus quòd pro ipſis diebus feſtis fiat caro ad ſufficientiam iuxta taxam prædictam in die immediate præcedenti ipſum feſtum,ſeu feſta.A dicto autem medio menſe Septembris vſq;,& per totam quadrageſimam ipſa ſufficiẽtia ſit,& eſſe debeat ad arbitrium D.Iudicis victualium, & prout ipſe arbitrabitur conſideratis per eum conſiderandis.Declarantes quòd carnes ipſæ pro dicta ſufficientia ſint,& eſſe debeant partim de carne vituli, partim de carne manzij,& partim de alijs carnibus ad arbitrium ipſius D.Iudicis, & vt facilius, & prompte conſtare poſſit de dicta ſufficientia, vel inſufficientia, & qui in ea defecerint,vel adimpleuerint, volumus quòd pro declaratione prædictorum recurſus habeatur ad libros officialium beccariæ, qui in prædictis plenam fidem faciant,non obſtantibus in prædictis,vel aliquo prædictorum ſtatutis aliquibus,vel conſuetudinibus,quas omnino volumus non obſtare.

¶ De

¶ De non occidendis beſtijs non habentibus medullam firmam.
RVB. LXVIII.

STatuimus quòd nullus beccarius audeat, vel præſumat occidere, nec vende re aliquem bouem, manzium, vel vaccam in beccarijs communis, qui, vel quæ non habeat firmam medullam ſub pœna contrafacienti ſold. triginta applican. pro tertio Cameræ, & pro alio tertio D. Iudici victualium, & incontinẽti teneatur beccarius exportare dictum bouem, vaccam, vel manzium extra Ciuitatem Mutinæ.

¶ De non emendis, nec occidendis beſtijs infirmis. RVB. LXVIIII.

STatuimus, & ordinamus quòd aliquis beccarius non emat aliquem bouem, manziũ, vel vaccam, vel aliud animal infirmum, vel infirmos, nec illos, & illa occidat nec vendat in beccarijs communis Mut. & ſi emerit, aut occiderit, vel vendiderit ſoluat pro banno ſold. xx. pro qualibet beſtia applican. pro tertia parte cameræ Ducali, & pro alia tertia Communi Mutinæ, & pro alia tertia parte inuentori, ſeu accuſatori. Et ſi dubitaretur an tale animal eſſet ſanũ, vel infirmũ, quòd nullo modo tale animal occidant, niſi prius illud fuerit oſtẽſum Spectabili D. Iudici victualiũ, qui pro tempore fuerit, qui D. Iudex teneatur dictũ animal videre, & diligenter conſiderare, ſi eſſet infirmum, vel ſanum, & idoneũ ad occidendum in beccarijs, vel extra, & quod determinabitur per prædictum D. Iudicem, id obſeruetur, & obſeruari debeat, & qui contrafecerit prædictis, vel alicui prædictorum ſoluat pro banno ſold. xx. applican. vt ſupra.

¶ De diuidendis beſtijs per filum ſchenæ. RVB. LXX.

STatuimus, & ordinamus quòd omnes Beccarij Ciuitatis, & diſtrictus Mut. teneantur, & omnino debeant diuidere quaſlibet beſtias diuidi ſolitas, ſiue groſſas, ſiue minutas per filum ſchenæ ipſius beſtiæ recta ſciſſura ſub pœna libr. duarum applican. pro vno tertio Cameræ Ducali, pro tertio communi, & pro alio tertio D. Iudici victualium, abolentes, & abrogantes quamlibet conſuetudinem, & ritum ipſorum beccariorum aliter huc vſq; diuidentium beſtias ipſas in graue damnum ementium de ipſis carnibus. Ideo ſtatuimus quòd ipſa beſtia diuidatur per filum vt ſupra, & vna ex dictis mezenis ad arbitrium Datiarij beccariæ ponderari debeat per officialem, & iuxta pondus dictæ mezenæ ſic ponderatæ vt ſupra ſoluatur, & ſolui debeat datium pro tota beſtia, ſed ipſe Datiarius teneatur, & debeat remittere ſeu diffalcare omnibus computatis de ipſo datio vere ſoluendo ſecundum ſtatuta, ſeu prouiſiones duodecim pro centenario, & in rationem centenarij.

¶ De Salcicciarijs. RVB. LXXI.

STatuimus quòd Salcicciarij iurare teneantur ſinguli in manibus D. Iudicis victualium iuxta ſolitũ de iuſte, & recte facien. ſalciccias, & obſeruãdo ſtatuta ſua, & Communis Mutinæ, & obediendo D. Iudici victualium, & pro quolibet iuramento habeat notarius ſoldos duos tantum, & non vltra, & dictos Salcicciarios Dominus Iudex victualium, puniat, caſtiget, & iuſtitiam faciat.

¶ De Salciccia. RVB. LXXII.

STatuimus quòd duæ ſortes ſalcicciæ, ſeu Lucanicæ fiant per ipſos Salcicciarios, vna quæ vocatur la Roſſa, alia vero la Gialla, & conficiantur tantum

de bona carne porcina, non morbosa, vel aliqua infirmitate defuncta, & non de alia carne, & illa, quæ vocatur la gialla fiat de bonis speciebus, & croco, caseo, & ouis ad arbitrium boni viri. Item statuimus quòd dicti Salcicciarij non possint quoquo modo vendere, vel vendi facere de carnibus recentibus porcorum vel alterius sortis sub pœna libr. v. a contrafacien. auferen. toties quoties contrafactum fuerit, & applican. pro dimidia Cameræ Ducali, & pro alia dimidia D. Iudici victualium, demptis, & exceptis requæstis, quas possint impune vendere ad oculum, & non ad pondus sub pœna supradicta applicanda vt supra. Declarantes eas esse requæstas, testas porcorum, pedes, gambuccios, ossa, codegas, interiora, ventrem, budellas, sonzias, coradas, lunzias, & quas requæstas vendi permittimus per dictos Salcicciarios in beccarijs, & extra beccarias, & vbilibet vbi faciunt eorum exercitium, & tenent eorum apothecas absq; aliqua contradictione D. Iudicis victualium, & Massariorum artis beccariorum.

¶ De lætamine, & immunditijs tollendis per beccarios.

RVB. LXXIII.

STatuimus quòd omnes & singuli beccarij compelli possint, & valeãt per Spectabilem D. Iudicem victualium ad tollendum, & exportandum extra Ciuitatem Mut. lætamen, & omnes immunditias, quæ in dies fieri contingẽt in beccarijs, & extra eas occasione beccariæ intra tempus statuendum per ipsum D. Iudicem sub pœna arbitrio ipsius D. Iudicis imponenda, dummodo non excedat in puniendo eos summam sol. xx. applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio ipsi D. Iudici.

¶ De Piscatoribus. RVB. LXXIIII.

STatuimus quòd omnes Piscatores, seu venditores piscium ad pondus in Ciuitate Mutinæ, vel burgis teneantur iurare in manibus D. Iudicis victualium videlicet in principio cuiuslibet semestris, quòd bona fide, ac legaliter exercebunt artem, seu exercitium prædictum, & minime contrauenient statutis, & ordinationibus Illust. Dominorum Conseruatorum Mut. & quòd vendent pisces iuxta taxam, seu limitationes pretij dictorum piscium factas per dictos Illust. Dominos Conseruatores, nec vendent aliquos pisces putridos, nec tenebunt pisces in viuarijs nisi in nauigio. Nec possint inter se facere sectas, vel conuenticulas pro vendendo dictos pisces sub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum libr. trium pro qualibet contrafactione, & pro qualibet vice applican. pro tertia parte Cameræ Ducali, & pro alia tertia parte inuentori, vel accusatori, & pro alia tertia communi Mut. Et similiter sub eadem pœna dicti vendentes non possint vendere pisces extra locum deputatum per Illust. Dominos Conseruatores.

¶ De non reuendendo pisces. RVB. LXXV.

PRo maxima vtilitate, & abundantia Ciuitatis Mut. statuimus quòd nemini liceat, aut licitum sit quoquo modo, vel quæsito colore pisces captos in Ciuitate, vel districtu reuendere in Ciuitate Mutinæ, vel burgis sub pœna amissionis piscium distribuendorum pro tertia parte inuentori, seu accusatori, pro alia tertia Donnicellis S. Geminiani, & pro alia tertia parte Monialibus Corporis Christi, & nihilominus incurrat pœnã sold. quadraginta p qualibet

vice

vice applican. vt in præcedenti proximo ſtatuto continetur ſed tantum liceat eis vendere, qui eos piſcauerint, & cœperint in ciuitate, vel diſtrictu, & teneantur venditores tenere piſces mortuos ſeparatos a viuis in eorum ſcaffis, ſeu banchis ſub pœna applican. vt ſupra.

¶ De vendentibus piſces ad oculum. RVB. LXXVI.

STatutum eſt quòd quilibet vendens ad oculum piſces cuiuſcunq; qualitatis in ciuitate Mutinæ, vel burgis teneatur ſtare in pedibus, & non ſedere quouſq; vendiderit dictos piſces ſub pœna ſold. x. applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio inuentori.

¶ De piſcibus palam tenendis. RVB. LXXVII.

QVilibet vendens, ſeu vendere volens piſces quoſcunq; teneatur illos tenere publice, & palam in piſcarijs, & locis conſuetis ad vendendum, & demonſtrare ipſos piſces cuilibet petenti, & emere volenti, & vendere quos emere volens petierit ſub pœna ſold. x. pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafactum fuerit in prædictis, & quolibet prædictorum applicanda, vt in proxime præcedenti ſtatuto.

¶ De Tabernarijs. RVB. LXXVIII.

STatuimus quòd quilibet Tabernarius teneatur iurare in manibus D. Iudicis victualium quolibet anno in calendis Ianuarij de bene, & legaliter exercẽdo artem ſuam, & quòd bene tractabunt hoſpites ſuos, nec eis, vel contra eos fraudes aliquas facient, vel fieri facient, & quòd tenebunt menſuras iuſtas ſub pœna libr. v. Mutinæ applican. pro tertia parte Cameræ Ducali Mut. & p alia tertia parte inuentori, vel accuſatori, & pro alia tertia parte Communi Mut. Et teneantur ſingulis annis in calendis dicti mẽſis Ianuarij præſtare idoneum fideiuſſorem D. Iudici victualium, qui ſe obliget principaliter, & in ſolidum p omnibus, in quibus ipſe Tabernarius tenebitur occaſione dictæ ſuæ artis, & ſeu exercitij ſub pœna libr. trium applican. vt ſupra. Et teneantur etiam dicti Tabernarij pro facto ſuæ familiæ de pertinentibus ad hoſpitium.

¶ De bene tractando hoſpites. RVB. LXXVIIII.

OMnes, & ſinguli Tabernarij Ciuitatis, & diſtrictus Mutinæ teneãtur, & debeant bene, & legaliter tractare omnes, & quoſcunq;, qui hoſpitabuntur in eorum hoſpitijs, vel tabernis, nec fraudem aliquã contra eos facere, & teneãtur ipſis aduenis dare bona, & condecentia cibaria, & non corrupta, ſeu marcida, & maxime bonum vinum non adaquatum, & vt vulgo dicitur vino inacquato, niſi dixerint ipſi hoſpiti vinum ipſum fore, & eſſe adaquatum ſub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum libr. trium, & minus arbitrio D. Iudicis victualium applican. pro dimidia accuſatori, ſeu inuentori, & pro alia dimidia Cameræ Ducali quoties fuerit contrafactum. Et ſimiliter equis dare teneãtur de bono fœno, & ſpelta prout conuentum fuerit.

¶ De pœna vendentis vinum ad minutum cum menſura non iuſta.

RVB. LXXX.

NVlla perſona vendere poſſit in Ciuitate, vel diſtrictu Mutinæ vinum ad minutum niſi cum menſura iuſta, & bullata per officialem bonæ opinionis ſub pœna ſoldorum viginti Mutinæ pro qualibet vice applicanda pro di-

midia Cameræ & pro alia dimidia inuentori, seu accusatori, & vlterius cadat in pœnas compræhensas in alijs nostris statutis.

¶ Quod Tabernarij tenere debeant mensuras iustas.

RVB. LXXXI.

STatuimus quòd Tabernarij, seu hospites debeant tenere boccalia, præbẽdas & alias mensuras bullatas, & iustas, & cum dictis mensuris iustis, & bullatis dare vnicuiq; suum alias cadant in pœnas de quibus in statuto sub Rub. De pœna vendentium cum falsis mensuris.

¶ De pœna portantium vuas in Ciuitatem. RVB. LXXXII.

VTeuitentur multæ rubariæ, quæ in dies committuntur tempore vuarum in ipsis vuis, & pro euidẽti vtilitate ipsius Ciuitat. statuimus quòd nulla persona, quæ non habet terras proprias, vel conductas, possit, aut valeat portare per se, vel alium vuas, neq; nuces cuiuscunq; generis in Ciuitatem Mutinæ, vel burgos sub pœna sold. xx. pro qualibet vice applicanda inuentori, pro dimidio & pro alio dimidio Cameræ, & amissionis ipsarum vuarum, vel nucum. Et vbi ẽt dictæ vuæ, vel nuces essent collectæ ex terris proprijs, vel conductis, vel eas portaret de voluntate Domini, non possit eas portare in Ciuitatem, vel burgos ante festum S. Mariæ de mense Septemb. excepta Iuliatica, tremarina, & muscatule, vel nisi portaret in bozio appenso ad castellatam plenam musto.

¶ De portatoribus vini, & eorum mercede. RVB. LXXXIII.

POrtatores vini teneantur habere solia sua, seu mensuras suas bullatas, & iustas, pro vt continetur in statuto sub Rub. De mensura vini, & quilibet portator pro portatura vini per Ciuitatem Mut. habeat quatrenos quatuor, & per burgos quatrenos sex tantum, & tenere debeãt toualeam albam super solium cum vinum portãt, & quilibet contrafaciens cadat in pœnam sold. x. Mut. pro qualibet vice. Et quilibet denuntiare possit, & habeat dimidium pœnæ vltra pœnas in statutis nostris contentas. Et pro venditura vini non possit recipere nisi denarios sex pro quolibet quartario vini.

¶ De Mercede Gerulorum. RVB. LXXXIIII.

STatuimus quòd nullus Gerulus, seu Facchinus, seu alius quilibet portator quocunq; nomine nuncupetur, possit, aut valeat accipere etiam a sponte dãtibus nisi denarios octo pro qualibet salma, seu portatura per Ciuitatem, quantacunq; sit via a burgis vero intra ciuitatem, vel a Ciuitate in burgos sold. vnum tantum, & non vltra. Pro portatura autem bladorum super granario accipere possit denarios tres, & non vltra pro quolibet sacco duorum stariorum saltem, & si fuerint duo, vel plures ad portandum salmam, seu pondus aliquod accipere possint tantum pro quolibet quantum supra est taxatum cum diminutione tamen quartæ partis pro quolibet vt supra sub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum amissionis mercedis, & sol. v. pro quolibet, & qualibet vice applicanda Cameræ Ducali. Item volumus ipsos gerulos, seu baiulantes teneri, & obligatos esse exorto incendio in aliqua parte Ciuitatis, seu burgorum statim currere ad dictum incendium exortum cum suis solijs, & alijs necessarijs ad extinguendum ignem solitis haberi communiter per facchinos sub pœna sol. xx. pro quolibet, & qualibet vice, qua fuerit contrafactum, pro dimidia Cameræ, &

pro

pro alia dimidia accusatori. Et ipsi fachini, seu quilibet portator, seu baiulans teneatur ad requisitionem cuiuscunq; ire ad portandum salmam condecētem, & cogi possit, & debeat per D. Iudicem victualium sub pœna prædicta applican. vt supra.

¶ De Rastellinis. RVB. LXXXV.

RAstellini, qui euacuant castellatas vuarum, habeant, & habere possint sex denarios pro euacuatura cuiuslibet castellatæ vuarum, & non vltra, sub pœna amissionis mercedis, & sold. trium applican. Cameræ Ducali.

¶ De carraterijs a manibus. RVB. LXXXVI.

OMnes carraterij, qui solent carretis a manibus trahere pondera, seu salmas, habere possint quantum supra est statutum, & taxatum pro mercede gerulorum in statuto sub Rubrica. De mercede Gerulorum, sub pœna, de qua in dicto statuto.

¶ De non tenendis porcis per ciuitatem. RVB. LXXXVII.

STatuimus quòd nemini liceat habere, aut tenere porcos, seu porcas aliquas, qui, seu quæ vadant per ciuitatem, vel extra domos, sed tantum possint teneri intra domos, etiam si essent porci sub nomine Diui Antonij, sub pœna sol. xx. pro quolibet, & qualibet vice applicanda pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimido accusatori, seu inuentori, & si monitus per Iudicem, seu nuntium perseuerauerit eos tenere per Ciuitatem, possint libere capi per Iudicem, & distribui inter pauperes Christi.

¶ De non filando per venditrices super rebus venalibus. RVB. LXXXVIII.

PRohibemus quòd nulla persona possit filare, nec douanare tempore, quo tenet in plateis, vel alibi ad vendendum panem, siue butyrum, seu recoctã, siue alias res, vel fructus, qui imbrattari possunt sub pœna sold. v. & amissionis dictarum rerum applican. pro tertia parte pauperibus Conuertitis Ciuitatis Mutinæ, pro alia tertia parte inuentori, & pro alia tertia Cameræ Ducali.

¶ De Hortolanis. RVB. LXXXIX.

PRohibemus pro ornamento Ciuitatis aliquam personam posse vendere herbas, seu alia olera in plateis communis Mut. nec in buccis plateæ, & quantũ ipsæ buccæ se extendunt, sub pœna sol. v. applicanda ærario Ducali pro dimidio, & pro alio dimidio Inuentori.

¶ De non eundo obuiam portantibus, seu deferentibus victualia ad Ciuitatem. RVB LXXXX.

STatuimus quòd nulla persona possit aliquo tempore feriato, vel non feriato diebus sabbati, vel alijs diebus ire obuiam extra ciuitatem intra duo millia ria a Ciuitate alicui terrigenæ, vel forensi portanti aliquam speciem victualiũ versus Ciuitatem pro emendo, comprando, & contractando aliquod genus victualium, & minus ipsa victualia emere, vel emi facere sub pœna libr. trium, & amissionis rerum emptarum applicanda pro dimidia inuentori, & pro alia dimidia Donnicellis S. Geminiani, & nihilominus contrafaciens amittat res emptas contra formam præsentis statuti, quas applicamus D. Iudici victualiũ, & eius notarijs, & nuntio.

¶ De

¶ De mercede Magistrorum lignaminum, & Muratorum RVB. LXXXXI.

STatuimus quod quilibet magister muri, & lignaminis, & copertorum domorum, vel secator lignaminum habeat, & percipere possit pro mercede sua pro opera cuiuslibet diei incipiendo laborerium suum in principio diei usq; ad horam uigesimam tertiam cum dimidio a calendis Aprilis usq; ad calẽdas Nouembris, & laborando arbitrio boni uiri, sol. duodecim expensis ipsorum operariorum, uel sol. octo, & expensas consuetas a conducente. A calendis uero Nouembris usq; ad calendas Aprilis sol. decem expensis ipsius operantis, uel sol. septem, & expensas ab ipso conducente. Manuales autem, seu garzoni habere possint a calendis Aprilis usq; ad calendas Nouembris sol. octo expensis suis laborando ut supra, uel soldos quinq; expensis conducentis. A calendis uero Nouembris usq; ad calendas Aprilis soldos sex expensis suis, uel soldos quatuor expensis conducentis. Et ultra prædictam taxam non possint aliquid accipere etiam a sponte dante sub pœna soldorum uiginti pro qualibet vice applicanda pro dimidia Cameræ, & pro alia dimidia accusatori, & amittat mercedem, quæ sit ipsius conducentis, & credatur accusatori cum iuramento. Et supradicti magistri murorum, & lignaminum pro æstimatione in scriptis, uel sine scriptis facta habere non possint ultra sol. uiginti pro quolibet, & pro qualibet relatione, & æstimatione, sed minus arbitrio. D. Iudicis, corã quo facta fuerit relatio. Et quia aliquando est necessarium in multis casibus, & maxime quãdo contenditur de aliquibus seruitutibus, habere opinionem, seu iudicium magistrorum a muris, seu a lignamine, ideo decernimus quod suprascripti magistri pro qualibet uice, qua fuerint conducti super aliqua differentia, pro eorũ salario, & mercede non possint habere ultra soldos decem, sed bene minus arbitrio. D. Iudicis, coram quo lis pendebit. Et prædicti manuales pro modio calcinæ smorzatæ soldum unum, & calcinæ criuellatæ soldum unum, & pro impastatura sol. unum, & non ultra etiam a sponte dare uolẽtibus sub pœna sol. decem, & amissionis mercedis pro qualibet uice qua contrafecerint. Et nullus ex prædictis magistris, uel manualibus possit recusare quin præstet operas suas cuilibet petenti pro mercede prædicta sub pœna librarum trium a quolibet recusante auferenda, & applicanda pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio accusatori pro qualibet uice, qua contrafactum fuerit.

¶ De Mensura Quartorum, & Stangarum. RVB. LXXXII.

ORdinamus quod quilibet uendens ligna ad mensuram uidelicet ad quartum teneatur facere ipsa quarta ad minus longitudinis brachiorũ quinq; & altitudinis & latitudinis brachiorum duorum cum dimidio sub pœna librarum quinque pro quolibet quarto applicãda pro dimidio Cameræ, & pro alio dimidio accusatori. Stanghæ uero ad comburendum, quæ uenduntur, sint, & esse debeant ad minus brachiorum trium cum dimidio, & competentis grossiciei, & ulterius etiam contrafaciens amittat ligna applicanda. D. Iudici.

¶ Quod quilibet possit laborare de lignamine. RVB. LXXXXIII.

STatuimus quod quælibet persona possit, & ualeat libere, & impune extra Ciuitatem, & burgos Mut. laborare de lignamine, & de arte marãgonariæ,

&

& similiter huiusmodi laboreria sua ad ipsam Ciuitatem ad vendēdum, & con Vide Reform. lib. c. 8. Rub. 29.
trāctandum portare, & portari facere nihil soluendo dictæ arti, nec etiam pro luminaria, non obstāte quòd non sint descripti in dicta arte. Declarāteſq; quod voltatores, & seu cappelletti, qui aptant tantum tegulas domorum, & ædificiorum, possint, & valeant idē facere, & exercere in dicta Ciuitate, & burgis, ac in toto comitatu Mut. libere, & licite etiā nihil soluendo dictæ arti Marangonorum, nec pro luminaria, etiam si ponerent pro reparatione aliquas tempias nouas in opere, non obstantibus statutis, & alijs in contrarium facientibus.

¶ De lignis non extrahendis extra districtum. RVB. LXXXXIIII.

NVllus audeat, vel præsumat extrahere, seu extrahi facere lignamina aliqua ab igne extra districtum Ciuitatis Mut. sub pœna libr. trium pro qualibet vice, & amissionis ipsorum lignorum applican. pro dimidio accusatori, seu inuentori, & pro alio Cameræ.

¶ De mercede secatoris herbarum, seu fœni. RVB. LXXXXV.

NVllus secator herbæ audeat accipere pro qualibet die, qua secuerit, p̄ sua mercede vltra sex soldos Mutinæ expensis conducentis, & nouem sol. Mut. expensis secatoris. Et si secuerit ad bubulcam non possit accipere pro bubulca vltra sol. quatuor Mut. expēsis conductoris, & sol. sex expensis secatoris sub pœna sol. xx. Mut. pro quolibet contrafaciente & qualibet vice, & quilibet possit accusare, & denuntiare, & habeat medietatem condemnationis, & alia medietas applicetur Fisco, & teneatur in credentia.

¶ De mercede Messoris bladorum. RVB. LXXXXVI.

MEssor, seu messores bladorum non possint accipere pro salario, & mercede cuiuslibet diei suis expensis vltra soldos octo Mutinæ, expensis vero conducentis quinq; soldos Mut. si fuerit masculus, si vero fuerit fœmina sol. iiij. sub pœna sol. xx. pro quolibet, & qualibet vice applican. vt supra in præcedenti proximo statuto.

¶ De mercede Triturantium. RVB. LXXXXVII.

TRituratores bladorum non possint accipere pro eorum mercede ad expensas conducentis pro quolibet die, & pro quolibet trituratore vltra sold. v. & soldos octo expensis ipsius triturantis sub pœna sold. viginti pro qualibet vice applican. vt supra.

¶ De Mercede carreggiatorum. RVB. LXXXXVIII.

CArreggiatores de quolibet milliario tegularū, vel laterū conductorū a fornacibus existentibus in suburbijs intra, & per totam ēt Ciuitatē Mut. non possit accipere vltra sol. duodecim a calēdis Aprilis vsq; ad calēdas Nouēb. a calendis vero Nouēb vsq; ad calendas Aprilis sol. xv. Pro quolibet aūt carreggio faciendo a portu Mut. pro quibuscunq; alijs rebus in Ciuitatē, & ēt per totā ipsam ciuitatē sol. quatuor a dictis calendis Aprilis vsq; ad principiū Nouemb. & sol. v. a calendis Nouēb. vsq; ad principiū Aprilis accipere possint, & non vltra, & qui contrafecerit condemnetur pro qualibet vice in xx. sol. Mut. cuius pœnæ medietas sit denuntiantis, & alia medietas Cameræ applicetur, & credatur iuramento soluentis cum vno teste. Et cogantur ad carreggiandum pro dictis mercedibus consueti carreggiatores sub pœna supradicta applican. vt supra.

¶ Quod

¶Quod Bubulcus non vadat ſuper plauſtro. RVB. LXXXXIX.

NVllus Bubulcus vadat per Ciuitatem ſuper plauſtro,& ſi iuerit ſoluat ſol. quinq; pro qualibet vice,& teneatur ire ante boues per Ciuitatem tenendo manum ad temonem ſub dicta pœna Cameræ Ducali applican. pro dimidia,inuentori vero pro alia dimidia.

¶Quod plauſtra non conducantur in plateam. RVB. C.

NVllus poſſit conducere plauſtra aliqua in plateam communis Mut.abſq; licentia D. Iudicis victualium ſub pœna ſold.v.pro qualibet vice,& quolibet contrafaciente,cuius medietas ſit inuentoris,& alia medietas Cameræ.

¶De non currendo cum equo per Ciuitatem. RVB. CI.

QVia multoties ex curſu equorum compertum eſt aliquos,& maxime pueros fuiſſe oppreſſos,& enecatos,propterea ſtatutum eſt quòd nullus poſſit currere per Ciuitatem Mut.cum equo,niſi faciendo monſtram cauſa vendẽdi,& niſi cucurrerit prope faſcinas ſub pœna ſol.xx.pro quolibet,& qualibet vice applicanda,vt in præcedenti ſtatuto.

¶De vecturis equorum. RVB. CII.

NEmo accipere poſſit pro vectura equi,ſeu muli vltra ſold.x. pro prima die, pro alijs vero diebus quotquot fuerint pro quolibet die vltra ſol.octo ẽt ſi plus fuerit ei promiſſum,& ẽt a ſponte dantibus ſub pœna libr. trium pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice applican.pro dimidio accuſatori, & pro alio dimidio Cam & vlterius vecturam amittat,quæ,ſi ſoluta fuerit,repeti poſſit p ſoluentẽ.Et ſi occurreret quòd conductor teneret equũ per xx. dies continuos ſoluat vecturã ad rationẽ ſupraſcriptã pro diebus viginti,& ſit in eius electione,ſi tenuerit vltra dictũ tẽpus,ſoluere æſtimationẽ equi ſeu muli, & vecturas xx dierum prædictorum in rationem prædictam, pro vecturis vero decurſis poſt dictum tempus xx.dierum,ſi voluerit ſoluere æſtimationem prædictam minime quidem teneatur ad vecturas,nec ad eas cogi poſſit,ne contingat vnũ teneri pro vecturis vltra æſtimationem equi, & præſenti ſtatutõ renuntiare non poſſit etiam cum iuramento, quod ſi interuenerit ſimulatum, & dolo extortum præſumatur virtute præſentis ſtatuti.

¶De Mareſcalchis,& eorum mercede. RVB. CIII.

MAreſcalchi habeant,& percipere poſſint ad plus pro ferratura pedis vnius ronzini,vel muli cum omnibus neceſſarijs ad ferrandum vnum pedẽ ſoldos duos,pro ferratura vero pedis vnius equi,qui vulgo dicitur piarto, ſoldos duos cum dimidio, pro ferratura vnius dextrerij ſol.tres pro quolibet pede cũ omnibus neceſſarijs.Pro remettitura vero ronzini,equi piarto,vel dextrerij accipere poſſint tertiam partem eius,quod ſupra taxatum eſt.Pro ferratura autẽ bouis pro ſingulo boue abſq; ramponis ſol.quatuor,& cũ ramponis ſol quinq;, & pro remettitura bouis pro ſingulo pede ſoldum unum, & duos quatrinos, & ſi quis contrafecerit puniatur in viginti ſold.Mutinæ pro quolibet, & qualibet vice,qua contrafecerit,& quilibet poſſit accuſare,& denuntiare, & habeat medietatẽ pœnæ,& credatur eius ſacramento cum vno teſte, & alia medietas ſit Cameræ. Et ipſi mareſcalchi equorum,& boum,vel aliorum animalium teneantur habere conchas,in quibus cadat ſanguis animalium cum ſalaſſantur,

& talem ſanguinem in canale proijciant ſub pœna ſoldorum uiginti pro quolibet contrafaciẽte, & pro qualibet uice. Prohibentes quod de cætero nullus mareſcalchus in die Sancti Stephani ſalaſſare audeat, uel præſumat aliquas beſtias ſub pœna ſol. uiginti ab eis auferenda, & applicanda pro dimidia Cameræ Ducali, & pro alia accuſanti. Teneantur etiam dicti mareſcalchi habere porticum ſuarum apothecarum ſalegatum de lapidibus coctis pro quanto capit dicta apotheca ſub pœna ſupradicta applicanda, ut ſupra.

¶ De Candelis, uel Duplerijs de cera. RVB. CIIII.

STatuimus quod nullus aromatarius, neq; alia perſona terrigena, uel forenſis de cætero audeat, uel præſumat facere, uel fieri facere aliquas candelas, ſeu dupleria de cera alba, ſeu rubea, niſi factæ, ſeu facta fuerint de bona, & nitida cera ſine aliquo mancamento, uel immiſtione alicuius alterius maneriei, ac de ſtupino boni bombicis tantum, & non de filo in totum, uel in aliqua etiam minima parte , nec in cera ipſa immiſcere aliquod non immiſcendum, ſub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum librarum quinque pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice applicanda pro dimidia Cameræ Ducali, & pro alia dimidia accuſatori, ſeu inuentori.

¶ De Candelis de Sepo RVB. CV.

NVlla perſona poſſit facere, uel fieri facere cauſa uendendi aliquas candelas de ſepo niſi cum bono, & nouo ſtupino a bombice tantum, & de bono ſepo non immiſcendo aliquam graſſiam aliam ſub pœna prædicta applicã. ut ſupra, & expulſionis de arte. Et teneantur, & obligati ſint tenere ſemper, & continue palam, & in publico decem libras candelarum de ſepo, quæ ſint eiuſdem qualitatis, & dare unicuiq; emere uolenti. Pretium autem dictarum candelarum pro qualibet libra ſit & eſſe debeat ſoldorum duorum, & unius quadrantis, & non ultra accipere poſſit etiam a ſponte dare uolentibus. Et ſimiliter teneantur facere dicti candelarij candelas ad ſufficientiam pro uſu Ciuitatis ad arbitrium. D. Iudicis uictualium, & prædicti etiam teneantur iurare in manibus dicti. D. Iudicis de obſeruando, & obſeruari faciendo ſupraſcripta omnia ſub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum ſoldorum decem pro quolibet, & qualibet uice applican. ut ſupra. Et. D. Iudex uictualium teneatur facere diligentem inquiſitionem de prædictis, & pro quolibet iuramento habeat notarius ſol. duos ab ipſo iurante.

¶ De non faciendo aliquam artem, uel mercatum, uel aliquam turpitudinem in Eccleſia, uel prope Eccleſiam Cathedralem. RVB. CVI.

PRohibemus aliquam artem exerceri poſſe in ſacrato Eccleſiæ maioris, nec aliquem mercatum fieri poſſe in eo, uel in Eccleſia, & minus aliquam turpitudinem circa Eccleſiam ſub pœna uiginti ſoldorum applicandorum ipſi maiori Eccleſiæ. Et ſi aliquid fiat uerbo, uel facto per aliquam perſonam in dicta Eccleſia quod ſit turpe, uel inhoneſtum, uel non conueniens cultui diuino, Poteſtas, uel D. Iudex uictualium eis occurere debeat eos plectendo arbitrio ſuo inſpecta conditione perſonarum, & delicti qualitate

¶ De Pellibus non ſquaſſandis per Pelliparios. RVB. CVII

PRohibemus quod Pelliparij poſſint, aut ualeant ſquaſſare, battere, ſeu percutere

cutere causa squassandi pelles,vel pelliccias in Ciuitate Mutinæ, & in quacūq; parte Ciuitatis,nisi intra domos proprias,vel extra domum pulsatis ,seu sonatis duabus horis noctis vsq; ad campanam pro Aue Maria diei sub pœna soldorum triginta pro qualibet vice applican.pro dimidio Cameræ,& pro alio dimidio inuentori,seu accusatori.

¶ De non tenendo,vel battendo culcitras in platea.

RVB. CVIII.

STatuimus quòd nullus stationarius,vel reuenditor, vel alius quiuis audeat, vel præsumat battere,vel tenere in platea Communis Mut. nec in sacrato Sancti Geminiani iuxta plateam aliquam culcitram,vel plumaceum , vel aliquas pennas de oca,vel gallina sub pœna amissionis dictarum pennarum,culcitrarum,vel plumaceorum.

¶ De Calceolarijs. RVB. CVIIII.

VOlumus Massarios Calceolariorum debere iurare in manibus D. Iudicis victualium in calendis Ianuarij de exercendo & exerceri faciendo per se, & alios de dicta arte fideliter,& legaliter ipsam artem,seu exercitium suum & de obseruando statuta,& ordinamēta Ciuitatis Mut.& maxime D.Iudicis victualium loquentia de eorum arte,& pro dicto iuramento soluant notario Iudicis victualium sol.duos Mut.& quòd ipsi Massarij condemnabunt , & condemnationes facient de omnibus contrafacientibus.

¶ De scarpis,& alijs calceamentis. RVB. CX.

TEneantur Calceolarij Ciuitatis Mut.facere,seu fieri facere scarpas, & alia calceamenta,seu laboreria sua de bono coramiue,& non marcido, vel magagnato,& quòd sit bene adaptatum,& bene vt dicitur adobatum,& quòd coramen,cum quo facient aliqua calceamenta,debeat esse adaptatum , & bene conciatum tota perfectione sua per menses sex,antequam dictum coramē ponatur in opere,vel ex eo faciant calceamenta. Et non possint facere soleas de fianchis,nec de spatolarijs,sed tantummodo de schenis boum , & vachetarum tantum,& non de coraminibus aliarum bestiarum sub pœna in prædictis , & quolibet prædictorum librarum trium pro qualibet vice,& pro quolibet contrafaciente applicā.pro dimidio accusatori,vel inuentori , & pro alio dimidio Cameræ Ducali.Et Dominus Iudex victualium debeat quolibet mense perquirere per apothecas calceolariorum , si in eorum apothecis habeant laboreria contra formam præsentis statuti,vel aliter non bona ad arbitrium boni viri, & possit punire,& condemnare quoscunq; committentes fraudes in dicto exercitio,& incidere,& comburere,seu comburi facere coramina , & laboreria non bona arbitrio suo.

¶ De Chartularijs,& eorum laborerijs. RVB. CXI.

STatuimus quòd nullus chartularius seu pellacanus possit facere societatem cum aliquo calceolario , nec econtra,nec aliquis chartularius possit exercere artem chartulariæ,& calceolariæ vno,& eodē tempore , nec calceolarius artem calceolariæ,& chartulariæ eodem tempore , nec possit aliquis chartularius aliquod coramen tingere,vel vngere nisi sit prius adobatum, & cuscitum, nec possit in concerijs coraminum vel alia materia,vel concerio , nisi vallania,

& fo-

& folia ſubpœna librarum quinque applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio inuentori, vel accuſatori. Et D. Iudex victualium teneatur ſaltem ſemel in menſe vna cum Maſſario ipſius artis, ſi ſibi videbitur, & etiam ſine, perquirere an fiat fraus aliqua in dictis conceriis, & contrafiat præſenti ſtatuto, & aliis ſtatutis artis prædictæ. Et non poſſit eſſe Maſſarius aliquis dictæ artis, qui exerceat mercaturam coraminis, & qui manibus propriis non adaptet coramina, & ſi aliter facta fuerit electio dicti Maſſarij ipſo iure non valeat.

¶ De animalibus non excoriandis ſuper foueis, nec aliis locis publicis. RVB. CXII.

STatutum eſt quod nullus excoriet cadauera aliquarum beſtiarum ſuper foueis, nec in aliis locis publicis Ciuitatis Mutinæ, nec proiiciat carnes, uel aliquid aliud in dictis locis publicis, vel alibi, ex quo poſſit generari in publico fœtor, & qui contrafecerit incurrat in pœnam ſoldorum quadraginta applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio accuſatori.

¶ De non proiiciendo aliquid in ſtratis publicis. RVB. CXIII.

STatuimus, & ordinamus quod nulla perſona de die, vel de nocte audeat, vel præſumat proiicere aquam, vel aliquid aliud turpe in aliquam ſtratam publicam Ciuitatis Mut. ſub pœna ſol decem pro qualibet vice applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio inuentori. Ad cuius pœnæ ſolutionē teneatur paterfamilias illius habitationis, ex qua facta fuit illa proiectio, uel deiectio, & credatur ſacramento accuſantis, ſeu inuentoris, cum uno teſte, & quilibet poſſit accuſare, vel denuntiare. Et ſi facta deiectione, vel effuſione aliquis læſus fuerit incontinenti condemnetur ad emēdationem damni ipſi effundens, vel deiiciens, & in libris duabus applican. Cameræ.

¶ De non lauādo pro Tinctores in canali Claro ante nonas. RVR. CXIIII.

STatuimus quod Tinctores non poſſint, nec debeant lauare pannos, lanas, telas, ſericeum, filum, nec genus alicuius rei tinctæ, in canali Claro ante nonas pulſatas, & minus ante dictum tempus poſſint euacuare calderias, & tinas ſuas, & ex eis euacuatum proiicere in dictum canale ad effectum, vt ciues poſſint in dicto canali lauare bucatas ſuas, & non impediantur propter aquas tinctas per ipſos tinctores. Et ſi quis contrafecerit puniatur in ſol. viginti pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit applican. Cameræ Ducali pro dimidio, & D. Iudex uictualium pro alio dimidio.

¶ De canalibus cauandis, & terraceo exportando. RVB. CXV.

STatuimus quod omnia canalia extra Ciuitatem Mut. venientia, & labentia ad ipſam Ciuitatem debeant per dominos molendinorum, ſeu eorum conductores in ſolidum cauari, & remundari. & reparari iuxta ſolitum eorum ſumptibus, & expenſis, & ad id cogi poſſint, & debeāt per. D. Iudicem victualium captis pignoribus, & mulcta indicta vſq; in libras tres, quarum dimidium applicetur Cameræ Ducali, & aliud dimidium applicetur ipſi D. Iudici. Et dicta reparatio, & cauamentū dictorū canaliū fiat, & fieri debeat ad modū altitudinis, & baſſitudinis locorū ita vt aquæ ipſæ labentes p dicta canalia, non noceant, vel nocere valeāt agris, fundis, prædijs, aut vijs publicis, ſed contineātur aquæ intra lectos ipſorū canaliū. Intra vero Ciuitat. Mut. teneantur ſimiliter ipſi Dñi molen-

molendinorum,& conductores in ſolidum dicta canalia cauare,reparare,& re mundare eorũ proprijs expenſis,& ſumptibus iuxta altitudinẽ,& baſſitudinẽ lo corũ,& ad proportionẽ eorũ,& iuxta morã,&ſignũ marmoreũ hoc modo videlicet,quòd dominus molendini vnius teneatur reparare,& cauare, & cauatũ, & reparatum tenere canale a ſuo molẽdino inferius vſq; ad aliud immediate ſequens molendinum,& ad id cogi poſſit,& valeat per D.Iudicem modo quo ſupra.Declarantes quòd vbi contigerit,vel opus ſit reparare,cauare, vel remũda re dicta canalia,ſi terraceum,quod ex dictis canalibus euacuatur, non poteſt alio deferri per operarios Dñi domorũ exiſtentium iuxta dicta canalia teneantur aperire domos prædictas,ſeu oſtia domorũ,vt in ipſis domibus dictũ terraceum,ſeu lutum poſſit deferri,ſeu proijci,& ad id domini, ſeu habitatores domorum cogi poſſint p̃ D.Iudicem ſub pœna prædicta. Declarãtes quòd terraceũ ſic euacuatum exportetur,& exportari debeat per ipſos Dños,ſeu habitatores domorũ in quibus proiectũ fuerit.Et ſimiliter Dñi,ſeu habitatores habẽtes domos iuxta dicta canalia ẽt mediãte via teneãtur ad dictã exportationẽ p̃ rata ſua,& pro quanto extendit ſe domus ſua ſuis ſumptibus proprijs,& non ipſius molinarij,vel domini,ſeu conductoris molendinorum Vbi aũt dictum terraceum,ſeu lutum fuerit delatũ in loca publica cinquãtinæ ipſæ,vel capellæ expenſis hominum teneantur ad dictã impenſam exportationis pro rata ſibi contingente,& pro quanto ſe extendit publicum.Et quæ dicta ſunt ſupra intelligãtur,& procedant ſaluis tamen diſpoſitis in ſtatuto De Canali claro, & in alijs ſtatutis.Prohibentes quòd nullus poſſit proijcere aliquod immundũ, trabẽ,faſces,vel aliã materiã in dictis canalibus ſub pœna prædicta applican.vt ſupra.

¶De plateolis diſgombrandis. RVB. CXVI.

DOminus Iudex victualium omnino, & omnibus iuris remedijs prouideat quòd omnes plateolæ,quæ vadũt de vna contrata in aliam contratam,ſint, & ſtare habeant apertæ,& ſine aliquo itinerantibus impedimento.Et quicunq; impediuerit,vel ingombrauerit,vel ingombrari fecerit aliquam plateolam,vel viazolum aliquo modo puniatur,& puniri debeat pœna libr. trium applicãda pro dimidio Ducali Cameræ,& pro alio dimidio denuntianti,ſeu accuſanti,& eo deficiente Domino Iudici,& nihilominus incontinenti cogatur tollere dicta impedimenta,& Iudex multum inquirere habeat in prædictis.

¶De Vinaceis non tenendis ſub porticu. RVB. CXVII.

QVia temporibus,quibus vina conficiuntur,vinacea extrahuntur ex tinacijs,& portantur,ſeu deferuntur ſub porticibus,vel vijs publicis in maximum dedecus Ciuitatis,quia iter impeditur,& muſcini intrant ora hominum, vel excæcant oculos,propterea ſtatuimus quòd aliquis non poſſit tenere,vel habere vinacea prædicta ſub porticibus prædictis,vel vijs publicis ſub pœna ſold. xx.applican.vt in præcedenti ſtatuto.

¶De lætamine ſgombrando. RVB. CXVIII.

STatuimus quòd lætamina,quæ de cætero fient in Ciuitate Mut.& exponentur in vijs publicis,vel porticibus debeant leuari, & conduci extra Ciuitatẽ Mut.p̃ dños lætaminũ intra x.dies continuos,ſi fuerint expoſita in dictis locis a fine mẽſis April,vſq;,& p̃ totũ menſẽ Octob.a dicto aũt mẽſe Octobr.vſq;.& per totum

totū mensē Aprilis ad arbitriū D. Iudicis victualiū sub pœna in prædictis libr. duarū monetæ Mut. applican. Cameræ Ducali ꝑ dimidia, & ꝑ alia dimidia ipsi D. Iudici, & nihilominus illico cogantur ipsi Dñi exportare dicta lætamina.

¶ De non tenendis impedimentis in vijs publicis, vel porticibus. RVB. CXIX.

STatuimus quòd viæ publicæ, & porticus sint, & esse debeant aperti, & ablq; aliquo impedimento transeuntibus de die, vel de nocte ita vt nec aliquod lignum, seu trabs sub porticibus teneri possit, & minus scaffæ aliquæ, per quas iter quoquo modo impediatur, vel via fiat angustior. Volumus enim quòd omnia de medio tollantur, & quod D. Iudex omni cū diligentia, & cura prouideat quòd porticus sint aperti continue, & continuato tempore, nec ibidem aliquid fiat, vel operetur ꝑ aliquos marangonos, fabros, vel alios operantes, per quod quoquo modo iter impediatur sub pœna contrafacienti libr. trium pro qualibet vice applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio denuntianti, & eo deficiente Domino Iudici, notarijs, & nuntio victualium.

¶ De vijs publicis non occupandis, vel anguſtandis. RVB. CXX.

NVllus occupet, aut anguſtet, vel claudat aliquā ſtratā, ſeu viā publicam, vel vicinalē, vel aliqua alia loca publica Coīs Mut. in totū, vel in partem, & qui contrafecerit ſoluat libr xx. pro qualibet vice applican. ꝑ dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio denuntiāti, & eo deficiēte D. Iudici victualiū, & nihilominus oīa reducantur in priſtinum ſtatum, & obſtacula remoueantur, & non currat aliqua præſcriptio ēt mille annorū Communi Mut. quin recupare poſſit rē, ſeu ſtratā, vel viam occupatam in totū, vel in partem. Et Capitanei cinquātinarū, & Maſſarij Villarum teneantur denuntiare contrafacientes Syndico Ill. Communitatis Ciuitatis Mut. ſeu D. Iudici victualium intra quinq; dies poſt attentationē occupationis, vel ipſam occupationē ſub pœna libr. v. applican. vt ſupra. Qui D. Iudex victualium ſtatim, & incontinenti intra biduum remoueri faciat, & in priſtinum ſtatum reduci rem occupatam, vel anguſtatam ſub illis pœnis prout ſibi videbitur procedendo manu regia, & ſi opus adhuc factum non erit prohibere quominus fiat ſub pœnis prædictis.

¶ De podiolis. RVB. CXXI.

STatuimus quòd oēs, & ſinguli poſſint, & valeāt in qualibet parte, ſeu contrata Ciuitatis Mut. quocunq; nomine cenſeatur, fabricare, ſeu fabricari facere de & ſuper ſtratis, & vijs publicis quoſlibet podiolos, ſeu porticalia tendentia ab vna domo propria ipſius ædificantis ad aliam domum ex oppoſito ſimiliter propriam ipſius ædificantis abſq; aliqua vicinorum contradictione, vel officialium prohibitione, & intereſſe etiam publico non attento, præterquam ſup via Claudia, rua magna, canali Claro, & Magno, contrata plopæ, & rua muri, in quibus locis prohibemus fieri, ſeu ædificari poſſe quoquo modo dictos podiolos etiam valde altos, ſeu ſublimes, niſi tamen in dictis locis, ſeu contratis vel earum aliqua de præſenti adeſſe reperirentur aliqui ex dictis podiolis, tali enim caſu volumus eos ſic remanere, & reparari poſſe.

podiolos Hoc ſtatutum valet, et corrigit ius cōmune ut notat flor. de S. Petro in l. ult. in prin. n. i. et 2. ff. de ſeruitut.

¶ De Clauſendis domorum. RVB. CXXII.

PRohibemus clauſendas domorum, ſeu in domibus verſus vicinum, vel publicum poſſe, vel debere fieri de milicarijs, palea, vel arellis, vel alia ſimili

mili materia,sed tantum de lapidibus bene coctis, sub pœna operis destruēdi, & reficiendi,& libr.trium,& minus arbitrio D. Iudicis applican. pro dimidio Cameræ Ducali,& pro alio dimidio accusatori.

¶De columbis non capiendis,& trapola non tenenda. RVB. CXXIII.

PRohibemus colūbos aliquos capi posse,vel debere in Ciuitate, vel districtu Mut.ab aliqua persona habente,seu non habente columbariam,& vt tollatur occasio capiendi columbos prohibemus trapolam, seu retia aliqua ad columbos capiendos teneri posse per aliquos triganerios, vel aliquas alias personas in Ciuitate,vel districtu Mut.cum fune,vel corda,& qui in prædictis contrafecerit puniatur in libr.v.p qualibet vice applican.pro dimidio Ducali Cameræ,& pro alio dimidio inuentori.Et præsumatur cœpisse columbos, qui eos habuerit in domibus suis,vel columbarijs,& D.Iudex prouidere habeat,& punire eos omnes,qui tenent,vel habent dictas trapolas,vel retia in prædicta pœna ad effectum,vt columbi possint libere volare,& reuolare,& vt redditus ipsorum columborum crescat in ciuitate,& districtu Mutinæ. Et similiter teneri non possit per aliquos terra salata super tegulis ad columbos capiendos,vt præsumitur,sub pœna prædicta applican.vt supra.

¶De laborerijs non faciendis tempore messium, & vindemiarum. RVB. CXXIIII.

COmmunia,& homines villarum,& districtus Mut.non compellantur, nec compelli possint per Prætorem, vel aliquem Iudicem aquarum desubtus, vel desuper ad laboreria stratarum,aggerum,cauamentorum, vel ad aliquod aliud laborerium tempore feriarum messium, & vindemiarum nisi magna vrgēte necessitate arbitrio Illust. DD. Conseruatorū non obstante aliquo statuto vel consuetudine in contrarium faciente.

¶De Veneratione Veneris Sancti. RVB. CXXV.

AD reuerentiam D.N.Iesu Christi statuimus quòd nulla persona in Ciuitate,vel suburbijs in die Veneris Sancti,vsq; ad horam nonam audeat,vel præsumat in publico laborare,nec apothecā aliquam apertam tenere, sed ipsā diē vsq;ad horam nonam prædictā vti festum solemne celebrare, & obseruare sub pœna sol.x.applican.pauperibus Christi.

¶De festis obseruandis. RVB. CXXVI.

DOminus Iudex victualium obseruari faciat per omnes operarios, artifices habentes,vel non habentes stationes in Ciuitate Mutinæ omnes, & singulos dies festos ex præcepto S.Matris Ecclesiæ,vel Domini Episcopi, in quibus generaliter p omnes cessatur ab opere,seu laborerio sub pœna libr.trium a quolibet,& p qualibet vice auferenda, & applicanda p dimidio mulieribus Conuertitis,& p alio dimidio pauperibus verecundis exceptis tamen aromatarijs, quibus sit licitum tenere duas eorum apothecas apertas iuxta eorum morem, & consuetudinem vsq;,& post vesperas. Quibus finitis liceat postea omnibus suas apothecas apertas tenere modo solito,& vendere in eorum apothecis, & exceptis his,qui habitant cum tota familia in aliquibus stationibus non habentibus aditum ex alio loco,quam ex apotheca,quibus sit licitum aperire ostium apothecæ tantum pro dicto aditu,& exceptis cauponibus, qui tenere valeant

aperta

aperta eorũ hoſpitia. In alijs vero quibuſcunq; diebus ẽt ſi eſſent feſtæ Iudicis dicti operarij, & artifices tenere poſſint eorum apothecas apertas ad totã ſcaffam vel dimidiã ſcaffam prout ipſis libuerit, & in eis laborare, vendere, & emere abſq; metu alicuius pœnæ etiam exiſtente tota ſcaffa, ſeu oſtio aperto non obſtãtibus dictis feſtis, quæ vocãtur le feſte del Giudice quas feſtas in totũ tollimus, & abolemus, cum parum ſit laborare ad mediã ſcaffam, vel ad totam ſcaffam.

¶ De banchis, & diſchis non tenendis ante apothecas. RVB. CXXVII.

STatuimus, & ordinamus nemini licere habere, vel tenere ante ſtationes, vel apothecas in Ciuitate Mut. exiſtentes diſcum, vel bancham, vel ſcaffam, aut aliud obſtaculum protendentes, ſeu protendens ſe verſus ſtratam, ſeu porticũ vltra ſpatium brachiorum duorum ad plus, & minus etiam arbitrio D. Iudicis ſub pœna ſol. viginti applican. Cameræ Ducali pro dimidio, & pro alio dimidio inuentori, & amiſſionis banchæ, ſeu alterius obſtaculi pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum.

¶ De ſtratis ſalegandis. RVB. CXXVIII.

ORdinamus ad vtilitatem publicam quòd D. Iudex victualium debeat, & teneatur manutenere Ciuitatem Mut. bene ſalegatam, & vbi ſit opus refectione teneatur reſalegare facere, ad quam ſalegationem, ſeu reſalegationem compellere teneatur omnes, & quoſcunq; ciues, & alios ad quos ſalegare ſtratas ſpectat iuxta formam ſtatuti ſub Rub. Qui teneantur ad impenſas pontium, ſtratarum, canalectarum, manu regia, & de facto, ſub pœna ſold. xx. & minus arbitrio ſuo imponenda contrafacientibus, ſeu inobedientibus. Et D. Iudex diligẽtiam, ac curam præſtare teneatur quòd omnino talia exequantur pro decore ciuitatis, & vtilitate habitantium in ea, ſub pœna ipſi Iudici libr. x. applican. in totum Cameræ Ducali. Et quòd omnes ſtratæ Ciuitatis, & burgorum ſint liuellatæ tali modo, quòd dictæ ſtratæ maneant magis baſſæ, quam porticus, & dictæ ſtratæ habeant liuellum, vt poſſint ſcolari ad loca conſueta, vt ipſa Ciuitas, & burgi ſtent purgati. Et quilibet debeat alzare, cauare, & abbaſſare dictas ſtratas prout oportuerit, & ita ſimiliter cauare, & extollere porticus dictæ ciuitatis & burgorum ſecundum liuellum deſignatum per ipſum D. Iudicem victualiũ, vel deputandos per eum, vel Dominos Conſeruatores ſub pœnis, & mulctis ab ipſo Iudice imponendis.

¶ De ſtratis publicis exeuntibus infra circas Ciuitatis Mut. glareandis. RVB. CXXVIIII.

TEneatur Iudex victualium ſub vinculo iuramenti aſſumpti in principio ſui officij ſub pœna librarum vigintiquinq; ſibi auferen. in ſuo ſyndicatu, & applican. pro dimidio Fiſco Domini, & pro alio dimidio Sororibus Corporis Chriſti ſingulis quibuſq; annis curare cum effectu, quòd vna ſaltem via, ſeu ſtrata exiſtens infra circas prædictas glareetur, & glarea ſalegetur, & ſalegari debeat quantum capit circa illius viæ, ſeu ſtratæ, videlicet quantum ſe extendit ſua iuriſdictio. Et omnino facere quòd foſſata, quæ ſunt a latere talis viæ bene cauentur, & via extollatur, ſeu alzetur, & poſtea ſupra imponatur glarea ita quod tempore hyemali poſſit iri ſuper huiuſmodi ſtratis commode cum bobus, plauſtris, equis, & equitantibus. Et ad prædicta facienda cogere debeat omnes, &

quoſcunq; exemptos,& non exemptos mulctando, & cogendo ſingulos ſub illis pœnis,& mulctis,quæ ſibi expedientes videbuntur,& omnes villæ teneantur conferre pro ſtratis,quibus eunt quando veniunt ad Ciuitatem,& etiam laborantes cum brachijs,& tales viæ ſint,& manuteneantur latitudinis ad minus brachiorum vigintiduorum,auferentes omnia obſtacula,& impedimenta. Ad ſtratam autem Claudiam conferre teneantur omnes, & ſingulæ villæ indiſtincte ſiue vtantur tali ſtrata,ſeu via,vel non. Et ipſis vijs glareatis, & leuatis vt ſupra teneatur Iudex ipſe curare cum effectu quòd ſic ſtratæ ipſæ glareatæ manuteneantur,& conſeruentur glareando de anno in annum,vbi opus fuerit, vel neceſſarium. Et hoc ſtatutum teneatur ipſe D. Iudex obſeruare, & obſeruari facere ſub pœna prædicta applican. vt ſupra.

¶ De pontibus faciendis,& quorum expenſis. RVB. CXXX.

STatuimus,& ordinamus quòd Iudex victualiũ,& alij Iudices aquarũ teneantur ſingulis quibuſlibet annis diligentiam,& curam adhibere vt pontes, qui expediẽtes fuerint ſuper ſtratis publicis fiãt,& fieri debeãt de lapidibus, & calce,& non de ligno,& facti manuteneãtur ſub pœna libr. xxv. a quolibet contrafaciente auferenda,& Cameræ Ducali pro dimidio applicanda, & pro alio dimidio pauperibus verecundis. Et ad ſtratæ Claudiæ pontes', ſeu regales teneatur expenſis ſuis III. Communitas Mut tantum,ad alios vero pontes, ſi fuerint in ciuitate,teneantur ſuis expenſis cinquantinæ ſeu habitantes in cinquãtinis, in quibus pontes fieri,ſeu reparari contigerit. Pontes vero extra Ciuitatẽ fiant, ſeu fieri,& reparari debeant per illos homines,& villas,per quos, ſeu quas ſolitum eſt dictos pontes fieri,vel reparari. Inſuper etiam teneantur Iudices ipſi, & quilibet ipſorum reſpectiue talia obſeruare facere,& adimplere,& obſeruari facere ad requiſitionem cuiuſlibet ciuis,vel diſtrictualis ſub pœna prædicta, vt ſupra applicanda. Et ad hæc omnia, & ſingula poſſint ipſi Iudices omnes,& ſingulos exemptos,vel non exemptos compellere ſub illis pœnis, & mulctis, quæ ſibi expedientes videbuntur.

¶ De vijs conſeruandis. RVB. CXXXI.

NVlla perſona poſſit aliquam viam publicam aſtringere, vel in ipſa aliquod impedimentum,vel obſtaculum ponere, vel facere ſub pœna infraſcripta. Et ſimiliter non poſſint dictam viam publicam ſcauezare, ſeu intercidere etiá ad finem irrigãdi,niſi prius ibi fecerint pontem lapideum latitudinis ad minus brachiorum octo ſub pœna librarum decem applicanda pro dimidio accuſatori,vel inuentori,& pro alio dimidio Cameræ Ducali, & vlterius cuilibet licitum ſit ipſam inciſionem atterrare. Inſuper etiam Iudex poſſit, & valeat talem contrafacientem compellere vltra pœnã prædictam ad faciendũ talem pontẽ, & ſeu ad reducendum viam ipſam ad priſtinum ſtatum, & qualitatem.

¶ Qui teneantur ad impenſas pontium,ſtratarum fontium,& canalectarum huiuſmodi. RVB. CXXXII.

QVia ſæpiſſime eſt alias dubitatum,& altercatum, quorũ expenſis pontes, ſtratæ publicæ,fontes publici,& huiuſmodi fieri conſtrui, reſtaurari, ſeu refici debeãt,ad tollendas huiuſmodi dubitationes,quæ ẽt in poſterũ oriri poſſent,ſtatuimus quòd oía,& ſingula onera,& grauamina, quæ in poſterum imponi

poni contigerit ratione alicuius operis faciendi in aliqua cinquantina, vel burgis Ciuitatis Mutinæ. Et si quidem dictum opus sit tale, quòd respiciat utilitatē perpetuam, seu sit longo tempore duraturū, ut pontē facere, seu reparare, fontes construere, seu restaurare, stratas salegare, seu reficere, canalectas euacuare & alia huiusmodi, tunc impensa huiusmodi operis faciendi fiat, & fieri debeat per dominos, & patronos domorū, & casamentorū existentium in cinquantina, uel burgo in qua, seu quo fiat, uel fieri contingat huiusmodi opus, & non p habitatores in dicta cinquantina, vel burgis ad pensionem. Si vero opus faciendum respiciat vtilitatem momētaneam, & breui tempore duraturam, vt scopare stratam, conferre ad annales præstationes ecclesiarum, & alia huiusmodi, impensa dicti operis faciendi fiat, & subeatur per habitantes ad pensionem in dicta cinquantina, vel burgis, in quo, seu qua occurerret tale opus. At si fuerit collecta, vel impostа ordinaria, seu extraordinaria, quæ obueniat ex alia causa, quam operis faciendi, puta pro mutuo aliquo faciendo Communitati, tunc huiusmodi impostа, seu collecta subeatur per habitatores etiam ad pensionem in dicta cinquantina, uel burgo, in qua seu quo tempore collectæ impositæ habitabunt, & in dicta cinquantina, uel burgo intelligantur, & censeantur appræhensi, & descripti ad prædicta. Declarantes quod si in eadem domo habitaret aliqua persona, quæ alias faceret per se familiam sed aliqua ratione habitaret in eadem domo, ut est pupillus, qui in domo tutoris, uel gubernatoris habitaret, licet non faciat familiam separatam, tunc quoad prædicta habeātur pro pluribus habitantibus. Volentes etiā, & statuentes quod impensa ipsa, quæ venit describenda ut supra ratione alicuius operis, distribuatur, ac taxa fiat per D. Iudicem victualiū, & duos eligendos per homines dictæ cinquātinæ, vel eorum maiorem partem iuxta facultates ipsorum de dict.s cinquantina, vel burgis, & a taxatione prædictorū appellari non possit, & minus peti possit, vt taxa emendetur, vel corrigatur aliqua ratione, vel causa, vel vt dictū opus faciēdū ponatur ad incantum, vt in stat. sub Rub. de andronis, & canalectis cauandis.

¶ De Fontibus, & Puteis manutenendis. RVB. CXXXIII.

CVm circa refectionem, reparationem, & remundationem Fontium, & Puteorum Ciuitatis Mut. multæ orirentur differētiæ, altercātiones, contentiones, ac rixæ, adeo quod ob ipsas contētiones oēs fontes, & putei dictæ Ciuitatis reducentur inutiles, nisi sup prædictis ꝓuideatur, maxime cū super ipsorū fontiū, & puteorū refectione, reparatione, ac remūdatione nulla clara appareat ꝓuisio. Iccirco volentes, rixas, altercationes, contētiones, & contradictiones, quæ ꝓ prædictis, & prædictorū occasione in futurū oriri possent, remouere, & resecare declaramus quòd oēs ꝓsonæ tā ciues, q̄ forenses, & comitatini cuiuscūq; conditionis fuerint, habētes, & quæ in futurū habebūt in ciuitate Mut. aliquas domos, siue tegetes conferre teneāt, & soluere, ac refectionē, reparationē, reaptationē, & remundationē illius fontis, vel putei, cui magis erit ꝓpinqua domus, vel teges, mensurando cū pertica, seu cū filo ab hostio anteriori domus, vel tegetis, eundo ꝓ rectā viā & commodiorē vsq; ad fontē, vel puteū, q reaptaretur, repararetur, vel remūdaretur. Et si esset aliqua ꝓsona, quæ haberet plures domos, siue tegetes sic magis propinquas fonti, vel puteo reaptando, vel cui pro

prædictis aliqua fieret expensa, pro vna quaq; domo, & tegete conferre teneatur, & soluere, & cogi possit nulla contradictione obstante. Si vero aliqua persona, quæ haberet domũ, in qua habitaret a latere anteriori, magis propinquam vni fonti, vel puteo, & a parte posteriori haberet tegetẽ, vel stabulum, siue alĩ domum contiguã, & affixã suæ domui anteriori, in qua teneret bestias, & magis esset propinqua alteri fonti, siue puteo, quam esset domus anterior, quòd conferre teneatur, & soluere debeat pro domo anteriori expensis occurrẽtibus fonti, vel puteo, cui magis ꝑpinquior erit a latere anteriori, & ꝑ tegete, stabulo, siue domo posteriori ad vsum bestiarum deputatis alteri fonti, vel puteo, cui magis proximus erit a latere posteriori, mensurando ab ostio tegetis, siue stabuli, & eundo ꝑ viam rectam vsq; ad fontẽ, vel puteum, qui reficeretur, repararetur, vel remundaretur. Si autẽ aliqua persona emeret post publicationem præsẽtis prouisionis, & declarationis in ciuitate Mut. vnam domum, vel plures contiguas domui suæ habitationis, quæ domus emptæ essent magis proximæ fonti, siue puteo, quam esset domus habitationis emptoris, videlicet quod domus emptoris magis esset proxima alteti fonti vel puteo, quam esset domus empta, & de omnibus faceret, seu fieret vna domus, quòd ꝑ vna sola domo tm̃ soluere, & conferre teneatur, & debeat fonti, vel puteo magis ꝑpinquo, mensurãdo vt supra. Si autem sic diuisas teneret, & in vna quaq; domo haberet scalã, vel aliter ipsam, vel ipsas non deuastaret, tunc conferre teneatur, & debeat ad expensas faciendas, & occurrendas fonti, vel puteo, cui ante emptionem factam tenebãtur domini domorum venditarum, & quod dictum est de domibus, idem intelligatur etiam de tegetibus, & stabulis. Si vero aliqua persona de vna domo duas faceret, vel plures, ita quòd ĩ vna quaq; domo possit habitari de ꝑ se, & vna ipsarũ domorũ esset magis proxima vni fonti, vel puteo, quòd ꝑ vna quaq; domo conferre, & soluere teneatur, & debeat fonti, vel puteo, cui magis proxima erit domus, mensurando vt supra. Et quòd Iudex victualium ciuitatis Mut. qui pro tempore erit singulo anno teneatur, & debeat reaptare, remũdare, & reparare fontes, & puteos, q reparatione, & remundatione indigebunt expẽsis illorũ, qui ex forma prouisionis præsentis obligati apparebunt. Pro quibus omnibus exequendis, & executioni mandandis capitaneus cinquantinæ, in qua fuerit fons, siue puteus reparandus, reficiendus, remundandus, aut reaptandus ad requisitionem Iudicis prædicti teneatur, & debeat eligere tres bonos viros ad contributionem, & solutionẽ expensarũ faciendarum fonti, siue puteo reaptando, reficiendo, vel remũdando obligatos, qui dictum fontem reparari, reaptari, & remundari faciant expensis omnium ad expensas obligatorum, & expensas factas & occurrendas prædictorum occasione videre, diuidere, examinare, & imponere habeant, & ipsas exigere prout & secundum quòd ipsis electis videbitur. Et quòd dictus D. Iudex teneatur, possit, & debeat ad petitionẽ eorũ qui electi fuerint ad reaptãdum, reficiendũ, vel remundãdum aliquẽ fontẽ, vel puteũ, cogere & grauare realiter, & personaliter omni exceptione remota, ẽt nulla data dilatione quãlibet personã soluere recusantẽ ratã sibi tangentem, & impositã per electos sub pœna lib. quinq; ab ipso Iudice de facto auferenda, si prædicta executioni mandare neglexerit, vel omiserit, cuius pœnæ medietas applicetur

cameræ Ducali,& alia medietas cameræ communis Mut. Declarantes fontes, & puteos, de quibus ſupradicta prouiſio loquitur, eſſe infraſcriptos tantum,& ſi qui alij reperirentur de præſenti, de quibus non ſit facta mentio ſpecialis, habeantur pro non exiſtentibus in rerum natura,& primo videlicet.

Fons poſitus in cinquantina Pompoſiæ in contrata dicta la Cerca iuxta ripã canalis Circæ ab vno, viam communem, ſeu contratæ.

Et alius fons in dicta cinquantina,& contrata verſus S. Marcum iuxta faſcinas, ſeu terraleum ciuitatis mediante canalecta,& viam contratæ.

Et alius fons in dicta cinquantina in contrata Maraldi magni iuxta viã, ſeu ſtratam contratæ,& viazolũ p quẽ itur ad aliam contratã dictã Maraldi parui.

Et alius fons in dicta cinquantina Pompoſiæ,& in contrata nuncupata contrata Pompoſiæ,& circa medium dictæ contratæ, confinat via contratæ, viazolus,& quædam cloaca, ſeu canalecta.

Alius fons in cinquantina Ganaceti exiſtens inter contratam S. Michaelis, & contratam Ganaceti nuncupatus la budriana iuxta dictas contratas.

Alius fons in cinquantina S. Michaelis ſup ſtrata Claudia iuxta ſacratũ S. Michaelis, ſtratam Claudiam,& ſtratam contratæ, vulgariter nuncupatus la fontana di S. Michele.

Et alius fons in eadẽ cinquãtina,& in contrata S. Michaelis circa mediũ prædictæ contratæ iuxta ſtratã contratæ,& viazolũ, p quẽ itur ĩ contratã Ganaceti.

Et alius fons in eadem cinquantina in contrata appellata la contrada guarda porci, iuxta viam, ſtratam contratæ,& canalectam.

Alius fons in cinquantina S. Agathæ in contrata poſt eccleſiã S. Agathæ prædictæ iuxta ſtratã contratæ, & viazolum ſtrictũ circa medium dictæ contratæ.

Alius fons in cinquantina Blaſij nuncupatus la fontana d'Abyſſo iuxta flumen Circæ, & canale Abyſſi,& viam communis.

Alius fons in cinquantina S. Georgij nuncupatus la fontana raſa iuxta circũ circa vias publicas.

Alius fons in cinquãtina ruæ magnæ in contrata p quã itur a dicto fonte raſo recto tramite ad eccleſiam S. Margaritæ iuxta vias publicas a duobus.

Alius fons in cinquantina S. Laurentij inter contratam S. Margaritæ, & aliã contratam a ſero,& iuxta canale Modonellæ.

Et fons, ſeu puteus in cinquantina S. Syluestri in plateale S. Ioann. Baptiſtæ de Cantono, qui alias dicebatur puteus magnus.

Et alius fons in cinquantina prædicta S Syluestri nuncupatus la fontana di S. Vincentio iuxta ripam canalis Magni,& ſtratam contratæ.

Et alius puteus in cinquantina S. Vincentij exiſtens in medio ſtratæ.

Alius fons in cinquantina plopæ penes eccleſiam S. Mariæ de monte Carmelo iuxta ſtratam Claudiam,& ſtratam contratæ.

Et puteus in cinquantina prædicta plopæ vulgariter nũcupãtus il pozzo de Gallucci iuxta contratam faſcinæ, ſeu terralei, & vias publicas a duobus.

Alius puteus in cinquantina S. Petri vocatus vulgariter il pozzo de Cuſini iuxta vias,& cloacam.

Et alius fons in cinquantina prædicta in contrata plopæ iuxta ſtratam con-

tratæ,& iuxta iura S.Mariæ Assidum,seu fratrum Trinitatis.

Et alius fons in cinquãtina prædicta in contrata,per quam itur a puteo Gal luciorum recta linea ad canale Magnum in strata prædicta.

Alius fons in cinquantina Asini in capite canalis Magni prope ripam canalis prædicti,& penes viam.

Alius fons in cinquantina S.Petri super canali Magno iuxta ripam dicti canalis,& stratam contratæ,qui fons est medius inter suprascriptum proximũ fontem,& infrascriptum.

Et alius fons in cinquantina plopæ super canali prædicto penes stratã Claudiam,& in medio viæ contratæ.

Alius fons in cinquantina S.Laurentij, & in contrata S. Laurẽtij prædicti in medio dictæ contratæ vulgariter appellatus la fontana di S.Lorenzo.

Alius fons in cinquantina Castellarij in triuio,quo itur ad Donnicellas S.Geminiani prope canalinum appellatus la fontana dalla Balla.

Et alius fons in cinquantina Asini nuncupatus fons Asini prope canalinum prædictum,& vias a duobus,& prope moniales S.Geminiani.

Et alius fons in via,& cinquantina Fratrum minorum iuxta stratam contratæ,& iura horti ecclesiæ S.Francisci.

Et alius fons in cinquantina S.Pauli super canali Claro in capite superiori dicti canalis iuxta dictum canale,& stratam.

Et alius fons in cinquantina S.Saluatoris intra viam Beccariarum nouarũ, & viam transeuntes ante carceres Communis.

Et alius fons in cinquantina S.Geminiani super Canali claro in capite versus plateas communis iuxta vias circum circa.

Et alius fons in cinquãtina s.Iacobi ante hospitale Iesu iuxta stratas a duob⁹.

Et alius fons in cinquantina prædicta in contrata appellata la rua fredda iuxta stratam contratæ,& porticum.

Et etiam alius fons in cinquantina prædicta S. Iacobi iuxta iura ecclesiæ S. Iacobi,& S.Barnabæ,& iuxta canale Situlæ,& stratas contratæ.

Et alius fons in cinquantina S.Geminiani vulgariter detta lá fontana da casa di Zuccari prope canale Situlæ.

Et alius fons in cinquantina S.Barnabæ ex opposito ecclesiæ S.Brigidæ, & S. Iosephi iuxta stradellum,& flumen Circæ.

Et alius fons in cinquantina S.Blasij in rua muri iuxta stratam contratæ prædictæ,& viazolum,quo itur ad ecclesiam S.Augustini.

Et alius fons in cinquantina prædicta in contrata S.Blasij iuxta stratam contratæ,& stallas Nobilium de Rangonis de retro.

Et alius fons in cinquantina S.Euphemiæ appellatus la fontana di S.Euphemia iuxta stratam contratæ,& iura ecclesiæ prædictæ.

Et si contigerit alios fontes,seu puteos in posterum denuo construi,seu fieri adhuc omnes illi , qui prius tenebantur iuxta formam præsentis prouisionis ad reparationem,& restaurationem fontium,seu puteorum, de quibus , & prout in præsenti prouisione continetur,possint,& debeant cogi , & compelli ad expensas reparationum, & restaurationum fontium , seu puteorum respectiue

ctiue nominatorum in præsenti statuto per Dominum Iudicem, vt prius poterant, non obstante quòd nouus fons, seu puteus alius denuo fuerit factus, ne per nouam alterius putei constructionem antiquis fontibus, seu puteis nominatis vt supra fiat aliquod præiudicium.

¶ De turpitudine non facienda circa fontes. RVB. CXXXIIII.

NVlla persona lauet pannos aliquos laneos, & lineos, vel canapis, nec budellas, vel carnes, nec aliquid aliud in aliquo fonte, seu puteo, nec etiam intra muros, vel salegatum fontis, vel putei existentium in ciuitate Mut. & vbi muri, vel salegatum non extarent, tunc non possit prædictorum aliquid fieri prope aliquem fontem, vel puteum per brachia sex ad minus, & similiter non possit aliquid turpe ponere in aliquo fonte, vel puteo, nec abbeuerare aliquam bestiam in aliquo dictorum fontium, vel puteorum, & qui in aliquo prædictorum contrafecerit cadat in pœnam sold. xx. pro quolibet, & qualibet vice applican. pro dimidio Cameræ, & pro alio dimidio inuentori.

¶ De mercede pilantium porcos. RVB. CXXXV.

STatuimus quòd pilatores porcorum ciuitatis, vel districtus Mutinæ solum habeant, & habere possint soldum vnum, & denarios sex pro mercede sua pilaturæ, & conciaturæ cuiuscunq; porci magni, vel parui, & non vltra, etiã a sponte dare volentibus sub pœna sold. xx pro quolibet porco, pro quo accipient plus quam supradictum est, applicanda pro dimidio Cameræ Ducali, & p alio dimidio accusatori.

¶ De mercede canapes laborantium ciuibus. RVB. CXXXVI.

STatuimus quòd nullus caneparolus ciuitatis, vel districtus Mut. possit habere vltra sold. tres pro quolibet pondere canapis traditæ, & adhuc non laboratæ & sonziã conuenientẽ ad dictã canapem laborandã, si habuerit ipse caneparolus expensas a domino canapis, si vero expensas victus non habuerit possit percipere soldos sex in totum, & similiter sonziam conuenientem pro laboratura canapis, & non vltra, aliquo modo, ratione, vel causa, sub pœna lib. vnius applicanda pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio accusatori.

¶ De non emendo per tabernarios, hospites, & reuenderolos ante nonam infrascriptas res. RVB. CXXXVII.

NVllus tabernarius, hospes, vel reuenderolus audeat, vel præsumat per se, vel alium emere, seu emi facere ante nonam pulsatam in platea Communis Mutinæ, nec per ipsam ciuitatem aliquos capponos, gallinas, pulastros, vel pullos columbinos, perdices, phasanos, ocas, & pauarinos, vel alias volucres, agnos caprettos, lepores, nec oua, & caseum, & qui contrafecerit cadat in penã sold. xx. applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio inuentori, & vbi inuentor, seu accusator non extaret D. Iudici victualium, & nihilominus contrafaciens amittat etiam res emptas contra formam præsentis statuti, quas Iudex distribuere debeat inter pauperes Christi, vel ipsum D. Iudicem, & notarios & nuntium.

¶ De non emendo per beccarios caprettos, agnos, vel porcos ante nonas pulsatas. RVB. CXXXVIII.

NVllus beccarius audeat, vel præsumat emere, vel emi facere aliquos agnos,

vel caprettos in ciuitate Mutinæ ante nonas pulſatas ſub pœna in ſtatuto præcedenti contenta applicanda etiam vt in eo.

¶ De reuenditoribus prohibitis emere aliquam graſſiam ante nonam.

RVB. CXXXVIIII.

NVlla perſona terrigena, vel forenſis ſolita tunc reuendere res infraſcriptas, ſeu aliquam earum, audeat, vel præſumat emere, vel emi facere aliquã graſſiam, nec aliquos fructus ad vſum hominis, nec filum filatum, nec aliquam teſã nec canapem, nec linum a portantibus in ciuitatem, nec intra circas Mutinæ ante pulſatas nonas aliquo modo, & ratione, vel cauſa ſub pœna ſold. xx. p qualibet vice a contrafaciente auferenda, & applicanda vt ſupra, & amiſſionis rerũ emptarum contra formam præſentis ſtatuti applicanda, vt in ſtatuto ſub Rub. De non emendo per tabernarios.

¶ De reuenditoribus bladorum. RVB. CXXXX.

PRo communi vtilitate ciuitatis, & totius populi Mutinæ, & vt fertilitas, & graſſia remaneat in ipſa ciuitate, ſtatuimus, & ordinamus, quòd aliquis fornarius panem venalem faciens habitans extra dictam ciuitatem, & diſtrictum ciuitatis Mutinæ, nec aliquis de dicta ciuitate, vel diſtrictu prædicto ſolitus tunc reuendere blada, ſeu farinas poſſit, vel valeat emere aliquod triticum, vel ſpeltam, vel aliud grani genus in dicta ciuitate, vel diſtrictu Mutinæ ſine licentia D. Iudicis Victualium ſub pœna amiſſionis bladæ, & librarum x. applican. Cameræ Ducali pro dimidia, & pro alia dimidia accuſatori ſeu inuentori, exceptis tamen Fornarijs panem venalem facientibus in dicta ciuitate, vel diſtrictu qui poſſint emere frumentum, fabam, vel viciam pro pane faciendo pro vſu ciuitatis, & pro vendendis farinis habita tamen licẽtia a Domino Iudice Victualium de vendendis dictis farinis, & non aliter, nec alio modo. Declarantes ſtatutum victualium ſub Rubrica. De reuenditoribus non habere locum in iſtis bladis.

¶ Pro euitandis incendijs. RVB. CXLI.

AD euitanda diſcrimina, & pericula ignis, quæ quotidie euenire, & contingere poſſent prouiderunt, & deliberauerunt quòd omnes, & ſingulæ perſonæ tam ciues, quam forenſes, & comitatini, & eccleſiaſtici, quam ſeculares habẽtes aliquas domos in ciuitate Mutinæ, vel burgis eiuſdem, quæ non habeant caminos, & focularias ad faciendum ignem in eorum domibus, teneantur, & debeant facere, & fieri facere in eorum domibus, in quibus non habent caminos & focularias cum cappa bona, & ſufficienti, & cum canna, quæ vadat ſupra tectum domus ſuæ per duo brachia eleuata, & ſi quis aliam habuerit, & tenuerit cadat in pœnam pro quolibet camino non reperto habere cannam exeuntem vt ſupra, & pro qualibet domo non habente caminum, & foculariam vt ſupra libr. trium pro dimidia applican. cameræ Ducali, & pro alia dimidia Cameræ Communis Mutinæ, & quòd nulla perſona cuiuſcunq; conditionis, aut ſtatus fuerit audeat, vel præſumat de cætero ire de die, vel de nocte cum lumine ad aliquod ſtabulum, ſiue ad aliquam tegetem, in quo, vel in qua habuerit ſtramen, niſi illud lumen portauerit in vno caminello, & qui contrafecerit incidat in pœnam pro qualibet vice ſold. xx. Mutinæ, cuius pœnæ medietas applicetur

Cameræ

Cameræ Ducali,& alia medietas sit inuentoris,siue denuntiantis,vel accusatoris.Declarantes dominum,vel patronum,siue patrem,aut administratorem illius personæ,quæ reperta fuerit ire cum lumine contra formam præsentis prouisionis teneri ad solutionem condemnationis,& pœnæ prædictæ. Et similiter hospitatorem,& conductorem hospitij,& tabernarium,& conductorem tabernæ teneri pro omnibus repertis in hospitio,vel taberna cum lumine contra formam præsentis prouisionis,& quòd D.Iudex Victualium ciuitatis Mutinæ,qui pro tempore fuerit,teneatur,& debeat de prædictis inquirere,& inquisitionem solemnem facere,& repertos culpabiles contrafacientes condemnare secundũ modum,& formam præsentis prouisionis,& quòd D.Iudex habeat, & habere possit a quolibet reperto non habere caminum, nec foculariam prout superius dictum est vltra condemnationem prædictã soldos duos Mut. pro qualibet libra condemnationis. Et quòd nulla persona cuiuscunq; conditionis habitans in ciuitate Mut.vel burgis eiusdem audeat,vel præsumat facere, nec accẽdere ignem in aliqua domo,nec in aliquo loco,vbi non habuerit caminum, & focullariam secundum modum prædictum sub pœna libr. trium Mut. a quolibet contrafaciente auferen.& applican.vt supra.Et quòd licitum sit cuicunq; personæ accusare,& denuntiare quoscunq; contrafacientes,& lucrabitur medietatem condemnationis,& tenebitur in secreto si eidem placuerit.

¶De Ferrarijs. RVB. CXLII.

STatuimus,& ordinamus quòd nullus Ferrarius possit tenere apothecã, seu fucinam aliquam sine camino,& cappa sub pœna libr.trium pro qualibet vice,qua inuentus fuerit contrafeciſſe,cuius medietas sit cameræ Duc.& alia medietas accusatoris,seu inuentoris.Et Ferrarius non possit pro mercede sua accipere vltra denarios sex pro qualibet libra, & ad rationem libræ pro laborerijs grossis,pro minutis vero vltra denarios x.sub pœna amissionis laborerij, & pretij.Insuper nullus Ferrarius possit,vel audeat imponere signum alterius ferrarij super suo laborerio sub pœna libr.trium applicand. pro dimidio Cameræ Ducali,& pro alio dimidio accusatori. Et in prædictis sit Iudex, ipse Iudex Victualium,qui in prædictis cognoscat,procedat,& terminet sola facti veritate inspecta,& signum remaneat illi,qui primo tale signum fecerat,vel hæredibus suis.

¶De carbone non exportando extra Ducatum. RVB. CXLIII.

NVlla persona audeat,vel præsumat per se,vel alium portare, vel extrahere, vel portari facere extra Ducatum Mutinæ aliquam quantitatem carbonis sub pœna libr.x.applican.pro dimidio Cameræ Ducali,& pro alio dimidio accusatori,vel inuentori,& amissionis carbonis,nauis,vel currus,vel bestiæ, aut rei,super qua conduceretur,vel portaretur talis carbo, & quilibet possit accusare,& denuntiare.

¶De recocta,& butyro. RVB. CXLIIII.

STatuimus quòd vendentes butyrum debeant vendere libram butyri quadrantibus decem a calendis Maij per totum mensem Octobris, & a calendis Nouembris vsq; ad calendas Ianuarij bologninis duobus,& non vltra, & a calẽdis Ianuarij vsq; ad quadragesimam prout taxabitur per Dominos Conser-

uatores

uatores ciuitatis Mut. Recoctam vero quocunq; tempore vendere teneantur ad libram, & pro qualibet libra denarijs sex tantum, & non vltra sub pœna in prædictis, & quolibet prædictorum pro qualibet vice sol. xx. & rei, applican. p tertia parte Cameræ Ducali, pro tertia inuentori, & pro alia tertia D. Iudici, notarijs, & nuntio eius, & scutellæ, in quibus reponuntur recoctæ, quando vendũtur, debeant esse in fundo perforatæ sub pœna prædicta applican. vt supra.

¶ De infirmis S. Lazari. RVB. CXXXXV.

NVllus tabernarius, vel hospitator, nullaq; alia persona teneat, vel tenere audeat aliquam personam leprosam, seu lazarinam in domo suæ habitationis nullaq; persona leprosa stare possit, nec debeat in ciuitate Mut. vel in burgos venire, vel accedere aliquo tempore sub pœna in prædictis, & in quolibet prædictorum sol. xx. pro qualibet vice, & pro quolibet contrafaciente applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio inuentori.

¶ Quod D. Iudex Victualium cogere debeat omnes operarios operari pro mercedibus taxatis in præsentibus stat. RVB. CXLVI.

STatuimus quòd quilibet operarius, seu artifex in ciuitate, vel districtu Mut. teneatur, & debeat operari, seu operas suas præstare pro mercedibus taxatis in præsentibus statutis nostris, vel taxandis arbitrio D. Iudicis vt infra, nec recusare possit quoquo modo præstare operas pro dictis mercedibus cuicunq; sibi operas præstare volenti, & petenti sub pœna amissionis operarũ, quas omnino præstare cogatur, & sol. xx. applican. vt in præcedenti statuto. Et sic D. Iudex Victualium cogere debeat quemlibet operarium ad præstandum operas petitas pro mercedibus prædictis, & ipsi operarij non possint accipere vltra quam taxatum est per præsentia statuta etiam a sponte dare volẽtibus sub pœnis comprehensis in dictis statutis. Et vbi eorum mercedes non essent taxatæ ex forma præsentium statutorum ipse Iudex eas taxare valeat arbitrio suo, non obstantibus in prædictis aliquibus conuẽtionibus, & statutis artium aliquarum, quibus omnibus derogamus, & derogatum esse volumus.

¶ De rebus non emendis a Filijs familias, vel famulis, vel pedisequis, vel alijs personis suspectis. RVB. CXLVII

STatuimus, & ordinamus pro bono publico quòd nulla persona cuiuscunq; conditionis sit audeat, vel præsumat emere aliquod ferramentum, vel vestẽ, vel camisciam, vel aliquod genus massaritiæ, vel quòd possit esse ad vsum massaritiæ ab aliquo Filiofamilias, vel famulo, vel pedisequa, vel aliqua alia persona suspecta sine consensu, vel licentia patris, vel aui, vel patroni sub pœna lib. triũ applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio accusatori, & vltra prædictam pœnam teneatur ad restitutionem rei emptæ absq; restitutione pretij, excepto nisi Filiusfamilias esset mercator, vel habitaret seorsum a patre.

¶ De immunitate venientium ad faciendum pignolatum in ciuitate Mutinæ. RVB CXLVIII.

STatuimus, & ordinamus pro euidenti vtilitate totius ciuitatis, & Ducatus Mut. quòd quilibet exercens artem pignolati in texendo, vel fabricando sit, & esse debeat vna cum tota familia immunis, & exemptus ab omnibus, & singulis collectis, factionibus, & grauaminib⁹ Communis Mut. & cinquãtinarũ, realibus,

libus,& perſonalibus perpetuo,& quãdiu ipſam curam,& artem faciendi,& curãdi pignolati fecerit,exercuerit,& habuerit in dicta ciuitate Mut. vel burgis, ac etiam tanquam ciues Mutinæ tractentur,& habeantur.

¶ De modulis tegularum,& lapidum,& eorum pretio. RVB. CXLVIIII.

STatuitur quòd fornaſarij obligati ſint habere,& tenere modulos tegularum, & laterũ ferratos,& bullatos per officialẽ bonæ opinionis, & quòd laboreria ipſa ſint cocta arbitrio boni viri,& latitudinis,& altitudinis,& longitudinis mẽſuræ,ſeu formæ,quæ apparet,& extat in pariete eccleſiæ cathedralis Mut. verſus plateam,ſeu palatiũ Iuris ad hunc finem ibi factæ,& ſculptæ,ſub pœna lib x applican.pro dimidio Cameræ Ducali,& pro alio dimidio inuentori,ſeu accuſatori ꝓ qualibet vice,qua inuentus fuerit aliquis fornaſarius contraueniſſe,& pro qualibet contrafactione.Pretium vero dictorum laboreriorum, & calcis, ſeu calcinæ ſtatuatur, & ordinetur ſingulis annis in principio menſis Maij per Dños Conſeruatores Mut. a qua taxatione pretij prædicti ipſi fornaſarij non poſſint quoquo modo reclamare,vel querelare,vel appellare, vel corrigi, aut emendari petere.Et pro tali pretio taxato de anno in annum teneatur quilibet fornaſarius talia laboreria,& calcem,ſeu calcinam dare,vẽdere,& tradere,ſub pœna ſol.xx.pro quolibet contrafaciente,& pro qualibet vice, qua fuerit negatum,vel contrafactum applican.vt ſupra,& amiſſionis rei venditæ, vel petitæ, & negatæ vendi vt ſupra.Et in prædictis D. Iudex Victualium teneatur facere diligentem inquiſitionem,vt prædicta obſeruentur,alias ſi negligens fuerit, teneatur ad pœnas prædictas reſpectiue in ſuo ſyndicatu applican.vt ſupra.

¶ De Olearijs. RVB. CL.

AD honorem ciuitatis ſtatuimus quòd nulla perſona poſſit,vel debeat per ſe vel alium exercere artem conficiendi oleum nucum,ſeu fieri facere oleum nucum in aliqua domo poſita ſuper ſtrata Claudia in ciuitate Mut. vel prope dictam ſtratam ita quòd fœtor illius olei poſſit ſentiri per exiſtentes ſup ſtrata Claudia ſub pœna libr.trium pro qualibet perſona contrafaciente,& pro qualibet vice applican.pro dimidio Cameræ Ducali,& pro alio dimidio accuſatori ſeu inuentori.Et pro mercede olei laborati ipſi olearij non poſſint, nec debeãt accipere vltra ſold.vnum cum dimidio pro quolibet pondere libr xxv. nucleorum ſub pœna ſold.xx.pro qualibet vice,& pro quolibet contrafaciente applican.vt ſupra,& amiſſionis mercedis.

¶ De Cimatoribus pannorum. RVB. CLI.

ORdinamus quòd cimatores pannorum ciuitatis Mut.accipere poſſint denarios duos,& non vltra pro quolibet brachio panni baſſi cimati, & pro brachio panni alti cimati accipere poſſint denarios quatuor,& non vltra.Et teneãtur cimare cuilibet volenti, & intra quintam diem cimatum dare petenti ſub pœna in prædictis ſol.v.pro quolibet brachio,& quilibet poſſit accuſare, & denuntiare,& habere medietatem pœnæ,& alia medietas ſpectet ad Ducalem cameram,& credatur ſacramento accuſantis,ſeu denuntiantis.

¶ De mundatoribus bladorum. RVB. CLII.

NVllus Mundator bladorum audeat, vel præſumat accipere pro mundatura cuiuſuis ſtarij frumenti, ſeu alterius bladi mundati ad duos criuellos

los

losita quod macinari possit vltra denarios quatuor Mut.& si mũdati non causa macinandi,sed causa refrescandi & spoluerizandi dictum bladum non possit accipere pro quolibet stario bladi sic refrescati,seu spoluerizati vltra duos denarios. Et teneantur mundare cuilibet petenti sub dicta mercede,nec possit vltra accipere etiam a sponte dare volentibus sub pœna decem sol.pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice.Et quilibet possit accusare,seu denuntiare contrafacientes, & credatur eius sacramento,& habeat medietatem pœnæ & alia medietas spectet ad Ducalem Cameram.

De Andronis,seu canalectis cauandis. RVB. CLIII.

VT mali odores arceãtur,& succeßiue sanitas conseruetur in Ciuitate Mut. statuimus quod singulæ andronæ,seu canalectæ Ciuitatis Mut.debeãt oĩno singulis quatuor annis,& sic in singulum quadriẽnium ad plus cauari,& fieri lauari per.D.Iudicem Victualium expensis eorum prout disponit statutũ sub Rub.Qui teneantur ad impensas pontium stratarum,fontium,& canalectarũ Et vbi cauamenta, seu purgamenta prædicta fieri contigerit taxa impensæ dicti cauamenti seu purgationis fieri debeat per.D.Iudicem Victualium cum interuentu duorum deputatorum ab habentibus ædificia sua super dictis andronis seu canalectis faciẽdis,& ad id cogi possint per.D.Iudicẽ captis pignoribus,& multa indicta sub pœna in prædictis,& quolibet prædictorum tam Iudici non exequenti ut supra,quã parti contrafacienti librarũ triũ singulis vicibus applican.pro dimidio cameræ Ducali,& pro alio dimidio operi,seu cauamẽto dictarũ canalectarũ. Et quilibet habens ædificia iuxta dictas canalectas,seu andronas teneatur aperire ostia uersus dictas canalectas existẽtia,& pmittere quod immunditiæ ꝓ rata terreni sui proiiciãtur in domos suas,si alio commode proiici non valeant sub pœna recusanti,vel resistenti libræ vnius applican.pro dimidio cameræ Ducali & pro alio dimidio ipsi Iudici. Declarantes quod huiusmodi cauamenta,seu purgationes ponantur ad incantum,& tres fiãt incantus per.D.Iudicẽ Victualiũ,& deliberentur ei qui meliorẽ conditionẽ obtulerit ꝓ dicto cauamẽto faciẽdo,nisi habẽtes ædificia supꝓ dictis canalectis,seu andronis voluerint facere dicta cauamẽta,seu purgationes quod facere possint. Et D.Iudex nihil habere possit, & minus eius notarii,vel nũtius.

¶ Quod canalectæ caput habere debeant. RVB. CLIIII.

STatuimus quòd oẽs,& singulæ canalectæ ciuitatis Mut.habere debeant exitus suos solitos,& consuetos,& vbi obturati essent,vel nunquam habuissent exitus conuenientes D Iudex Victualium possit & valeat exitum facere, seu fieri facere, & cogere quoslibet ædificia vt supra habentes ad exitus prædictos faciendos sub pœna vnius ducati ipsi Iudici negligenti,& similiter parti recusanti applican.vt in præcedenti statuto. Fiant autem dicti exitus cum illo minori dispendio,& incommodo ciuium quam possibile est.

¶ De andronis hominum S.Petri,& portæ Albareti lauandis de aqua molendini a Sonzia. RVB. CLV.

STatuimus quòd canalectæ,seu andronæ hominum Sancti Petri,& habitantium in dicta cinquantina,vel alijs circumuicinis, & portæ Albareti lauari possint de aqua molendini a Sonzia,seu canalis magni,nec conductores dicti molen-

molẽdini possint impedire volẽtes lauare dictas suas canalectas cũ dicta aqua sub pœna ipsi conductori scuti vni? quoties ípediuerit, vel recusauerit vt supra.

¶ De officio Capitaneorum cinquantinarum. RVB. CLVI.

STatuimus quòd quælibet cinquantina ciuitatis, & burgorum ciuitatis Mut. habeat, & habere debeat capitaneum suum cinquantinæ, & eligatur, & fiat per Ill. Dños Conseruatores dictæ ciuitatis, & quilibet habeat p̃ suo salario annuo libr. xv. quod soluatur, & solui debeat cuilibet eorum per Illust. Communitatem Mut. in fine anni, & ponatur hæc impensa in bulletta ordinaria & soluatur omnino per Thesaurerium dictæ Communitatis. Teneatur autem quilibet dictorum capitaneorum denuntiare maleficia prout in statuto. De maleficijs denuntiandis, in libro maleficiorum, & tenere res pro currendo ad incẽdia vt in sequenti statuto, & alia facere, quæ incumbunt, & solita sunt incumbere officio dictorum capitaneorum, & maxime quando pulsatur campana pro habendis dictis capitaneis teneantur omnes, & singuli currere ad palatium communis ad videndum quid agendum occurrat.

¶ Quod capitanei cinquantinarum teneantur currere ad incendia, & de rebus quas habere debeant pro dictis incendijs. RVB. CLVII.

STatuimus quòd omnes, & singuli Capitanei cinquantinarum ciuitatis Mut. teneantur, & debeant currere ad quodlibet incendium extortũ in quacunq; parte ciuitatis de die, vel de nocte cum rebus, & instrumentis infrascriptis ad effectum, vt remoueãt, & extinguãt, & extinguere possint ignẽ exortum in quacunq; re, vel parte ciuitatis sub pœna ipsi capitaneo libr. x pro quolibet, & qualibet vice applican. pro dimidio Cameræ Duc. & pro alio dimidio passo incendium. Res autem, quas quilibet capitaneus habere debet ab Ill. Com. Mut. ad effectum prædictum sunt infrascriptæ videlicet, vnus mastellus, duæ situlæ ligneæ ferratæ, duo graffii ferrei, vna scala, & vna securis, quas habere debeant, & consequi, ab Ill. Com. Mutinæ vt prædiximus, & Iudex Victualium teneatur diligentem, & solemnem curam facere saltem bis in anno de singulis dictis rebus quæ existere debeant penes ipsos capitaneos vt supra, sub pœna ipsi Iudici sol. viginti Cameræ Ducali applican. in totum.

¶ De non macerando in dugarijs, vel alijs scolatorijs. RVB. CLVIII.

STatuimus quòd nullus ciuis, vel comitatinus, vel alia quælibet persona audeat, vel præsumat macerare canapes, linum, vel aliam rem in dugarijs, vel scolatorijs, nec penes vias publicas districtus Mut. nec macerum, seu aliqua alia impedimenta occasione prædictorũ facere, vel fieri facere in dugarijs prædictis, vel alijs scolatorijs, & vijs publicis vt supra, sub pœna lib. x. applican. pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio inuentori. Et nihilominus contrafaciens amittat canapem, seu linum, & ille dicatur contrafeciſſe, cuius canapis seu linum fuerit, quam canapem, seu linum in casu prædicto applicamus inuẽtori, & Iudici, & paterfamilias teneatur pro omnibus de sua familia.

¶ De non emendo per reuenditores lignamina aliqua ab opere, vel circulos ante nonas pulsatas. RVB. CLVIIII.

STatuimus quòd nulla persona reuendere solita possit, aut valeat emere, seu emi facere p̃ aliquẽ quouis quæsito colore in ciuitate Mut. nec extra a duo-

bus

bus milliarijs,& citra,aliqua lignamina ab opere,aut circulos,perticas, scalas, vel storias ante nonas communis pulsatas sub pœna in prædictis , & quolibet prædictorum lib.trium ab ipso emptore,& etiam ab emente eius nomine in solidum exigenda,& applican.pro dimidio Cameræ Ducali, & pro alio dimidio accusatori,seu inuentori. Et nihilominus res emptæ vt supra contra formam præsentis statuti amittantur & amissæ esse intelligantur ipso iure, & applicentur Iudici,eius notarijs,& nuntio.

¶ De mercede Circulatorum. RVB. CLX.

STatuimus quòd quilibet Circulator non possit,aut valeat accipere pro quolibet circulo aptato ad vegetem cum saligis dicti circulatoris, si circulus fuerit vetus,vltra denarium vnum,si vero sit nouus vltra vnum quadrantē. Pro circulo autem aptato ad tinacium accipiat,vel accipere possit secundum quòd arbitrabitur D.Iudex Victualium,si fuerit quæstio inter circulatorem, & Dominum sub pœna in prædictis & quolibet prædictorum sold.xx.applican.vt supra in præcedenti statuto,nec vltra accipere possit etiam a sponte dare volentibus sub eadem pœna,nec teneātur dicti circulatores pro sic circulando aliquod soluere arti marangonorum pro luminaria , nec aliter etiam si tunc fuerint descripti in dicta arte non obstantibus statutis aliquibus.

¶ De mercede Nautarum nauigij Mutinæ. RVB. CLXI.

STatuimus etiam , & declaramus mercedem nautarum a ciuitate Mut. vsq; ad castrū Finalis Ducatus Mut.pro qualibet persona in naui conducta fore, & esse de sold.v.monetæ Mut.tātum,& non vltra,computata etiam sarcinula , quam dictæ personæ in naui portatæ deferrēt in dicta naui.A dicto vero castro Finalis ad ciuitatē Ferrariæ fore,& esse debere de soldis duobus tantum monetæ currentis in Mut.computata ēt dicta sarcinula Declarantes quòd si contingeret nauem fore,& esse impeditā aliquo casu ita vt opus sit,vel bobus,vel alijs iumentis pro trahendo nauem,id totum,quòd soluendum erit dicta ex causa, soluatur per ipsos nautas,& non per ipsas personas in naui portatas modo aliquo,ratione,vel causa.Et vltra prædicta non possint ipsi nautæ quicquam accipere aliqua occasione,vel munere,ēt a sponte dare volentibus,& idem obseruetur,& eadem merces debeatur dictis nautis in redeundo a ciuitate Ferrariæ, vsq; ad dictum castrū,& a dicto castro vsq; ad ciuitatem Mut. sub pœna in prædictis,& quolibet prædictorum libræ vnius applican.pro dimidio Cameræ Ducali & pro alio dimidio damnum passo pro qualibet persona, a qua de pluri aliquid accipient vltra formam præsentis statuti.

¶ De mercede Nautarum transitus Situlæ. RVB. CLXII.

VOlentes prouidere extorsionibus,ac violentijs,vt ita dicamus , quæ in dies committuntur per nautas pedagij Situlæ maxime apud Marzaleam, & castrum Herberiæ,ex quibus in dies audiuntur maximæ querelæ tam incolarum, quam forensium,& ēt montanorum.Propterea declaramus dictum pedagium fore,& esse liberum & immune ab omni onere,vel solutione illis, qui voluerint ꝑse ipsos pedibus,vel equo trāsire ꝑ flumē Situlæ prædictæ, super quo flumine nolumus imponi aliquod grauamē.Quia tñ fuit huc vsq; toleratū quòd aliquæ personæ possint ibi tenere naues ꝑ dicto transitu , & est conueniens vt ipsæ tā-

les

les perſonæ percipiant debitã ſuã mercedẽ, non tñ excorient viatores, vel eque ſtres ꝓpterea præſenti ſtatuto taxamus, & ordinamus eorũ mercedem fore, & eſſe infraſcriptã, nec vltra quicq̃ accipe poſſint quouis quæſito colore, vel præ textu ẽt muneris, vel gratificationis. Declarãtes quod ꝑ præſens ſtatutũ, uel eius occaſione non accreſcat, uel accreſcere intelligaẽ aliquod ius alicui ꝑſonæ plus quã habeãt de præsẽti in dicto pedagio, nec ſupponere dictũ flumẽ alicui oneri, quinimmo volumus in perpetuũ obſeruari, & manuteneri dictũ flumẽ in ſua ſolita, & conſueta libertate tranſeundi per aquas abſq; aliqua ſolutione.

¶ Prima che i detti paſſatori non poſſano pigliare da qualunque ſuddito del Sereniſſimo Signor Duca di Ferrara paſſando in naue col cauallo per ciaſcuna volta nel tempo delle acque groſſe, per le quali ſia couerto la maggior parte della giara, che ſoldi due, & ſenza cauallo ſoldo vno, & coſi s'intenda per ciaſcuno capo di beſtia bouina.

E da qualunque foreſtiero a cauallo per detti tempi ſoldi tre, & denari ſei, & ſenza cauallo ſoldo uno, & denari otto.

Et ꝑ ciaſchedun mulo de muli foreſtieri caricato compreſo il mulatiero ſol. v.

Et per ciaſchedun mulo voto col baſto ſoldi tre, & denari ſei.

Et per ciaſchedun mulo del dominio del predetto Sereniſſimo Signor Duca caricato compreſo il mulatiero ſoldi quattro.

Et ꝑ ciaſchedun mulo uoto col baſto, del detto dominio ſol. tre & denari ſei.

Et da qualunque carradore col ſuo carro e buoi caricato paſſando in naue come e detto ſol. dieci, & col carro voto ſoldi ſette.

Et ſe foſſe foreſtiero poſſa torre il terzo di piu compreſo il biolcho carro, e buoi paſſando ſempre in naue, & non altrimenti, volendo però che ſiano obligati detti paſſatori a paſſar qualũque gli ricercherà riceuuta la mercede predetta.

Item che gli huomini da Rubera, & da Marzaglia ſiano trattati come ſono ſtati trattati per il paſſato, & che non ſe gli poſſa innouare coſa alcuna.

Et quando le acque del detto fiume ſaranno baſſe, cioe che la maggiore parte della giara ſara ſcouerta, che detti paſſatori non poſſano pigliare dalli predetti che paſſeranno in naue, come e detto di ſopra ſe non la metà delle ſopraſcritte taſſe come di ſopra ſi contiene.

Et per tempo di notte le predette mercedi ſieno duplicate, hauendo ſempre riſpetto al tempo predetto. Et non poſſano pigliare i detti paſſatori coſa alcuna da alcuno ſtipendiario, ufficiale, trombetta, cauallaro, ne corriero del Sereniſſimo Signor Duca, ò dell'Illuſtre Communità di Modona, & queſto quando anderanno per biſogno di Sua Altezza, ò di detta Communità, ò ſuoi vfficij, ma ſieno tenuti di paſſare gli altri che li ricercherãno riceuuta la debita mercede, come è detto. Et ſieno obligati i detti paſſatori per il tempo, che le acque ſaranno baſſe, & che le naui non potrãno paſſare, mãtenere li pedagni di legno per li pedoni ſopra dette acque del detto fiume ſenza pagamẽto alcuno.

Et i detti paſſatori ſiano tenuti, & obligati per il tẽpo che ſarãno oſſeruate dette taſſe à non pigliare coſa alcuna contra gli ſopraſcritti ordini ſotto pena di lire cinque, nella quale ſarà ſubito caduto ciaſcuno delli famegli delli paſſatori che hauerà contrafatro, & ꝑ ciaſcuna volta che contrafarà, & di lire dieci nella

quale

quale subito caderanno i patroni che haueranno tolerato li suoi famigli pigliare di piu, applicandole senza alcuna dichiaratione alla Ducale Camera di Modona, & di restituire il doppio più di quello che haueranno tolto alli viandãti, lamentandosi, & più secondo l'arbitrio dell'Illustre Ducale Massaro di Modona, che per il tempo sarà, hauendo sempre rispetto alla conditione delle persone, che si lamentaranno, & se fosse corriero à piedi, ò à cauallo di qualunque Signore sieno obligati passarlo subito cosi di dì, come di notte, & per ogni tẽpo sotto pena all'arbitrio di S. Altezza.

¶ De capacitate castellatarum. RVB. CLXIII.

DEclaramus ad tolendas difficultates, quæ oriri possent inter ementes, & vendentes castellatas vuarum, quòd quælibet castellata intelligatur, & esse debeat capacitatis quartariorum septem instorum, & media castellata sit capacitatis quartariorum trium cum dimidio, & secundum hanc mensuram intelligatur contractus de castellatis, vel medijs castellatis. Prohibentes cuicunq; tam terrigenæ, quam forensi, ne audeat facere, aut fieri facere, vel conducere castellatam, vel mediam castellatam, quæ non sit ad mensuram, de qua supra, sub pœna libr. trium applican. pro dimidia Cameræ Duc. & pro alia dimidia accusatori, seu inuentori quoties fuerit contrafactum, & circa hoc Iudex Victualium diligenter inquirat.

¶ Quod de curribus intrantibus in ciuitatem non possit aliquid accipi. RVB. CLXIIII.

AD extirpanum abusum, & corruptellam potius, quàm consuetudinem introductã in præiudiciũ ciuium, & pauperũ statuimus quòd nullus capitaneus, custos, officialis, stipendiarius, aut famulus ad portas ciuitatis Mut. vel burgorum audeat, vel præsumat arripere, vel arripi facere, accipere, vel accipi facere de curribus seu carrettis, baroccijs, aut quibuscunq; vehiculis, vel instrumentis ad conducendũ res quascunq; intrantes in ciuitatẽ Mut. lignas, vuas, vinũ, poma fœnũ, paleã, aut aliquã aliã rem in modica, vel magna quãtitate, quæ conduceretur super curribus, carrettis, barocijs, vel alijs instrumentis in ciuitatẽ Mut. sub pœna restituendi incontinenti ablata, seu eorum pretiũ domino rei, & lib. v. pro quolibet, & qualibet vice, cuius tertia pars sit accusatoris, vel inuentoris, tertia Ducalis Cameræ, & alia tertia pars Iudicis Victualium. Qui sub vinculo iuramẽti teneatur contra omnes contrafacientes inquirere, & eos punire, & condemnare sine aliqua exceptione, & cum omni cura, & diligentia nullo fori, vel alio quocunq; priuilegio attento, de quibus rebus ablatis stetur, & stari debeat iuramento bubulcorum, & aliorum, qui conducebant res prædictas, siue in magna, siue in modica fuerint quantitate ablatæ res prædictæ.

¶ Quod Hortulanæ non dimittant immunditias in plateis. RVB. CLXV.

STatuimus quòd omnes hortulanæ, vel alij vendentes herbas, vel alias res occasione quarum possint immunditiæ dimitti in locis publicis, teneãtur & debeant eodem die exportare, & seu exportari facere omnes suas immunditias herbarum, vel aliarum rerum ex ipsis rebus causa vendendi factas, aut descendentes, sub pœna sold. v. Cameræ Ducali Mutinæ applican.

¶ Quod

¶Quod latrinæ,& ſecchiarij aut cloacæ non diſcurrant in viam publicam.

RVB. CLXVI.

STatuimus & ordinamus quòd nulla perſona audeat tenere aliquas latrinas, cloacas,vel ſecchiarios in domo ſua,vel infra domum ſuam,vel ſupra publicum per modum,quo putredo,vel immunditia labi,vel diſcurrere poſſit in viã publicam,& ſi contrafecerit cadat in pœnam ſoldorum viginti applican. Cameræ Ducali pro dimidia,& pro alia dimidia D.Iudici Victualium.Et nihilominus compelli debeat per D.Iudicem prædictum ad reaptandũ,& reficiẽ ita & taliter quòd putredo,& immunditia exire, & labi non poſſint in viã publicã.

¶De non perdendo res per contrafacientem.

RVB. CLXVII.

STatuimus quòd in omnibus præſentibus ſtatutis bona, ſeu res contrafacientis non intelligantur,nec ſint perditæ,nec Iudici,ſeu notarijs,vel nuntio applicentur niſi in caſibus,in quibus hoc expreſsè cautũ repiatur in dictis ſtatutis.

¶De pœna fieri facientibus. RVB. CLXVIII.

STãtuimus quòd omnia ſtatuta præſentis voluminis loquentia in faciente extendantur,& proprie vendicent ſibi locum etiam in pœnalibus in fieri faciente,ſeu auxilium,vel opem dante.

¶Quod genus maſculinum concipiat fœmininum.

RVB. CLXIX.

STatuimus quòd in omnibus,& ſingulis partibus horum ſtatutorum noſtrorum maſculinũ genus ẽt in pœnalibus concipiat fœmininũ & non econtra.

¶De applicatioue pœnarum. RVB. CLXX.

STatuimus,& ordinamus quòd vbi in aliqua parte ſtatutorum noſtrorum imponeretur pœna pecuniaria,& expreſſum,ſeu cautum minime reperiretur cui,ſeu quibus pœna applicetur,ſeu applicari debeat, tunc ſemper pœna ipſa applicetur,& applicata eſſe intelligatur ipſo iure Cameræ Ducali pro dimidio & pro alio dimidio accuſatori,ſeu inuentori.

¶Quod Forenſes ſubiiciantur pœnis præſentium ſtatutorum. RVB. CLXXI.

STatuimus quod præſentia ſtatuta noſtra in omnibus ſuis partibus,vbi pœna adaptari poteſt, locum habeant in Forenſibus, qui habitauerint per triennium,tunc cenſeantur compræhenſi, & compræhendantur in dictis ſtatutis, etiam pœnalibus, nec poſſint aliquam allegare ignorantiam.

¶HERCVLES DVX.

ERCVLES Secundus, Ferrariæ, Mutinæ, &Regij Dux Quartus,Carnutum primus, Marchio Eſtenſis, Rodigij, & Giſordij Comes,Carpi Princeps. Prouinciarum Carfignanæ,Frignani, &Romandiolæ, Comacliq;, & Montis Arguti Dñs &c. Cum per fideliſſimam noſtram Ciuitatis Mutinæ Communitatem exhibiti nobis fuerint quinq; Statutorum libri,quorum primus eſt de Officiis, ſecundus cauſarum Ciuilium, Tertius cauſarum Criminalium,Quartus Damnorum datorum,Quin

tus

tus rerum pertinentium ad Victualia, & per eandem humiliter Nobis ſuppli catum fuerit, vt dicta ſtatuta ſibi approbare, & confirmare dignaremur. Quo maturius hac in re procederemus, vt in cæteris conſueuimus, diligenter ea oĩa examinari, conſiderariq; per Conſiliarios noſtros Iuſtitiæ mandauimus, qui uiſis, lectis, & accurate perlibratis dictis ſtatutis, ac omnibus, & ſingulis in eis contentis, Nobis retulerunt ea ipſa authoritate noſtra confirmanda eſſe, cum maturo conſilio conſiderata, digeſta, & conſtituta ſint. Nos ergo pro ipſius noſtræ Ciuitatis Mutinæ, erga nos, & ſtatum noſtrum fide, atq; obſeruantia, ut eius commodo, & utilitati conſuleremus, perlibenti animo præſentium noſtrarum patentium literarum tenore, & Decreti ſerie ex certa ſcientia, animo deliberato, ac de noſtræ poteſtatis plenitudine, omniq; alio meliori modo, via ure, & forma, quibus magis, melius, & firmius poſſumus, prædictos quinque ſtatutorum libros, cum appoſtilis per ſupradictos Conſiliarios noſtros Iuſtitiæ ad ea appoſitis antedictæ fideliſſimæ Communitati noſtræ Mutinæ, approbamus, confirmamus, validamus, & quatenus opus ſit denuo concedimus, & impartimur. Decernentes omnia, & ſingula in eis contenta, rata, firma, ſtabilia, & perpetuis temporibus inuiolata eſſe debere, dummodo iuriſdictioni, ſtatui, & honori noſtro non ſint contraria. In oppoſitum facientibus quibuſcunq; non attentis. Et in præmiſſorum fidem has noſtras Patentes Literas, & Decretum fieri, regiſtrari, noſtriq; maioris ſigilli appenſione communiri iuſſimus.

Dat. Ferrariæ in Ducali noſtra Cãcellaria anno Salutis. Milleſimo Quingẽteſimo quadrageſimo ſexto, Indictione quarta, die vero vigeſimo mẽſis Martij.

Lanfrancus. Agypſo. Alexander Guarinus.

LAVS DEO.

Finis Statutorum Ill. Ciuitatis Mutinæ.

MVTINAE:

Apud Paulum Gadaldinum: M. D. LXXXX.

REFORMATIONES STATVTORVM NOVORVM INCLYTAE CIVITATIS MVTINAE.

Proœmium Reformationum Statutorum Nouorum Ciuitatis Mutinæ. RVB. I.

REformationes omnium Statutorum nouorum ciuitatis Mutinæ factæ per D.D.conſeruatores,& Adiũctos dictæ ciuitatis in pleno, & generali Conſilio, præhabita ſuperinde matura conſultatione,ac deliberatione, tum ex relatione Dominorum electorum ad ipſa reuidenda ſtatuta, tum etiam ex pluribus ſuffragiis inter ipſos. D.D.Conſeruatores,& Adiũctos ſolemniter, & nemine eorum diſcrepanre obtentis, ſic temporum qualitatibus, ac caſuum varietatibus exigentibus-

Quas quidē reformationes ſic correctas, additas, & emēdatas præfati. D.D.Conſeruatores, & Adiuncti humiliter,& deuote ſupplicantes ad Illu.D.N.Du cē Confirmādas,& approbādas(Excellentiæ ſuæ gratia) trāſmitti curarunt,ac eas ſic per celſitudinem ſuam confirmatas ſuis in locis congruis aptatas ab omnibus ſubinde prælibata Illu. D. S. (eius gratia) per viam ſolemnis ſtatuti perpetuo,& inuiolabiliter obſeruari faciat.

Caſſatis tamen,annullatis,ac non obſtantibus ipſis nouis ſtatutis in ipſis duntaxat partibus in contrarium ad infraſcriptas reformationes facientibus,cæteris quoq; alijs nouis ſtatutis his reformationibus non contrarijs (præter alia quædam nondum correcta) in ſuo robore permanentibus, & permanſuris.

De Ambaſciatoribus,& eorum ſalario. RVB. II.

PRimo nanq; circa ſtatutum de Ambaſciatoribus in primo volumine De offi.ſub Rub.XLV. in §. Et prædicti legati, dictum §. vſq; in finem caſſarunt,& remouerunt,illum que correxerũt uſq; in finem hoc modo ſcilicet.Et prædicti legati,quamcitius poterunt,debeant ſuã legationem expedire,& domum reuerti,& ipſi legati pro ſalario,& expenſis omnibus tam uictus,q; equorum,nauium,& familiæ eorum,habeant ſi fuerint Doctores lu.de Collegio tamen.D.D·Aduocatorũ ciuitatis Mutinæ, vel de ordine equeſtri,libras quatuor monetæ Mutinæ ſingulis diebus, ſi autem non fuerint huius gradus,vel conditionis,habeat unuſquiſq; ſoldos quinquaginta monetæ prædictæ ſingulis diebus.

Additiones,& reformationes feriarum. RVB. III.

ITem circa ſtatutum primum in ordine,De feriis,in ſecundo volumine

ciuilium,& Rubrica prima,addiderunt infraſcriptas ferias Sanctorum ſuis diebus videlicet.Dies tertiadecima Iunii propter feſtum Sancti Antonii de Padua.Dies duodecima Auguſti propter feſtum Sanctæ Claræ virginis.Dies quinta eiusdem menſis propter feſtum Sancti Dominici. Dies vigeſima quinta Noue. propter feſtũ S. Catherinæ virginis, & mart. Declarauerunt q; etiam, & voluerunt de cætero ferias vindemiarum obſeruari debere ſingulo quo q; anno in perpetuum a die xxiiii. Auguſti vſq; & per totum menſem ſeptembris incluſiue.

De modo citandi,& in ius uocandi. Rub. IIII.

ITem circa ſtatutum in dicto ſecundo uolumine ciuilium:De modo citandi,& in ius uocandi,ſub Rub.tertia,addiderunt in fine dicti ſtatuti hos infraſcriptos duos. § videlicet.

Quod ſi contigerit quempiam citari,& in ius uocari, ſemper fieri debeãt a nuntiis relationes citationum die ſaltem præcedenti illum diem,quo citatus debet comparere,ne quis poſsit decipi,& aliter, uel alio tempore factæ citationes non valeant,nec quis citatus fuiſſe intelligatur, Et vbi ſtatutum ipſum diſponit,& loquitur de ſoldis.xx.intelligatur.& dicat de ſoldis,xxxx.& ſic uſq; ad illam ſummam citationes oretenus fieri poſsint, & debeant,abinde uero ſupra in ſcriptis.

Et ſi contigerit citari aliquem diſtrictualem,ſaluis præmiſsis, & habitantem extra ciuitatem,& burgos Mutinæ citari poſsit ad eligen. locum in ciuitate Mutinæ per binas citationes ad domum ſuæ vltimæ habitationis,audientibus tamen familia,& habitatotibus dictæ domus ipſius citati,ſi perſonaliter haberi non poterit,quod ſi perſonaliter inuentus fuerit, uolumus unicam ſufficere citationem,ubi de cætero citari debeat uſq; ad ſententiam excluſiue cum comminatione quod ipſo non eligente locum in dicta ciuitate Mutinæ ſcalæ palatii eligentur, & confirmabuntur pro loco legitimo ad citationes mittendas in totà cauſa uſq; ad ſententiam excluſiue,ad ſententiam uero proferendam citari debeant citandi ut ſupra ad domum ſuæ habitationis,uel perſonaliter,& non ad loca electa in eorum contumatiam.

De curatore dando ad lites. RVB. V.

ITem circa ſtatutum De dando litis curatore in principio, ubi loquitur de affinibus ſub Rub.nona citandis ad prouiden.pupillis,& minoribus, ac alijs.de quibus in ſtatuto,de curatore ad litem,ibi loquatur,& intelligatur de agnatis,& cognatis,aut proximioribus attinentibus illi, cui de curatore prouidendum ſit.

De temporibus appellationum. RVB. VI

ITem circa ſtatutum, De temporibus appellationum ſub Rub. L.in prædicto libro ciuilium,ſtatuerunt,& ordinarunt quod,ubi dicit quod appellatio interpoſita ab interlocutoriis terminetur iuxta tempora præfixa in ſtatuto De appellationibus ab interlocutoria, intelligatur remittere lectorem,ad.§. Quo uero ad tempora appellationũ ab interlocutoriis in vltima facie dicti ſtatuti.

A quibus ſententiis non liceat appellare. RVB. VII.

ITem in alio ſtatuto ciuilium ſub Rub. LII. a quibus ſententiis non liceat appellare, vbi dicit quod ab executione iuris, vel facti poſsit appellari, facto tamen depoſito, quia ibi non eſt prouiſum de forma circa inſtãtiam. Statuerunt, & determinauerunt ipſam appellationem ſic interpoſitam facto depoſito habere inſtantiam appellationis ab interlocutoriis iuxta formã Statuti ſub Rub. L. De temporibus appellationum in. §. Quo vero ad tempora appellationum.

De reſtitutione in integrum. RVB. VIII.

ITem circa Statutum in volumine ciuilium De in integrum reſtitutione Rub. LVI. in. §. Declarantes, linea xxx. vbi ait tunc reſtitutio ipſa, ibi addiderunt hoc verbum ſcilicet, concedatur, quia ibi deficiebat.

De ſeptuagenario non capiendo. RVB. IX.

ITem circa Statutum in dicto ſecundo volumine ſub Rub. LVIII. Vbi & quando, & qui capi non poſsint, corrigendo dictum Statutum in illa parte ubi dicit, quod ſexagenarius capi non poſsit, dicat ſeptuagenarius, quia voluerunt ſexagenarium poſſe capi uſq; ad annum ſeptuageſimum excluſiue.

De ſatisdatione a non ſubiectis præſtanda. RVB. X.

ITem circa Statutum in dicto ſecundo volumine Rub. LXXII. De ſatisdatione a non ſubiectis præſtanda, illud correxerunt, aduerbiũ, non, in linea quinta dicti ſtatuti, vbi dicit quoquo modo audiri non debeat, voluerunt quod dicat, quoquomodo audiri debeat, quoniam in principio ſtatuti dicit nulla perſona, & ſic nulla, & non duæ erant negatiuæ affirmatiuam facientes contra mentem ſtatuti, & eodem modo tollatur dictio, non, appoſita in ſtatuto. XLV. primi voluminis in linea quinta.

De ſportulis. RVB. XI.

ITem circa Statutum De ſportulis in libro primo officiorum ſub Rub. LXXV. illud remouerunt in. §. vltimo, quantum ſit ſolum, & duntaxat pro mercede officialium ſe conferentium ſuper aliquo facto, quoniam caſſando, & annullando dictum. §. in illa parte, voluerunt, & ſic ſtatuerunt eorum mercedem fore dictis iudicibus ſe transferentibus ſuper facto iuxta tradita in ſtatuto, De ſalario Iudicum, & conſultorum, ſub Rubrica XCVI. in, §. vltimo in fine.

De ſalariis Aduocatorum. RVB. XII.

ITem circa Statutum De ſalariis Aduocatorũ in fine ſub Rub. XCVIII. in volumine Ciuilium, vbi dicit, & nullus poſsit habere in eadem cauſa vltra duos Aduocatos, addiderunt, ſtatuerunt, & ordinarunt, quod ſi plures aduocati interuenirent in eadem cauſa ſiue ciuili, ſiue criminali, de ſalario ſibi pro vno Aduocato taxato ſtare debeãt contenti, nec vltra quo quo modo taxari poſsit niſi pro vno tantum Aduocato. Quod quidem ſalarium pro ſolo Aduocato ſic vt ſupra taxato diuidi debeat inter ipſos Aduocatos, qui interuenerunt in dicta cauſa, quotquot fuerint, & non

aliter,nec alio modo obſeruari debeat,& ſi ſecus factum fuerit,id totum vi,& dolo extortum intelligatur,& debeat.

De locatione,vel alienatione apothecæ prohibita. RVB. XIII.

ITem circa Statutum, De alienatione,vel locatione apothecæ prohibita ſub Rub.C. in dicto ſecundo volumine ciuilium,ſtatuerunt,correxerunt,& ordinarunt,ne uideatur,nec ſit ſublata dominis,& patronis libertas de rebus ſuis propriis diſponendi,& vt quilibet in re ſua ſit arbiter, & moderator,quod liceat,& licitum ſit patronis,& dominis domos,& apothecas ſuas ad eorum libitum vendere, & locare non obſtãte ſtatuto prædicto,ipſumq; ſtatutum vltra dictam prohibitionem ſublatã in infraſcriptis partibus etiam correxerunt vt infra.

Et primo vbi loquitur quod locator apothecæ teneatur expectare conductorem ipſius apothecæ per tres menſes a die datæ licẽtiæ, & interpellationis, voluerunt,& determinauerunt quod dictus locator teneatur expectare conductorem apothecæ per menſes ſex. Quo vero ad domos vbi loquitur de vno menſe,reduxerunt,& correxerunt ad tres menſes a die datæ licentiæ, & interpellationis ſibi factæ firmo tamen ſemper manente ſtatuto, De rebus communibus niſi certo modo non alienandis ſub Rub.CXVI.cui per præſens ſtatutũ,& reformationem in aliqua ſui parte non ſit derogatum.

De rebus Communibus niſi certo modo non alienandis. RVB. XIIII.

QVod etiam Statutum,De rebus communibus ut ſupra correxerunt in.§.ſi vero aliqua perſona haberet domum,voluerunt addi, & addiderunt,vel apothecam,& etiam in alio.§.in eodem ſtatuto,& eam domũ addiderunt aut apothecam,& in alio.§.in fine dicti ſtatuti, vbi loquitur & in domibus,addiderunt,& in apothecis,etiam in alio loco in eodem.§. & vnus haberet domum,addiderunt,vel apothecam confinantem. Et ad maiorem declarationem dictorum ſtatutorum,De alienatione, vel locatione apothecæ,& de rebus communibus ut ſupra in fine dictorum ſtatutorum addiderunt,& addita eſſe voluerunt hæc verba videlicet, & quæ dicta ſunt de domibus intelligantur,& de apothecis ſub dictis domibus poſitis,& ſuper dictas apothecas exiſtentibus viciſſitudinarie.

De Clauſendis domorum. RVB. XV.

ITem quoad Statutum ſub Rub. CXXVI. In dicto ſecundo volumine Ciuilium,De clauſendis domorum,vbi in fine loquitur,quod non poſſint deſtrui clauſendæ,etiam ſi non eſſent in totum illius,cuius domus deſtruitur,caſſarunt,& annullarunt illud aduerbium,non,& dicat etiam ſi eſſent,& in fine,vbi dicit cuius domus deſtruitur,addiderunt, niſi ad finem melius clauſendas ipſas reficiendi continuo,& ut diſponitur in quinto volumine ſtatuti Rub.CXXII.

Da laboratoribus Terrarum. RVB. XVI.

ITem ad Statutum ſub Rub. CXXVII. Qualiter teneantur laboratores,ſeu mezadri laborare terras,vbi dicit,ipſi autem laboratores prædicta obſeruantes dimidium omnium fructuũ etiam in ſtipulis exiſtentium habeant

habeant ſingulis annis,etiam in vltimo,quo diſcedent, addiderunt iſta verba ibi,& non aliter,nec alio modo,ſed illo caſu, ſi non obſeruauerint tradita in eo ſtatuto, non percipiãt vuas natas in ſtipulis illius ãni vltimi, quo diſcedent,volente domino. Et prædicta procedãt,& locum habeãt dummodo in inſtrumento laboraturæ fiat ſpetialis mentio de contentis in hoc capitulo.

De beſtiis tenendis per laboratores. RVB. XVII.

ITem circa Statutum ſub Rub.CXXX. De beſtiis tenendis per laboratores,ubi ait,& non ab aliqua alia perſona, etiam ſi eſſent propriæ, & hoc intelligatur quoties.Corrigendo ipſum ſtatutum addiderunt unum aduerbium,non,ita ut dicat,& hoc non intelligatur quoties.

De probationibus in cauſa mezadriæ.

RVB. XVIII.

ITem quoad Statutum ſub Rub.CXXXVIIII.De probationibus in cauſa mezadriæ,vbi ait,finita autem mezadria, corrigendo illud addiderunt hæc verba vt infra videlicet.

Finita mezadria,ſi patronus tacuerit per biẽnium,poſtq̃ diſceſſerint a laborerio dicti laboratores,quo non petierit credita ſua, ſi ipſe colonus iurauerit ſatisfeciſſe,nil petere poſsit, & delerũt illa verba ſcilicet, ſeruetur ſtatutum poſitum ſub Rubrica De creditore, & patrono, qui tacuerit per certum tempus,quia tale ſtatutum in volumine non reperitur.

De Mulieribus bona mariti tenentibus pro dote, & qualiter contra eas ſubueniatur creditoribus.

RVB. XIX.

ITem prædicti.D.D.Conſeruatores ſtatuerunt, & determinarũt ſolẽniter,& ita mandarunt infraſcriptum ſtatutum, quod erat in volumine ſtatutorum veterum,& præſentibus omiſſum ſub Rub. LVII. De mulieribus bona mariti poſsidentibus pro dote,& qualiter contra eas ſubueniatur creditoribus,regiſtrari,& incorporari in præſenti volumine ſtatutorum nouorum de verbo ad verbum,prout iacet in veteri, ac de cætero obſeruetur in omnibus,& per omnia in quibuscunq; ſuis partibus, prout hactenus obſeruatum fuit in veteribus ſtatutis,tenor cuius talis eſt.

MVlieres,quæ occaſione dotis, vel ſimplicis donationis, uel propter nuptias, vel obligationis eiusdẽ pecuniæ, tenẽt bona mariti,vel ſoceri,vel eius,qui dotem recepit,quæ ſunt,vel quæ fuerunt,vel quæ habita fuerant á marito,ſeu ſocero,vel ab illo, qui ipſam dotẽ recepit compellantur,poſtulante creditore,vel hærede mariti,ſeu eius, qui dotem recepit,totum,quod eſt ultra dotem,& donationem ſimplicem, & expenſas per eam legitime factas, creditori,vel creditoribus mariti, vel ſoceri, vel eius,qui dotem recepit,aut eorum,& cuiuslibet eorum hæredũ reſtituere,facta æſtimatione per Iudicem de bonis prædictis, ſecundum quantitatem dotis,& donationis, in qua æſtimatione fructus percepti ab vxore non computentur.Et ſi creditores,vel hæredes mariti,vel ſoceri, vel eius

qui dotem recepit, a quibus ipsa mulier habuit ipsa bona, voluerint ipsi mulieri satisfacere de dote, donatione simplici, & expensis legitime factis & æstimatione melioramenti, totum illud, quod habuit de bonis prædictis, exceptis fructibus perceptis, teneatur creditori, vel hæredi mariti, vel soceri, vel alteri qui dotem receperit, restituere, & præmissa vendicēt sibi locum, vbi mulier dicta bona non acceperit in solutum. Aestimatio vero rerum prædictarum fiat mulieri per aliquos bonos viros, & idoneos qui teneantur bona fide, & sine fraude æstimare sacramento eorum, & secundum æstimationem ipsorum fiat satisfactio dotis, & donationis simplicis, & expensarum, & residuū teneatur restituere ut supra legitur, quod locum habeat etiam in hæredibus vxoris, vel habentibus causam ab ea.

De Testamen. & Contrac. Carceratorum, ac relictis ad pias causas.

RVB. XX.

ITem, & pariter prædicti Domini Conseruatores, & Adiuncti mandarūt registrari, & incorporari in volumine statutorum nouorum statutum in ueteri volumine positum sub Rubrica. LXXXVI. De Testamentis carceratorum de verbo ad verbum prout iacet ibidem, in his præsentibus omissum, addendo etiam dicto statuto, quod ubi loquitur de fabrica Sācti Geminiani, loquatur, & dicat, pro dimidia fabricæ Sancti Geminiani & pro altera dimidia pauperibus uerecūdis ciuitatis Mutinæ. Cuius quidem statuti tenor est.

TEstamenta, & cæteræ ultimæ voluntates, & omnes contractus facti, & faciendi a carceratis existentibus in carceribus Communis Mutinæ, etiam si ante, vel post, fuerint damnati ad mortem, ualeant, & sint rata, si aliter fuerint solemniter facta. in testamentis, & vltimis uoluntatibus si relictum fuerit pro anima nec fuerit specifice dictum cui soluatur, decimum illius sit laborerii Sācti Geminiani, quod locum habeat in clericis, laicis, & foresteriis, & in omni vltima voluntate facta in Ciuitate Mutinæ & Episcopatu, a quocunq; facta fuerit. Et si aliquis in suo vltimo testamēto aliquid relinquat laborerio Sancti Geminiani, Potestas, & alii officiales Communis Mutinæ teneantur illud facere soluere Massarolo fabricæ Sancti Geminiani, qui teneatur illud, quod percepit occasione prædicta, expendere in fabrica Sancti Geminiani ad omnem voluntatem Capituli Canonicorum Mutinæ de bonis ipsius defuncti infra mensem, postq; ei fuerit denuntiatum, sub pœna vigintiquinq; librarum Mutinæ applicanda fabricæ prædictæ.

Et Notarii, qui fuerint rogati de testamentis alicuius, dum testamentū ordinabitur, teneantur recordari testatori, quod relinquat aliquid pro anima sua fabricæ Sancti Geminiani, & pauperibus Christi, quæ legata teneantur ipsi Notarii denuntiare dicto Massarolo infra octo dies, sub pœna decem soldorum applicanda dictæ fabricæ.

De vxore defuncta cognita in matrimonio RVB. XXI

ITem circa Statutum in secundo volumine positum sub Rub. CXLIIII.

De vxore defuncta cognita in matrimonio addendo hæc verba ſtatuerũt Quod in præmiſsis contentis in dicto ſtatuto non comprehendantur, nec comprehendi debeant mulieres forenſes nuptæ, uel nubendæ in ciuitate Mutinæ, quia volumus maritos ipſarum mulierum lucrari de dotibus ſuis illam partem, vel totum, quam, & quod lucrantur alii mariti ab eis mulieribus in terris, & locis dictarum mulierũ virtute eorũ ſtatutorum.

Quod deficientibus ſtatutis Mutinæ ad ius Commune recurratur. RVB. XXII.

ITem & prædicti Domini Conſeruatores, & Adiuncti regiſtrari mandarunt, & commiſerunt in præſentibus reformationibus ſtatutorum nouorũ litteras Illu. D. N. Ducis emanatas de anno. M. D. XXXVI. Quibus cautum eſt, vt defficientibus ſtatutis Mutinæ non recurratur ad ſtatuta Ferrariæ, ſed ſeruetur ius commune, & alia prout in dictis litteris. Quarum quidem litterarum tenor eſt.

HERCVLES DVX FER.

MEſſer Battiſtino egli e venuto a noi M. Andrea Manzuolo mandato da quelli noſtri Conſeruatori di Modona, & ſotto le ſue lettere di credenza ci ha ſupplicato, che noi vogliamo riuocare, & annullare quella noſtra generale determinatione fatta per noi l'anno paſſato, che doue mancaſſero, o foſſero diffettiui in alcuna parte gli ſtatuti della Citta nodi Modona, ſi doueſſe hauere ricorſo alli ſtatuti di Ferrara, & come piu difuſamente appare in vna noſtra lettera regiſtrata nel principio delli predetti ſtatuti di Ferrara.

Oltre di queſto ci ha ſupplicato, che per abbreuiatione delle liti vogliamo confirmare, & ualidare gli due qui annesſi ſtatuti, annullãdo gli due altri, che ſono ſotto le medeſime Rubriche.

Et appreſſo ancho che noi vogliamo concedere a queſta noſtra dilettiſsima Communita di poter battere, & far battere monete d'oro, & d'argento per quel modo, & con quell'ordine, che ſi battono nella Cecca noſtra di Ferrara, & con li medeſimi capitoli, & conceſsioni oſſeruate alla detta noſtra Cecca, li quali ui mandiamo qui alligati.

Noi uditi che habbiamo queſte ſue dimande per la naturale inclinatione che hauemo in generale, & in particolare a tutta quella noſtra Communita di Modona, & per l'oſſeruanza, & fedelta, che ſappiamo chè ella ci porta, ſiamo ſtati contenti di rimandare in dietro eſſo. M. Andrea loro agente ben ſodisfato di quanto ci ha ſupplicando richieſto.

Et coſi in uirtu di queſta noſtra', la quale voi farete regiſtrare ad perpetuam rei memoriam, quanto ſia per la detta noſtra Citta di Modona, & ſuo diſtretto, & contado, riuochiamo, & annulliamo quella noſtra conſtitutione, che doue mancaſſero, o foſſero diffettiui gli ſtatuti delli altri noſtri luoghi, & Cittadi, ſi faceſſe ricorſo a quelli di Ferrara. Anzi vogliamo che quelli di Modona ſieno ad vnguem inuiolabiliter oſſeruati, come ſe mai non haueſsimo fatta la detta determinatione.

Et appreſſo confirmiamo,& validiamo gli detti due annesſi ſtatuti con le appoſtille,& del modo,che ue gli mandiamo, & vogliamo che ſieno poſti in oſſeruanza come leggi, annullando gli altri due poſti ſotto le mede ſime rubriche. Et concediamo ancho in virtu di queſta noſtra lche la detta noſtra Communità di Modona poſſa battere, & far battere monete d'oro,& d'argento per quel modo,& con quelle conceſsioni, che ſi batto no nella Cecca di Ferrara ſecondo il tenore proprio delli capitoli,che ſerãno qui alligati,liquali concediamo alla Cecca di Modona. Circa che vi dichiamo che facciate buona prouiſione, perche non ſi ſpendano monete toſe,ne ſfogliate,ne cattiue, il che tutto farete intendere a quelli noſtri Conſeruatori,& farete mettere in oſſeruanza,che coſi è di noſtra ſcien za,& voluntà,State ſano Ferrariæ xxi. Februarii. M. D. XXXVI.

Proſper.

A tergo. Mag. Dño Baptiſtino Strozzæ
Gubernatori noſtro Mutinæ.

De debitoribus non grauandis diebus Sanctis Paſcalibus.

RVB. XXIII.

ITem prædicti Magnifici Domini Conſeruatores, & Adiuncti ad laudẽ & honorem Dei,& ad ſalutem animarum omnium ciuium,diſtrictualium,& habitantium in ciuitate,& diſtrictu Mutinæ tale fecerũt,& condiderunt ſtatutum ſuæ Excellentiæ gratia confirmandum huiuſmodi ſub tenore.

QVoniam nobis curæ eſt erga proximum non tantum in temporalibus,verum etiam in ſpiritualibus bonam adhibere diligentiam, ac eum charitate proſequi,ideo ſtatuimus,& ordinamus,quod quibuscunq; debitoribus tam ciuibus,& diſtrictualibus,q; quomodolibet commorantibus in ciuitate, & diſtrictu Mutinæ,liceat,& licitũ ſit ſingulis quibusq; annis in perpetuum a Dominica Palmarum cuiuslibet anni vſq;, & per totam octauam Paſchæ reſurrectionis D.N. Ieſu Chriſti licite,tuto,& libere ad eorum placitum,& voluntatem,venire,ſtare,morari,& habitare, ire, & redire,tempore prædicto durante,per ciuitatem,& ad ciuitatem Mutinæ,& eius diſtrictum abſq; aliqua alicuius Iudicis,vel officialis, & executoris moleſtia,impedimento,vel grauamine, reali vel perſonali,pro quocunque eorum debito ex ciuili cauſa proueniente etiam cameræ Ducal. & non aliter,nec poſsint quoquo modo capi vel grauari realiter vel perſonaliter,& tam pro ſuſpecto,quam ſi contra eos forent ſeruata ſeruãda. Quibus quidem debitoribus ut ſupra pro dicto tempore uirtute præſentis ſtatuti ſit,& eſſe intelligatur conceſſum liberum,amplum, & ampliſimũ ſaluũ conductũ,& hoc ut iſto breui tẽpore, nec aliqua detineãtur excuſatione, poſsint, & valeãt saluti animæ uacare, ac eccleſiaſtica Sacramenta iuxta præcepta S.M.E. gratia Illuſtriſsimi Domini Noſtri Ducis, aſſumere. Declarãtes quod nullo modo huic ſtatuto poſsit renũciari etiã per inſtrumentum iuratum,quod eo caſu intelligatur peruim,& dolo extortum,& nihilominus,ſi contra præmiſſa aliquid factum,attentatũ, exe-

cutumue

cutumue fuerit, ipso iure, & facto sit nullum, irritum, & inane, sub pœna librarum quinquaginta monetæ Mutineñ. ab eo auferenñ. ad cuius instantiam debitores ipsi grauati fuerint vt supra, & applicanda pro dimidia Cameræ Ducali, & pro alia dimidia dicto grauato, & hoc statutum sit, & esse debeat truncum, præcisum, & præcise obseruari debeat.

De non subiiciendo aliquem tormentis, & de auctoritate Domini Prætoris in Criminalibus, RVB. XXIIII.

ITem circa Statutum in libro Criminalium, De non subiiciendo aliquẽ tormentis, & de indiciis Rubrica. XXI. prædicti Magnifici Domini Conseruatores, & Adiũcti ordinarunt, & mandarunt in fine dicti statuti registrari litteras Ducales circa indicia, & authoritatem Domini Prætoris quæ obseruentur non obstante dicto statuto de voluntate. D.N. Ducis, firmo manente dicto statuto in aliis omnibus suis partibus non contrariis dictis litteris tenoris de quo infra. uz.

HERCVLES DVX FER.

SPectati fideles nostri carissimi. Essendoci peruenuto a notitia che, per gli statuti di quella nostra fidelissima Communita di Modona nuouamente fatti, e di sorte ristretta, & angustata la facolta al nostro Podesta di detta città di procedere nelli criminali, che facilmente molti delitti possono rimanere impuniti, cosa che ad essa nostra cittade saria senza dubbio perniciosa. Et volendo noi sopra ciò di conueniente, & opportuno rimedio prouedere col mezzo della presente nostra lettera, la quale vogliamo che habbia forza di legge, & di statuto inuiolabile.

Statuimo & ordiniamo che'l prædetto Podesta di detta nostra cittade, pigliate l'informationi ex officio suo, etiam auanti che sia formata l'inquisitione, possa procedere alla cattura, inquisitione, & tortura contra alli delinquenti con quelli indicii, & presontioni, che a lui parerà secondo la sua conscientia, & senza essere tenuto di dare copia de tali indicii, ouero presontioni all'incolpato, ne ad altri, senon come a lui parerà, senza altra dichiaratione, ouero pronuntia sopra tali indicii, & del medesimo modo & forma, che si contiene nelle nostre lettere Ducali registrate nelli statuti uecchi di detta nostra cittade, & secondo che e stato osseruato de gli altri nostri Podesta passati, alla forma delle quali lettere, & osseruanza di esse ci rimettiamo, non ostante prouisione, o altra cosa disponente in contrario. Et pero ui commãdiamo a fare registrare la presente nostra nel uolume delli statuti di detta nostra cittade a perpetua memoria, & che per l'auenire sia inuiolabilmente osseruato quanto si contiene in essa. Bene valete. Regii xxvi. Nouembris. M.D.XLVII. Alexander.

A tergo. Spectatis fidelibus nostris carissi. Dominis Conseruatoribus ciuitatis nostræ Mutinæ.

De emendatione incendii facienda per uillas, & de ordine superinde seruando. RVB. XXV.

ITem circa Statutum in libro tertio criminalium sub Rub. LVI. De emendatione incendii facienda per uillas in §. & si contigerit, vbi loquitur

quitur quod damnum emendari debeat,& partiri per capita habitantiũ in villis circumuicinis ab annis.XVI. ſupra, addiderunt, & correxerunt vt infra. uz.

Quod Domini Conſeruatores, & Domini Adiuncti, qui pro tempore erunt,ciuitatis Mutinæ,ſi requiſiti fuerint, debeant eligere tres probos viros,& honeſtos ciues Mutin. non poſsidentes bona ſtabilia in villis in ſtatuto nominatis tale damnum ſoluere debentibus de numero tamen prædictorum Dominorum Conſeruatorum, ſiue Dominorum Adiunctorum pro tempore exiſtentium,non attinentium uſque in quartum gradum incluſiue de iure canonico connumeran. illi cui incendium occurrerit. Et qui electi,ſeu eligendi eorum electionem minime recuſare poſſint,immo ad acceptãdum cogi,& compelli debeant per iuſdicentes Mutinæ,ſub pena infraſcripta ab ipſis Iudicibus auferenda, & Cameræ Ducali applicanda,& ſe informare habeant de cauſa damni prædicti, & de damno dato,& referre clare,& aperte ipſis Dominis Conſeruatoribus pro tempore exiſtentibus debeant,an damnum veniat emendandũ, vel non, per ipſas uillas,& ſi relatum fuerit per eos ipſum damnum emendan. fore ſecundum eorum conſcientiam per uillas,de quibus in ſtatuto,conſyderata quantitate personarum,& quantitate damni,& aliis,quæ ſibi ipſis vi debuntur conſyderanda,medio tamen eorum iuramento ſuam referre habeant æſtimationem dicti damni in ſcriptis ipſis Dominis Conſeruatoribus.Quæ omnia fieri debeant per ipſos ſic electos intra duos menſes ad plus,a die acceptationis eorum electionis ſic ut ſupra faciendæ, cum illo tamen moderamine, quod ſibi ſic electis uel eligendis videbitur eorum arbitrio,ſub pœna librarũ quinquaginta monetæ Mutinæ, ab ipſis electis auferenda,& pro dimidia Fiſco applicanda,& pro altera dimidia Communitati Mutinæ,ſi ſuam intra tempora prædicta non retulerint æſtimationem,parte tamen in dicto termino inſtante,abſq; ulla impenſa, & ſalario dictorum electorum,& litigii ſoluendo,vel ſoluenda,ſi acciderit, per Magnificam Communitatem Mutinæ. Et illa æſtimatio ſic, ut præmittitur,facta,ſit pro vera probatione damni,& pro uera ipſius damni quantitate,prout ipſi ſic electi,vel maior pars eorum retulerint.Quorũ quidem relationi ſtetur, & ſtari debeat omnino,& ab huiusmodi relatione minime appellari,querelari,vel de nullitate dici,vel in integrũ reſtitutio peti etiam ex capite enormis læſionis,vel alias quomodolibet,nec officium Iudicis implorari poſsit,vel ualeat,ſed præſens ſtatutum ſit truncum,& præciſum,& præciſe obſeruari debeat,nec non ad omnem inſtantiam damni paſsi cum effectu dicta relatio exequatur, & executioni mandetur per omnes,& quoſcunque iuſdicentes ciuitatis Mutinæ, quibuſcunq; in contrarium facientibus non obſtantibus,contra uillas in dicto ſtatuto nominatas,exceptionibus omnibus,& aliis cauillationibus,& cautelis quibuscunque remotis, præter exceptionem ſolutionis, & ſatisfactionis damni prædicti, feriis quibuscunque non obſtantibus, præterquam in honorem DEI. ſub pœna prædicta ab ipſis Iudicibus auferend. ſi

in ali-

in aliquo præmissorum defecerint, pro dimidia Fisco, & pro altera dimidia Communitati Mutinæ applicanda. Item & addiderunt verbum hoc scilicet, absolutionis, in Dicto met statuto in §. Et de his teneantur. D. prætor, ac Iudex Maleficiorum cognoscere diebus etiam feriatis, præterq; in honorem DEI, summarie, & expedire ipsam causam, seu causas absolutionis intra tempus, cætera vero in dicto statuto contenta firma maneant.

De Calculatoribus. RVB. XXVI.

ITem circa Statutũ De Calculatoribus Rub. XXI. in libro ciuilium addiderunt, & correxerunt ut infra videlicet.

Addentes dicto statuto statuimus, & ordinamus quod calculator ex forma statuti prædicti eligendus ad calculandum super peremptione instãtiæ, & termini probatorii, vel reprobatorii, vel aliorum quorumcunque tam in causa principali, & appellationis, quã in aliis quibuscunque causis, suum referre calculum intra tempora a statuto præfixa, simpliciter, & sine aliqua difficultate, uel conditione teneatur, & debeat, sed tantum decisiue, an instantia fuerit perempta nec ne, & an terminus probatorius uel reprobatorius sit lapsus nec ne, & vt supra in quacunq; causa, & instantia ut supra dictum est, ne amplius super prædictis disputari possit, habito tamen prius per ipsum calculatorem colloquio cum D. Iusdicente, arbitro, vel arbitratore, coram quibus verteretur lis, aut causa de quocunque dubio sibi occurrente, remotis deinceps uerbis illis in dictis calculis faciendis huiusmodi tenoris videlicet, quotiescunq;, si & quatenus, & omnibus aliis verbis calculum ipsum dubium reddentibus. Cui quidem relationi claræ, & apertæ ut supra, omnino & cum effectu stari debeat, remota omni appell. & null. dictione, & integrum restitutione etiam ex capite minoris ætatis. Cassaruntq; etiam pœnam impositam in dicto statuto parti opponenti de lapsu, vel non lapsu instantiæ, seu termini probatorii, vel reprobatorii ut supra, quia faciliter per partes ignorari potest de cursu instantiæ, & termini probatorii, vel reprobatorii vt supra. Cætera autem prædictis minime contraria, seu repugnantia in dicto statuto contenta firma manere habeant.

De officio pensatorum Macinæ. RVB. XXVII.

ITem circa Statutum in volumine victualium Rubrica XVII. De officio pensatorum bladorum in: § Quod teneantur notarii iurare in manibus. D. Iudicis Victualiũ, correxerunt illud statutum in illa parte hoc modo videlicet.

Quod hoc iuramentum per dictos. D. Notarios pensatores fieri debeat de cætero in manibus. D.D. Conseruatorum pro tempore existentium, pro ut omnes alii officiales, etiam Iusdicentes ex forma statutorum in manibus eorum Dominorum Conseruatorum iurare tenentur, cætera vero firma maneant ut in eo.

De Fornariis panem venalem facientibus. RVB. XXVIII.

ITem circa Statutum De Fornariis facientibus panem venalem, Rub. LV. in dicto volumine in §. Volumus. n. dictum panem fabricari debere iuxta dictum calmerium sub pœna sol. quinq; pro qualibet terria, seu manu dicti panis. Quam pœnam dictorum sol. quinq; reduxerunt ad soldum vnum pro qualibet terria panis. Cætera autem in eo statuto contenta transeant iuxta dicti statuti dispositionem.

De obedientia, & honorantia soluenda per laborantes de lignamine in arte lignaminis introire nolentes. RVB. XXIX.

ITem circa Statutum in dicto volumine sub Rub. XCIII. Quod quilibet possit laborare de lignamine, corrigendo ipsum statutū ne sit contrarium statutis artis fabrorum lignaminum.

Voluerunt, statuerunt, & ordinarunt, quod omnes laboratores de lignamine in ciuitate, vel districtu Mutinæ, qui non possunt, vel nolunt introire in dicta arte, cogi possint per massarios, vel homines dictæ artis, ad solutionem soldorum decem respectu habitantium in ciuitate, respectu autem districtualium ad solutionem soldorum, quinq; singulo quoq; anno tantum, & non ultra, ipsi arti pro obedientia, & honorantia in succursum expensarum dictæ arti in dies occurrentium. Cætera in dicto statuto contenta firma perdurent.

De operibus ad laboreria desuper præstandis super æstimo rurali ad pecunias diuiden. RVB. XXX.

ITem prædicti Domini Conseruatores, & Adiuncti super æstimo rurali villarum desuper, tale fecerunt statutum vt infra, gratia suæ Excellentiæ confirmandum, sub infrascripta Rubrica uidelicet.

De æstimo rurali uillarum desuper RVB. CV. in libro officiorum.

AD succurren. ne aliquis defraudetur, quoniam compertum est quod ad factiones quottidie occurentes super dicto æstimo grauantur habentes ut puta libras decem, prout grauantur habentes libras centum de dicto æstimo rurali in villis desuper, & ut æqualitas in grauamine, & oneribus in dies occurrentibus seruetur, quoniam iustū est quod qui maius habet commodum, maius & incommodum habere debeat, & ut facilius in reficiendis aggeribus & aliis in dies occurrentibus onera supportentur & ut citius operæ inueniantur.

Statuerunt, & ordinarunt quod de cætero facta descriptione operū de quolibet laborerio faciendo in uillis desuper iuxta importantiam laborerii per dominū Iudicem aquarū desuper, quod omnem descriptionem referre habeat Dominis Conseruatoribus pro tempore existentibus de laborerio faciendo. Et si dicti Domini Conseruatores cognouerint, & determinauerint illa facienda esse laboreria, committere habeant Domino Syndico ratiocinatori pro tempore existenti, ut super æstimo uillarū prædictarum

dictarum faciat,& per eum fieri debeat partita pro importantia dicti laborerii,partiendo dictam importantiam laborerii prædicti faciendi ad pecunias,& per æs,& per libram,ſuper æſtimo rurali prædicto in rationem,& ad rationem centenarii,decinæ,& libræ dicti æſtimi. Quam exigi & exequi cum effectu poſsit , & valeat dictus Dominus Iudex aquarum deſuper ab omnibus æſtimatis in dicto æſtimo indifferēter, & eos cogere poſsit ad ſolutionem dictæ impoſtæ captis pignoribus, & peeuniam exactam erogare in tot operibus pagatoriis. Hoc tamen addito quod , ſi aliquis æſtimatus voluerit francare portionem ſibi tangentem,ad dictum laborerium admittatur,dummodo ſit aptus ad laboran . arbitrio Domini Iudicis,qui tamen recuſari non poſsit, niſi fuerit in puerili ætate,ſenili & infirmitate aliqua impeditus,& conſtitutus reſpectiue.

HER: DVX:

E R C V L E S

Secundus Ferrariæ,Mutinæ,& Regii Dux Quartus,Carnutum primus,Marchio Eſteñ.Rodigii,& Giſordii Comes,Carpi Priñ.Prouinciarum Carfignanæ , Frignani, & Romandiolæ,Comacliq;,& Montis Arguti Dñs. Miſerunt ad Nos Sp̃. Conſeruatores,& Adiuncti Ciuitatis noſtræ Mutinæ,anteſcriptas Reformationes nuper per eos ſolemniter factas in pleno,& generali Conſilio ad omnia ſtatuta noua eiusdem noſtræ Ciuitatis,humiliterq; Nobis ſupplicari fecerūt ut eas approbare,& confirmare velimus. Nos autem cognita eorum relatione,per quos dictas Reformationes diligenter, & accurate perpendi, atq; examinari iuſsimus,ad bonum,& utilitatem publicam eas pertinere,prudenterq; admodum inſtitutas eſſe,libenti animo dictorū Sp̃. Conſeruatorum,& Adiunctorum uotis, ac petitionibus aſſenſi ſumus.
Tenore igitur præſentium noſtrarum patentium litterarum , & Decreti ſerie,ex certa ſcientia,& animo deliberato,ac de noſtra poteſtatis plenitudine,omniq; alio meliori modo,via,iure,& forma,quibus magis, melius, & efficacius poſſumus,eas ipſas Reformationes, & in eis contēta omnia, & ſingula,prout iacent de verbo ad verbum,approbamus, confirmamus validamus,& perpetuis temporibus rata,firma , & ſtabilia eſſe uolumus, & iubemus,mandamusq; inuiolabiliter prorſus obſeruari. Quibuſcunq; contrariis non attentis,ſub indignationis noſtræ pœna , & alia quàuis noſtro arbitrio imponenda. In quorū fidem,& robur præſentes noſtras litteras,& decretum fieri,regiſtrari,noſtriq; maioris Sigilli appenſione communiri iuſsimus. Datum Ferrariæ in noſtra Ducali Cancellaria die X. Februarii. M: D. L.

Alexander Guarinus.

In

LETTERE

In Millesimo a natiuitate Domini nostri Iesu Christi quingentesimo-quinquagesimo, Indictione, octaua die uigesimonono mensis Martii in tertiis.

PVblicatæ fuerunt supraſcriptæ Reformationes breuiter ſub tenore earum Rubricarum de vna in vna ſono tubarum præmiſſo per Nicolaum de longis, & Franciſcum de Serna publicos præcones Mutin. coram Magnifico Co. & Clariſsimo Iuris vtriuſq; Conſulto Domino Bartholomeo Mirolio de Monte Ceſtino Marchionatus Montis Ferrati digniſsimo Prætore Mutin pro Illuſtriſsimo Domino noſtro exiſtente, & ſedente in Sala Palatii Communis Mutinæ ad Tribunal Iuris ad inſtantiam Mag. Iu. Con. D. Io. Baptiſtæ Taſſoni hon. Prioris Mag. D.D. Conſeruatorum Ciuitatis Mutinæ, nec non & Spect. Il. Doc. D. Philippi Vignolæ Cauſidici Mutin. & Syndici ad cauſas Mag. Communitatis Mutinæ, Ibi præſentium, & ſic inſtantium, & fieri petentium inchoanda obſeruantia eorum poſt octauam Reſurrectionis Domini noſtri, præter ſtatutum De debitoribus non grauandis in feſtis Paſcalibus Rub. XXIII. quod obſeruari ſtatim debeat, me Andrea Manzolo Cancellario Mag. Communitatis legente, & publicante in forma. Præſentibus teſtibus Mag. Iu. Con. Domino Ferranto Caſtaldo, Ser Orpheo Sedazario, Ser Marco Caula, & Ser Io. Martino de Vecchis notariis Mutin.

LITTERAE GRATIAE
CAPITVLA, STATVTA, ORDINATIONES AD BENEFICIVM MAGNIFICAE COMMVNITATIS MVTINAE.

IN CHRISTI nomine amen. Anno à natiuitate eiusdem M. D. L. V. Indictione. XIII. die vero ſecundo menſis Septembris.

Coram Magnifico Comite, & Equite, ac I. V. Doct. D. Ioanne Maria Criſpo digniſs. Ciuitatis Mutinæ, eiusq; Diſtrictus Ducali Prætore exiſtente, & pro Tribunali ſedente Mutinæ, in Camera Audientiæ Magnificorum Dominorum Conſeruatorum, ibi in ſua ſolita Sede, & loco in conſilio, quem locum ad infraſcripta elegit, & ita fore, & eſſe pronunciauit omni meliori modo, &c.

Mag. Co. & Eq. ac. I. V. Doct. Mutin. D. Io. Caſteluitreus generalis Syndicus Mag. Communitatis Mutinæ de commiſsione Magnificorum Dominorum Conſeruatorum dictæ Ciuitatis uz.

Mag. D. Iul. Cæſaris Caſtaldi, Mag. D. Lodo. Caſteluitrei I. V. Doctorum Mag. Eq. D. Gaſparis Ferrarii. D. Barth. Fontanæ D. Barth. Maſetti D. Franciſci Bellincini q. D. Catelani. D. Iac. q. D. Alberti Valentini. D. Fontanæ de Fontanis. D. Annibalis Caualarini. D Bartho. Grilinzoni. D.

Petri-

Petripauli Superchii.D Antonii Liuizani: ibidem præsentiũ, & ita mandantium,institit per præfatum Dominum Prætorem committi publica ri,ad eorundem Dominorum Conseruatorum præsentiam,nec non mul torum Doctorum,Procuratorum, & Notariorum, ac aliorum Ciuium dictæ Ciuitatis,quasdã Litteras Illustrisimi,& Excelentiss.D.N. DVCIS circa causas ciuiles,& criminales per Magnificos D. Prætorem,& Dominum Iudicem Appellationum cognoscendas de cætero,& terminandas, ac quædam alia Capitula,& Concessiones,Statuta, & Prouisiones, pro vtilitate totius Ciuitatis Mutinæ,tenoris infrascripti.

℄ Qui Mag.D.Prætor existens,& sedens ubi supra, commisit per Sp.D. Franciscum Calorium Cancellarium dictæ Mag. Communitatis ibidem & in eius,& prædictorum omnium præsentia, sono Tubæ præmisso, dictas Litteras,Statuta,Prouisiones,& capitula publicari in forma consueta.Et ita in executione prædictæ commisionis dictus D,Franciscus Calorius,sono Tubæ præmiso per Franciscum de Longis publicum Tubicinem,dictas Litteras,Capitula,concesiones,& Statuta legit, & publicauit,alta,& intelligibili uoce,præsentibus ibidem supradictis Doctoribus Procuratoribus,Notariis,& alijs Ciuibus.

Et inter cæteros præsente Mag. I.V. Doct.D. Philippo Vignola, quem præfati Mag. D.D.Conseruatores rogarũt,vt, ꝑ communi vtilitate supra dictas Litteras, Gratias, Capitula,Statuta,& Concesiones imprimi facere velit. qui D. Philippus,vt bonũ decet ciuem, obtulit se paratisimũ quamprimum obtemperare voluntati D.D.Conseruatorum,&c.

℄ Præsentibus quoque testibus rogatis &c. uz,Ser Paulo, q. Eximij art. & medic.Doct.D.Io.Baptistæ de Fortetijs,& Ser Leonello q.D. Geminiani de Zauarisiis,& Francisco q. Io.de Sernis Tubicine.

℄ Ego Thadeus q.Egregii viri D.Hieronymi Zandorii Ciuis Mut. publicus Apostolica,Imperiali,& Communis Mutinæ autoritatibus Notarius, & dictæ Mag.Communitatis alter Cãcellarius prædictis, dũ sic vt supra agerentur,& fierent,interfui,& ea rogatus scribere scripsi,publicaui, & authenticaui, signo, & nomine meis consuetis.

HERCVLES DVX FERRARIAE. &c.

MEsser Ferrãte: voi vederete quello,che si contiene nella supplicatione,che introclusa vi mandiamo,delli nostri Conseruatori di Modona.Volemo,che si osserui,& essequisca quanto noi concedemo loro in virtu del nostro Rescritto ad essa annotato,& state sano.

Ferrariæ. xxix. Augusti. M. D. LIII.

A tergo. Gubernatori nostro Mutinæ. &c.

Illustrisimo,& Eccellentisimo S. Duca Singularisimo.

A Vostra Eccel.supplicano gli suoi fidelisimi seruitori Conseruatori del la sua Città di Modona,che quella si degni concedere alli detti Conseruatori quali per tempo saranno, di potere pronuntiare, & declarare Fe

rie

rie Repentine, quandocunque accadera in proposito, in quocunque foro da esser osseruate, per beneficio, & commodo della Citta, & sanità de corpi, & secondo gli constara a loro esser espediente, per esser cosa stata omissa dalli Statuti nuoui della Citta sua, per inauertenza forse, per conoscer loro a proposito, & disposto, si come s'osserua a Ferrara per il Giudice de xii Sauii, & questo di gratia singolare, hauendo il tutto per sufficientemente espresso cosio altrimente, non ostante cosa alcuna altracontraria, & hoc de gratia, si come, e detto.

Et ita concedit Illustrissimus D. DVX vt petitur.

Alex. Guarinus. xxix. Aug. M. D. LIII.

Hercules Dux Ferrariæ. &c.

Spectabiles fideles nostri dilectissimi. Hauemo hauuto per mano di messer Gioan Battista Tassone, & di messer Sismondo Morano vostri ambasciatori li Capitoli, che ci hauete mandati, insieme con la lettera uostra credētiale nelle persone loro. Et in risposta non ci occorre altro da dire, se non che li hauemo veduti, & uditi volentieri, & appresso fatti espedire del modo, che vederete per li nostri Rescritti ad essi Capitoli annotati, che qui inclusi vi rimettemo, & li quali volemo che per ciascuno di quelli, a chi pertiene, sieno osseruati, & essequiti secondo la continenza loro. Però quando vi piacerà, & verrà commodo, li potrete eshibire, state sani.

Ferrariæ. xxix. Octobris M. D. LIIII.

A tergo spectabilibus fidelibus nostris dilectissimis Dominis Conseruatoribus Ciuitatis nostræ Mutinæ.

Capitoli delle dimande, che fa a sua Eccelentia la Communità della sua Citta di Modona, per mezzo de suoi Ambasciadori

tralasciati il primo, & il secondo Capitolo.

¶ Terzo che sua Eccell. ordini, che i predetti Gouernatori, che saranno pro tempore, ne suoi Consultori, non possano pigliare Sportule, alli suoi Cittadini, ne distrittuali di Modona, nelle cause ciuili, ne criminali, se non specialmente delegate da sua Eccell. si come piu uolte e stato ordinato per S. Ec. & secondo che dispongono i Statuti della Citta predetta

¶ Illustrissimus Dominus noster Dux mandat seruari Statuta, & Ordinationes alias æditas, & confirmatas per eius Eccellentiam.

Baptista Sarrachus. 29. Octobris. 1554.

¶ Quarto che S. Ecc. ordini, & disponga, che i notai, & Canceglieri del predetto Signor Gouernatore circa i loro pagamenti, & mercedi di scritture da Cittadini di Modona, & da distrittuali non possano esigere se non quel tanto, che dispone la Tassa delli Notai di Modona, & quella inuiolabilmente habbiano da osseruare, si come altre volte e stato ordinato per suoi Eccellentissimi Antecessori.

¶ Quinto, che sua Eccell. non permetta, che i predetti Gouernatori riscotino

scotano per le prigioni del Castello piu di quello, che altre volte e stato tassato per li suoi Eccellentissimi Antecessori. Et similmẽte che non possano riscotere ne prigione, ne qual si voglia altra spesa da coloro, che sarã no trouati innocenti. Et che nelli criminali non vi sia altro Cauagliero, che quel del podestà.

Illustrissimus Dominus noster Dux mandat, quod in Ciuitate Mutinæ non sit alius Eques, nisi Eques D. Potestatis Mutin. prout hactenus obseruatum fuit. Et circa reliqua contenta in hoc quinto, & antecedenti Capitulo, Excellentia eius prouidebit in eius aduentu ad ipsam Ciuitatem Mutinæ.

Baptista Sarrachus. 29. Octobris. 1554.

DIchiarando, che non s'intende giamai per le sopradette dimande di voler prohibire, che i predetti Signori Gouernatori non si possano intromettere in tutte le cause per componerle, & accordarle, anzi desideriamo, che sue Signorie vogliano pigliarsi cura di far questo a commune beneficio di tutta la Città.

Francesco Camorano Cancell. di Commissione. &c.

Hercules Dux Ferrariæ. &c.

CONte Clemente. Qui alligati vi rimettiamo cinque Statuti, li quali ci ha fatto eshibire quella nostra Communità di Modona, supplicandoci per la confirmatione loro. Et perche, parendoci che sieno sopra cose giuste & ragioneuoli, noi gli habbiamo approbati, & confirmati, come vederete, vi dicemo con la presente che prouediate, che si osserui, & essequisca quanto si contiene nel rescritto nostro annotato alli detti Statuti, li quali restituirete alli agenti della predetta nostra Communitade. & state sano. Fareteli publicare ad ogni sua requisitione, accioche passino a notitia vniuersale.

Ferrariæ. 2 Augusti. 1555.

Sarrachus.

A Tergo. Gubernatori nostro Mutinæ.

De Nuntiatione noui operis,
Rubrica.

STatuimus, & ordinamus, quod si is, cui nuntiatum fuerit nouum opus comparuerit, & institerit nuntiationem, & seu præceptum nuntiationis reuocari. Et Nuntiante præsente, vel citato obtulerit fideiusionem de demoliendo, & secundum iuris formã, & dispositionem, & Nuntians non contradixerit, siue etiam contradixerit, & Nuntiatio ipsa fuerit euidenter, & notorie iniusta, (In quo Iudicis conscientiam oneramus) tunc præstita dicta fideiusione, nuntiatio, & seu præceptum Nuntiationis reuocetur, & possit nuntiatus procedere in opere; saluis tamen iuribus partium, & prout de iure communi huiusmodi in casu disponitur. Et præ-

missis saluis, si Nuntians experiri voluerit de iuribus suis, tunc porrecto per eum legitime libello, & seu qualiquali petitione sua, omnes dilationes, & tempora quæ seruantur, & seruari debēt in causis ordinariis, iuxta tradita in Statuto, De in ius vocatis, & venientibus, dimidiatæ, & dimidiata esse intelligātur ipso iure ex dispositione præsentis Statuti, & dicta causa cognoscatur, & decidatur intra dicta tempora sic vt supra, dimidiata, alioquin Instantia pereat.

¶ Si vero Nuntians contradixerit, dicens, hodie constat, hodie agatur, vel alia similia, siue æquipollentia verba, & nuntiatio tanquam notorie in iusta, & calumniosa non fuerit reuocata ut supra, tunc nuntiatio firma maneat, & supersederi debeat in opere, donec cognitum, & decisum fuerit de iuribus partium. Teneatur tamen ipse nuntians suam producere petitionem intra quinque dies continuos, parte altera præsente, vel legitime citata, si nuntiatio facta fuerit in Ciuitate, vel Burgis Mutinæ. Si vero facta fuerit extra dictam Ciuitatem, & Burgos, teneatur nuntians porrigere dictam petitionem intra septem dies continuos, alioquin nuntiatio euanescat, & pro non facta habeatur, & possit nuntiatus procedere in opere, ac si nuntiatio ei facta non fuisset. Et nihilominus si iterum, vel pluries eidem nouum opus nuntiaretur, tunc eis nuntiationibus non obstantibus, possit in opere procedere, dummodo satisdet de demoliendo, & prout ius commune circa formam huiusmodi satisdationis disponit.

¶ Et vbi Nuntians intra terminos prædictos respectiue suam produxerit petitionem, Statutus esse intelligatur nunciato terminus duorum dierū continuorum ad respondendum dictæ petitioni, quo termino duorum dierum elapso, reseruatis omnibus exceptionibus tā dilatoriis, ac peremptoriis, quam mixtis, ac cuiuscunque qualitatis in fine litis, immediate virtute præsentis Statuti intelligatur statutus esse partibus terminus septē dierum continuorum ad probandum, & probatum habendum, per omnem modum, & genus probationum. Et si in termino probatorio nullæ per testes factæ fuerint probationes, eo casu nullus assignetur, nec assignatus esse intelligatur terminus ad reprobādum; immo ipso iure concluſum sit in causa virtute præsentis Statuti. Si vero in termino probatorio per aliquam partium examinati fuerint aliqui testes, tunc finito dicto termino probatorio, statutus sit terminus quinque dierum continuorum proxime sequentium ad reprobandum, & reprobatum habendum per omnē modū, & genus reqroqationum. Et finito termino reprobatorio, teneatur nuntians præsentare processum Iudici causæ, ad finem ferendæ sententiæ, intra terminum sex dierum continuorum proxime sequentiū, alioquin instantia ipsi nuntianti pereat. Et dictam præsentationem possit etiā facere ipse nuntiatus quandocunque intra dictum terminum sex dierum.

¶ Et ipsa præsentatione facta, teneatur Iudex causæ suam ferre sententiam claram, & apertam, & non in confuso, nec per relationem ad acta, intra terminum septem dierum continuorum alioquin instantia pereat.

Nisi

Nisi Consilium Sapientis ab aliqua partium petitum fuerit, quo casu id fiat, quod in Statutis nostris est ordinatum. Eo addito, quod dictum consilium peti non possit, nisi intra duos primos dies dictorum septem dierum datorum ad sententiam ferendam. Et in omnibus casibus præsentis Statuti teneatur Consultor pñtare consilium suum intra quinque dies continuos, alioquin causa reuertatur ad ipsum Iudicem, qui ipsam terminet, perinde ac si dictum consilium petitum non fuisset.

¶ Et si in casibus præsentis Statuti aliquis etiam tertius ratione sui interesse appellare, seu de nullitate dicere voluerit, teneatur appellare, seu de nullitate dicere intra duos dies continuos a die scientiæ latæ sententiæ & deinde libellum appellatorium, & seu appellationem loco libelli producere intra dies quinque continuos. Et dicta appellationis, seu nullitatis causa eãdem habeat instantiam, & in ea omnia seruentur, quæ seruantur in prima instantia, & prout supra in præsenti Statuto in .§. Et vbi nuntians intra terminum, &c. est ordinatum, & dispositum, singula singulis congrue, & respectiue referendo. Et in euentum, quo nuntiatus reporta ret sententiam in suum fauorem in prima instantia, tunc præstita fideiussione de demoliendo vt supra, possit in opere procedere, non obstante appellatione ex aduerso interposita, seu interponenda.

¶ Et in omnibus casibus in præsenti Statuto compræhensis, & similiter in Interdicto, Quod Vi, aut Clam, & in aliis quibusque Interdictis, teneatur Iudex cuiuscunque instantiæ procedere summarie, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura Iudicii. Seruatis nihilominus dilationibus, & temporibus, ac aliis, de quibus in præsenti Statuto. Et non obstãtibus aliquibus Feriis, etiam repentinis, præterquam inductis in honorẽ Dei. Singula semper singulis congrue, & respectiue referendo, & vt res patitur.

De temporibus Appellationum, Rubrica.

STatuimus, & ordinamus, quod in omnibus casibus, in quibus siue de iure communi, siue ex Statutorum dispositione, siue ex forma delegationis, & commissionis, siue rescripti, procedi potest summarie, & sine Iudicii figura, tunc si contigerit per aliquam partium appellari, quo ad dilationes, & tempora, ac instantiam dictarum appellationum, seruentur & seruari debeant quæcunque tradita sunt in Statuto sub titulo, de temporibus appellationum, in ea parte, in qua loquitur, & disponit De temporibus, ac instantia appellationum ab interlocutoris meris, siue habentibus vim definitiuæ, quæ omnia hic pro expressis habeantur fictione præsentis Statuti. Nisi aliter per aliud Statutũ in appellationibus spetialiter esset prouisum, quia tunc volumus spetiale Statutum in casu suo obseruari. Et disposita in præsenti Statuto locum habeant, non obstante Statuto sub Rubrica De in ius vocatis, & venientibus, in .§. Declaramus etiã quod si contigerit aliquam cãm &c. cui etiã quo ad primã instantiã in hac parte derogamus. Disponentes quod tradita in Statuto sub titulo, De instantia Causarũ, in quibus non porrigitur libellus, &c. locũ habeant etiã

in cauſis delegatis cum clauſula, ſine figura iudicii, cæteris tamen traditis in dicto .§. Declaramus etiam, &c. firmis manentibus.

Prouiſio ſuper clauſula obligationis bonorum, & pacto Precarii, & Conſtituti poſſeſſorii, & pacto Exequtiuo non extenſis.

Rubrica.

PRouiſum eſt, & ordinatum, quod in quibuscunque inſtrumentis tam factis, quam faciendis, in quibus fuerit Clauſula obligationis bonorū non extenſa, ſed abbreuiata, ſeu cæterata, ac pactum Precarii, ſeu Conſtituti poſſeſſorii, vel pactum Exequtiuum non extenſum, ſed Cæteratum, ſemper dicta clauſula, & pacta non extenſa pro extenſis habeantur fictione præſentis Statuti, prout & quemadmodum huiusmodi clauſula, & pacta extenſa, ac expreſſa ſunt in proxime ſequenti prouiſione, & Statuto, mutatis nominibus, & aliis mutandis, ſingula ſingulis congrue, & reſpectiue referendo. Forma autem dictæ prouiſionis, & Statuti talis eſt. uz.

¶ Pro quibus omnibus, & ſingulis in præſenti inſtrumento contentis, & quolibet eorum obſeruandis, firmis, & ratis habendis, & tenendis, & pro dicta pœna ſic ut ſupra ſoluenda, dictus Titius obligauit, & hypothecauit dicto Seio creditori vt ſupra recipienti, & ſtipulanti ſe ipſum, & hæredes, & ſucceſſores ſuos, & omnia, & ſingula bona ſua præſentia, & futura, iura, nomina, & actiones. &c.

¶ Et quæ bona omnia ipſe Titius ſe Precario iure, uice, & nomine dicti Seii poſsidere conſtituit, ita quod eueniente termino ſolutionis, ſi ſolutio ipſa ad terminos reſpectiue prædictos, ut præfertur, facta non fuerit, tunc, & eo caſu, & ex nunc prout ex tunc, & e contra, liceat, & licitum ſit dicto Seio, & poſsit ſua propria authoritate, abſque Iudicis vel officialis licentia, authoritate, vel mandato, aut curiæ proclamatione, reuocato, vel non reuocato dicto Precario, ipſorum bonorum, & quorum ex eis elegerit, & voluerit tenutam ingredi, & corporalem appræhendere poſſeſsionem, & ipſa bona accipere, tenere, occupare, vendere, alienare, alteri obligare, & apud ſe, ſi voluerit, iuſto precio tunc æſtimanda retinere, & tam pro vera ſorte, quam expenſis, damnis, & intereſſe inde per eundē patiendis, & ſe in eiusdem bonis pro prædictis omnibus, & ſingulis indemnem, & penitus ſine damno conſeruare, nulla iuris, & Statutorum ſolemnitate ſeruata. Fructus vero, & introitus, quos interim ipſe Seius ex ipſis bonis percipiet, ſibi non computentur in ſorte, nec in aliquo pagamento, pacto ſic de prædictis omnibus, & ſingulis inter eoſdem contrahentes ſolemniter appoſito, & ſtipulato, &c.

Declaratio, & ſuppletio ad Statutum ſubtitulo de Reuocatione Precarii. &c.

INſuper quia Statutum ſub Rubrica; De reuocatione Precarii &c. tantum loquitur, & diſponit, quando in inſtrumento alicuius obligationis contineatur ſimplex pactum Precarii, propterea addentes dicto Statuto, & ipſum declarantes, & ſupplentes, Statuimus, quod diſpoſita in

dicto

dicto Statuto loco habeant,& procedant,quandocunque in Instrumento obligationis alicuius contineatur pactū precarii, vel constituti possessorii,cum bonorum obligatione, & facultate ingrediendi possesionem bonorum debitoris, & vendendi,vel penes se retinendi pro iusto precio. Et disposita in dicto Statuto locum sibi vendicent, non solum quando in Instrumento contineretur simplex pactum Precarii, vel simplex pactum Constituti, sed etiam quando simul contineretur utrumque pactum, & Precarii,& Constituti. Et vbi in Instrumento contineretur simplex pactū Constituti,vel pactum Precarii & Constituti simul, tunc in vtroque dictorum casuum (etiam absque alia Precarii reuocatione)possit creditor ingredi tenutam,& corporalem bonorum debitoris possessionem, & ad alia procedere,de quibus in dicto Statuto, seruatis dispositis in ipso Statuto, singula singulis congrue;& respectiue referendo,& adaptando,prout melius fieri potest.

De distractione rei immobilis obligatæ. Rubrica.

SI quis fuerit in mora soluendi creditori suo, & creditor corporaliter (& non per Constitutum,aut Precarium) possideat rem immobilem sibi a debitore pro credito suo siue in specie, siue in genere obligatam, & hypothecatam. Et pro satisfactione crediti sui velit distrahere dictā rem sibi obligatam,possit hoc facere interpellato debitore, & seruata forma, de qua in Statuto sub Rubrica,De Licitatione, & venditione pignorum, in ea parte,in qua Statutū prædictū loquitur de creditore heñte penes se aliquod pignus rei mobilis datæ a debitore. Eo addito, quod prius fiant æstimatio,& licitationes dictæ rei distrahendæ secundum formam traditam in Statuto sub Tit.de primo,& secundo Decreto contra non contumacem. Et si non fuerit inuentus emptor dictæ rei immobilis, siue etiam mobilis pignori datæ creditori per debitorem,tūc teneatur Iudex ad creditoris instātiam ipsi creditori dictā rem siue immobilem, siue mobilem in solutum adiudicare,sm̄ æstimationem factam, & sm̄ formam traditam in dicto Statuto sub titulo, De primo, & secundo Decreto contra non contumacem,quatenus adaptari potest,& prout res patitur. Et post lapsū tēpus interpellationis faciēdæ per creditorē,de qua in supradicto Statuto sub titulo,De Licitatione,&c.creditor vlterius debitorem expectare non teneatur.& ad distractionem,&ad venditionem,& ad alia,de quibus supra procedi possit,aliquibus in contrariū facientibus non obstantibus.Volumus tamen quod per dispositā in præsenti Statuto nullo modo derogetur aliquibus contentis in Statuto sub Rubrica, De iuribus, & actionibus non cedendis.

Illustrissimus,& Excellentissimus D. N. DVX ex certa scientia, & de plenitudine suæ potestatis approbat & confirmat suprascripta quinque Statuta in præsentibus Foliis descripta, uz.

Primum sub Rubrica, De operis noui nuntiatione.

Secundum sub Rubrica,de temporibus appellationum.

Tertium sub Rubrica, Prouisio super clausula obligationis bonorum

& pacto Precarii, & Constituti possessorii, & pacto Executiuo non extensis.

Quartum sub Rubrica, Declaratio, & Suppletio ad Statutum sub Titulo, de Reuocatione Precarii.

Quintum sub Rubrica, De Distractione rei immobilis obligatæ.

Et mandat ipsa Statuta, & quodlibet eorum inuiolabiliter obseruari in omnibus, & per omnia, prout in eis disponitur, & scriptū est.

Baptista Sarrachus. II. Augusti. M. D. LV.

M. D. LV. Indictione XIII. Die XIII. Augusti, in Tertiis.

¶ Mag. I. V. Doct. D. Io. Maria Crispus de Monte Ferrato Prætor Ciuitatis Mutinæ pro Illustrisimo, & Excellen. D.D.N. Duce Ferrariæ &c. existens, ac pro Tribunali sedens Mutinæ in Palatio Iuridico Communis Mutinæ, ad solitum Iuris Tribunal, instante Sp. I. perito D. Antonio Pignano Syndico, & Procuratore Mag. Communitatis Mutinæ, mandauit per Nicolaum de Longis publicum Præconem prædictæ Communitatis, sono Tubæ præmisso, & alta voce publicari supradicta Statuta. Qui Nicolaus Præco in executione prædictæ commissionis prædicta Statuta sono Tubæ præmisso, me Cancellario infrascripto dictante, publicauit alta voce.

Præsentibus ibidem. D. Francisco Pelliciario, & D. Guilielmo Villano Notariis Mutinæ testibus, &c.

Ego Franciscus Calorius ciuis, & Notarius Mutinæ, ac Cancellarius prædictæ Magnificæ Communitatis rogatus fui &c.

Hercules Dux Ferrariæ. &c.

SPectabiles fideles nostri dilectissimi. E stato qui a Noi messer Pietro Foschiero vostro Ambasciatore, & in nome vostro ci ha ricercato d'alcune cose. Io hauemo veduto, vdito, & espedito volentieri. Et in risposta della petitione per lui fattaci, Quanto alla prima parte, che e, che siano conosciute, & decise le cause per quel nostro Podesta, & non per lo Gouernatore, secondo che dite che dispongono li statuti. Vi diciamo, che da esso proprio Gouernatore, intenderete la determinatione, che ci hauemo fatto sopra, perche a lui ne hauemo scritto copiosamente Quanto alla seconda, che e, che'l Massaro habbia da giudicare col consulto del Giudice delle Appellationi, si come ci hauuete fatto dire che sempre si e osseruato, per lettere delli fattori nostri generali intenderete quanto circa cio si e ordinato. Quãto alla terza che a Carpi, Rubiera, & Sassuolo siano fatte Gride sotto grauissime pene, che niuno ardisca di rompere, ne di guastare le chiuse di Secchia, hauemo scritto alli Vfficiali delli detti luochi, che le facciano fare in opportuna forma, & le lettere sopra cio con lui porta il predetto vostro Ambasciatore. Quãto alla quarta che e, che scriuiamo quello che hauemo determinato sopra la essecutione della sñtia della decisione dell'acqua di Secchia, tra voi, & Reggiani, hauemo scritto alla nostra cõmunita di Reggio, che ci referisca qñto

le pare

le pare d'hauere da referirci intorno ad essa essecutione; accio che possia mo determinarci sopra. Et cosi hauuta che haueremo tal'relatione, ve lo faremo intendere. Alla quinta che parla del Signor Donno Alfonso, non accade dire altro. Ma alla sesta, che dimanda, che si come gli altri vo stri Vfficiali hanno portato sempre le armi, & cosi li deputati, & designa tori delle Cornelle, essendo dè primi Cittadini della Città, le possano por tare, Vi diciamo, che ci contentiamo, che le portino, & cosi ne diamo lor licenza che le portino, caso pero, che non sieno, come confidiamo, perso- ne scandalose. Alla settima, & vltima, che parla della ispeditione della supplica delli Canobii, non occorre dir altro. state sani.

Ferrariæ vii. Augusti. M. D. L V.

Alexander.

A tergo. Spectabilibus Fidelibus nostris Dilectissimis Dominis Conserua toribus Ciuitatis nostræ Mutinæ.

IN Christi nomine amen. Anno a Natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Indictione tertiadecima die vero trigesimo primo vltimo mensis Augusti.

¶ Coram Mag. Com. ac Iu. V. Do: D. Io. Maria Crispo dignis. Ciuitatis eiusq; distr. Mutinæ Ducali Prætore, Existente, & pro tribunali sedente Mutinæ, & in Palatio Iuris Com. Mutinæ, & in Camera audieñ. Mag. D. D. Conser. dictæ Ciuitat. Quẽ locũ ad infrascri. tm̃ specia. sibi elegit, &c.

COmparuit Mag. D. Io. Casteluetrius Co. & Eq. ac Iu. V. Doc. Mut. Generalis Syndicus Mag. Com. Mut. & debita cum reuerẽ tia noie Mag. Com. Mutin. exhibuit ipsi D. Potestati quasdam lit teras Ducales Mag. D: Gubernatori Mutinæ directiuas ad causas Ciuiles & Criminales facientes, per eius E. Mag. D. Prætori, & D. Iud. appellati. remissas, vt de cætero per eos cognoscãtur, & prout in ipsis litteris teno ris infrascripti, instãs committi fieri transũptũ Authenticum per publicos Notarios Mutin. ad perpetuam rei memoriã, & pro interesse Mag. Com- muni. Mutinæ, & totius Ciuitatis, ac Districtus eiusdem.

¶ Qui D. Prætor visis ipsis litteris, lectis, & intellectis, authenticis cum Sigillo. S. E. & manu D. Iacobi Azzaioli eius Cancellarii, commisit per me Thadæum Notarium infrascriptũ fieri Transumptum Authenticũ cũ ipso Originali collationatum, & authenticari, vna cũ infrascriptis egre giis Notariis Mutin. D. Io. Laurentio Villano. D. Nicolao Dragheto D. Bartholomæo Paganello. D. Petroioan. Seraphino de Ballotis D. Bar- tholomæo Pazano. D. Hieronymo de vecchis, & D. Marsilio de Sigitiis, Quibus pariter præsentibus, & audientibus præfatus. D. Prætor commi sit, vt vna cum me Notar. infrascripto ipsum Transumptum auscultent, & si cum Originali ipso concordare inuenerint, vna mecũ ipsi se subscri- bant in authentica forma. Et sic facta Copia per me Thadæum dicta- rum litterarum, & cum supradictis, & infrascriptis septem Notariis dili- genter collationata, ad præsentiam præfati D. Potestatis, ac testium infra

ſcriptorum,& concordante cum ipſo Originali,dicto Tranſumpto ſe ſub ſcripſerunt,& authenticarunt. Cui quidem Tranſumpto ſic collationato,& concordãti cum ipſo Originali ut ſupra, præfatus D. Prætor ut ſupra exiſtens ſuam, & qua fungitur, authoritatem interpoſuit,& Decretum, ac omni meliori modo, quo potuit,& poteſt, pronunciauit, & declarauit ad inſtantiam præfati D.Syndici dicto nomine,fidem dicto Trãſumpto fuiſſe,& eſſe adhibendam,prout,& ſicut ſuo vero, & authentico Originali dicta fides præſtanda venit,in iudicio, & extra, omni meliori modo. &c.

Tenor autem dictarum litterarum Tranſumptarum eſt. uz.

Hercules Dux Ferrariæ.&c.

CONte Clemente.Quella noſtra dilettiſs. Communita di Modona ci ha fatto ricercare piu uolte,che voleſsimo prouedere, che le cauſe Ciuili,& Criminali foſſero conoſciute per li Giudici ordinarii di quella Citta. Onde per torre via ancho le diſpute, che ogni qual di ſi fanno intorno a cio,Vi diciamo,& ordiniamo, che quanto ſia per le Cauſe Ciuili,da mo inãnti voi non v'intromettiate in modo alcuno nelle Cauſe, ch'hanno da eſſere conoſciute per quello Podeſta. Eccetto che nelle Cauſe de pupilli,vedoue,poueri,perſone miſerabili, de dori,& d'alimenti,le quali vogliãmo,che poſſano eſſere conoſciute,& terminate p voi, & ãcho vogliamo, che poſsiate intrometterui in accordare,& fare che ſenza ꝓceſſo ſieno eſpedite,& terminate tutte quelle differẽze,che haueranno ricorſo a uoi. Et ſimilmente ogn'altra Cauſa de Potenti con perſone deboli,& qualunque occorreſſe per publico bene, & quieto viuere di quella noſtra Cittade, che foſſe conoſciuta, & deciſa per voi.Intendendo però ſempre,che dette Cauſe quando foſſero comminciate dinanzi ad uno tribunale,sì debbano ancho iui finire,come comporta la giuſtitia.Quãto ſia ꝑ le cauſe Criminali, vogliamo che il detto noſtro Podeſta ne ſia cognitore,& determinatore,con l'interuenimento del Giudice del Maleficio,ſecondo gli Statuti,& ordini d'eſſa noſtra Cittade. Non intendendo pero di prohibire,che voi non poſsiate procedere,multare, & punire qualunque perſona che foſſe diſobediente a noſtri ordini,e Gride, ſi come hãno fatto i uoſtri preceſſori,con queſto pero, che doue ui biſognaſſe conſultore,detti Podeſta e Giudice s'intendano eſſer voſtri Conſultori Ordinarii,non intendẽdo pero di pregiudicare in conto alcuno al uoſtro Conſultore nelle Cauſe Ciuili. Di piu vogliamo, che poſsiate interuenire,& eſſer preſente alli eſſamini, che ſi faranno in dette Cauſe Criminali quando ui pareſſe,che o per importanza della coſa, o per qual'altra ſi uoglia cauſa gli foſſe biſogno dell'authorita uoſtra. Et tutto queſto intendiamo ancho per li Soldati, quali in eſſa noſtra Citta dimoreranno, quando ſaranno incolpati di furti, uiolenze,& ſimili altri obbrobrioſi delitti. E ben uero,che per ferite,homicidii, & riſſe, vogliamo,che uoi ſiate Giudice de Soldati con gli ſopranominati Conſultori, ſe ui biſognerano,

non

non intendendo pero, che in alcuno caso habbino da esser presi senza vo stra saputa. Et q̄sto, che hora scriuemo a voi, vogliamo, che s'intenda esser detto, & ordinato per voi, & vostri Successori per l'auenire, che di tempo in tempo saranno Gouernatori di quella nostra Città, & cosi sia intieramente osseruato, & tanto essequite. State sano.

Ferrariæ VII. Augusti. M. D. LV.

Alexander.

A tergo Gubernatori nostro Mutinæ.

Pro qualibet aſſignatione termini ad ſoluendum, vel ad eſſendum in concordia non præcedente ſententia, taxamus dimidium eius, quod pro ſententia diffinitiua,taxatum eſt infra.
Præcedente autem ſententia ſoldos quinque. ſol. v.
Pro qualibet ſñia interlocutoria lata ſine conſilio ſapientis ſold.tres. ſol. iij.
Cum conſilio autem ſoldos decem. ſol. x.
Pro qualibet ſñia,qua pronuntiatũ ſit inſtantiã peremptam, vel partes abſoluãtur ab obſeruatione iudicij cum conſilio,vel ſine ſol.viginti. ſol. xx.
Pro quolibet originali ſententiæ diffinitiuæ,infra quantitatem, vel valorem librar.quinquaginta lata cum conſilio,vel ſine ſoldos decem. ſol. x.
A libris L.excluſiue,vſq; ad libras centum incluſiue ſoldos viginti. ſol. xx.
A libris centum excluſiue per ſingula centenaria librarum, vſq; ad libras quingentas incluſiue ſoldos decem. ſol. x.
A libris quingentis vlterius pro ſingulis centenis ſoldos quinq;. ſol. v.
Pro copia vero authẽtica taxamus dimidium eius,quod taxatum eſt ſupra pro originali ſententia,ad quod ſoluendum teneantur omnes illi, de quorum intereſſe tractatur,exceptis tamen ijs in quorum fauorem lata ſit dicta ſententia,qui debeant ſoluere Notario totam mercedem pro originali, & copia ſupra taxatam modo quo dictum eſt. ſol. L.
Reſpectu autem forenſium(non compræhendendo tamen eos quorum appellationes deuoluuntur iure ordinario ad Iudicem appellationum Mutinæ) taxamus ordinarium dictum pro ſententijs,& copijs,& etiam vltra,ſecũdum quantitatẽ contentam in ſententia ſoldos duos pro ſingulis centenis.
Pro qualibet ſententia non continente quantitatem explicitam, ſiue valorem relinquimus arbitrio,& iudicio taxatoris electi,vel eligendi,ſed non excedat libras tres in totum. lib. iij.
Pro ſubhaſtationibus,incantibus redactis in ſcriptis,& factis ad tribunal iuris, ad ſcalas Palatij,& ad arengheriam ſimul, & ſemel, pro qualibet vice ſoldos tres. ſol. iij.
Pro qualibet oblatione in incantibus facta ab offerente ſoldos duos. ſol. ij.
Pro qualibet reuocatione precarij, vſq; ad lib.quinquaginta incluſiue facta iuxta formam ſtatuti ſoldos ſeptem. ſol. vij.
A libris quinquaginta excluſiue vſq; ad centum incluſiue ſol.decem. ſol. x.
A libris centum excluſiue vltra ꝑ quolibet centenario ſoldos duosl. ſol. ij.
Et ad ſummum quantacunq; ſit quantitas ſoldos viginti. ſol. xx.
Pro qualibet ſententia ad iudicationis in ſolutum,taxamus, vt dictum eſt pro ſententijs diffinitiuis.
Pro deliberatione plus offerenti in incantibus facta,taxamus tertiũ eius,quod de Inſtrumentis emptionum infra dicitur, ſi tamen illemet Notarius ſit rogatus de Inſtrumento conſequenti.

Si ve-

Si vero alius sit rogatus de Instrumento prædicto, dimidium eius, quod pro Instrumentis emptionum taxamus.

Pro Literis, Citatorijs, & Dimissorijs quibuscunq; sol. quatuor. sol. iiij.

Pro instru. Legalitatis, respectu Ciuium, & districtualium sol. quatuor. sol. iiij.

Respectu autem non Ciuium, & non districtualium sol. septem. sol. vij.

Pro mercede Notarij stantis ad venditionem pignorum, vsq; ad exactionē libr. centum ex ipsis pignoribus factam, vltra mercedem suarum scripturarū sol. dos decem. sol. x.

Et vltra libras centum pro qualibet libra denarios duos. den. ij.

Pro mercede Notarij euntis ex causa officij sui, extra Palatium iuris, per Ciuitatem, pro qualibet vice soldos duos. sol. ij.

Per suburbia vero soldos tres. sol. iij.

Extra circas autem, per districtum, vel ducatum Mutinæ p conficiēdo aliquo Instrumento, vel aliqua Scriptura singulis diebus sol. decem. sol. x.

Itē & impensā victus sui, & equi, & vecturæ ipsius equi, & deinde ēt habeat Notarius mercedem scripturarum suarum, sm̄ formā prælentium statutorum.

Pro qualibet appellatione interposita viua voce sold. vnum. sol. i.

Interposita vero in scriptis soldos tres. sol. iij.

Interposita autem coram honestis personis tam pro originali, quam authētico in totum soldos octo. sol. viij.

Pro Instrumento Appellationis, leuato in authentica forma sol. octo. sol. viij.

Pro qualibet instantia, & commissione inhibitionis, & inhibitione soldos quatuor. sol. iiij.

Pro qualibet sententia qua sit pronūtiatum appellationem desertā, vel non deuoluere, vel non esse deferendū, cum consilio, vel sine lata sold. viginti. sol. xx

Si autem sententia in causa appellationis lata non contineat quantitatē explicitam, taxetur congruenter, sed non excedat libras tres in totum, sicut dictū est de sententijs in prima instantia latis. lib. iij.

Pro qualibet relatione Nuntij, referentis se, pignora accepisse, vel pignora fuisse vetita, vel debitorem pariter detinuisse sold. vnum. sol. i.

Pro qualibet datione curatoris, vel tutoris in litem sold. sex. sol. vi.

Pro qualibet datione curatoris, vel tutoris, respectu bonorum quando præcedunt informationes soldos viginti. sol. xx.

Pro quolibet mandato ad negotia facto soldos quindecim. sol. xv.

Et vltra etiam pro quocunq; capitulo in eo soldos quatuor. sol. iiij.

Intelligatur autem, & sit dictum hoc de mandatis respectu illorum qui sunt de districtu, & ducatu Mutinæ, respectu vero Forensium, taxamus prout in eorum terris, & locis, taxantur Instrumenta Forensibus.

Pro quolibet Instrumento tenutæ datæ a tribus petijs terræ inclusiue infra, pro qualibet earum soldos octo. sol. viij.

Et similiter intelligatur a tribus domibus infra, vltra vero soldos quadraginta in totum, & non possit excedere. lib. ij.

Pro quolibet decreto iudicis interposito in instrumento, respectu alicuius minoris, soldos octo. sol. viij.

Reſpectu etiam mulieris ſoldos octo. ſol. viij.
Reſpectu etiam ſeptuagenarij ſoldos octo. ſol. viij.
Pro qualibet datione curatoris ad actum ſoldos octo. ſol. viij.
Pro actis factis coram arbitro, vel arbitris, taxamus prout de actis ciuilibus, dictum eſt.
Quo vero ad compromiſſum, & laudum ſimul taxamus prout de Inſtrumento emptionis infra dictum eſt, habito reſpectu valoris, contentorum in laudo, dummodo merces non excedat libras viginti in totum.
Pro quolibet compromiſſo, ſeparatim a laudo, ſi non ſequatur laudum ſoldos octo, ſi fiat etiam, per vtranq; partem. ſol. viij.
Si vero ſequatur laudum, rogato alio Notario, cogatur rogatus de laudo, dare tertiam partē mercedis pro laudo conſequutæ, alij Notario rogato de compromiſſo, in qua tertia computentur illi octo eidem taxati, vt ſupra.

¶ De mercedibus criminalium damnorum datorum, & Victualium.

PRo Notarijs deputatis ad criminalia, damna data, & victualia, taxamus, & reformamus pauca quædam ex ijs quæ ſunt deſcripta in ſtatuto nouo Ciuitatis, quibus exceptis reliqua omnia hic regiſtrari fecimus de verbo ad verbum, ne lectorem fatigemus incaſſum.
Pro qualibet deſcriptione pro maleficio facta in ciuitate, vel ſuburbijs, de rebus & bonis mobilibus, taxamus pro quolibet centenario librarum ſoldos quinq;. ſol. v.
Dummodo (ſit quanta eſſe velit æſtimatio bonorum) merces non excedat libr. duodecim. lib. xij.
Pro qualibet fideiuſſione ex cauſa maleficij præſtita in iudicio, & conſeruatione indemnitatis ſoldos quatuor. ſol. iiij.
Ex cauſa vero damni dati, cum copia etiam accuſationis datæ in autentica forma per Notarium, cui obuenit in diſtributione officium damnorum datorū ſoldos quinq;. ſol. v.
Et data fideiuſſione intelligatur poſitum accuſationi fuiſſe pendet, etiam ſi per Notarium poſitum non fuiſſet.
Pro qualibet accuſatione damni dati, ſimpliciter leuata in auctentica forma a Notario Præſidente accuſationibus ſoldos tres non vltra. ſol. iij.
Pro viatico Notarij in Criminalibus ſi iuerit extra ſuburbia, taxamus prout in ciuilibus, ſed huiuſmodi mercedem habeat de bonis delinquentis, ſi ſit vere culpabilis. Et ſi acciperetur tenuta, vel fieret deſcriptio de bonis immobilibus habeat mercedem a Fiſco, dante de bonis delinquentis culpabilis, vt ſupra.

¶ Hæc ſunt verba ſtatuti noui ciuitatis.

Habeant Notarij ad maleficia deputati, vel deputandi, de proceſſibus, & ſcripturis ad dictum officium ſpectantibus, per eos faciendis infraſcripta ſalaria, & non vltra, ſub pœna ſold. cētum Mutinæ, arti Collegij Notariorum applic. & quilibet poſſit accuſare.
De proceſſu inquiſitionum, denuntiationum & accuſationum, computato ſalario ſatiſdationis ſi acciderit ſatiſdare ſtando iuri, & de iudicatum ſoluendo,

vel

vel de se præsentando (qui processus non contineat effusionem sanguinis, vel mortem alicuius) quotquot in ipso processu compræhendantur, pro quolibet soldos octo. sol. viij.

De processu vero continente effusionem sanguinis, membri abscissionem, vel fractionem, aut furtum, de quo non sequeretur pœna mortis computato salario satisdationis, vt supra, pro quolibet inquisito, vel accusato soldos duodecim. sol. xij.

De processu pignoris vetiti si sequuta fuerit renuntiatio soldum vnum pro quolibet ab eo ad cuius instantiam talis fuerit accusatus. sol. i.

Et quod Notarij non possint, nec teneantur recipere aliquam accusationem pignoris vetiti, nisi primo fuerit solutum sibi a prædicto, ad cuius instantiam facta fuerit dicta accusatio de dicto soldo, & si sequeretur condemnatio sold. duos ab eo ad cuius instantiam facta fuerit accusatio, & aliter accusatio aliqua pignoris vetiti fieri non possit quas pecunias condemnatus, vel condemnandus reficere teneatur ei ad cuius instantiam condemnatus fuerit soldos duos. sol. ij.

De processu vero continente mortem alicuius, vel aliquorum scutum vnum auri pro singula persona nominata in ipso processu, computata etiam sentētia. lib. iiij.

Dicti vero Notarij nihil habere, vel percipere possint ab aliquibus inquisitis absolutis, siue absoluendis per sententiam, siue relaxarētur a carceribus, & condemnati non fuissent siue ex officio, siue per denuntiationem, siue per querelam massariorum villarum, vel capitaneorum cinquantinarum.

Si vero contigerit in futurum aliquem Notarium Maleficiorum ire in districtum Mutinæ occasione alicuius maleficij quòd dictus Notarius a Massario, siue communi dictæ villæ pro dicta andata aliqd petere, vel habere non possit, sed sibi solum solui, & satisfieri debeat in bonis delinquentis, & eius merces sit prout taxatum est infra per præsens statutū. Dicti vero Notarij maleficiorum nihil recipere, vel petere possint ab aliquo accusato pro aliquibus accusis, siue denuntijs singularium personarum cuiuscunq; generis sint ipsæ accusæ nisi ab accusante, excepto tamē quòd si accusatus veniret ad defensionem, tunc pro scripturis ipsius accusati sibi tantum solui facere possit. Et si sequuta fuerit condemnatio talis accusati, & condemnati ipse condemnatus teneatur reficere expensas accusanti. Et quòd Notarij deputati, seu deputandi ad officium tertij Iudicis pro accusationibus factis, vel faciendis coram prædicto D. tertio Iudice cuiuscunq; generis sint habere debeant, & possint soldum vnum tantum pro quolibet accusato, & pro qualibet accusatione, & non vltra. sol. i.

Et si processum fuerit super ipsa accusatione petere, & percipere possint salarium ordinatum per nostra statuta in causis ciuilibus, & de repertura, seu cācellatione cuiuslibet condemnationis non excedentis summam librarū decem soldum vnum. sol. i.

Si vero excederet summam librarum x. vsq; ad centum soldos duos. sol. ij.

Si vero excederet summam librarum centum cuiuscunq; condemnationis, etiā

si

si mortem persone contineret de qualibet soldos tres. sol. iij.

De qualibet accusatione, inquisitione, inuentione, seu denuntiatione, & de qualibet persona, si non fuerit condemnata soldum vnum tantum, & non vltra. sol. i.

Si vero fuerit condemnata soldos duos. sol. ij

Si vero aliquis se defendere vellet, ab eo petere, & exigere possint salarium taxatum iuxta formam statuti in causis ciuilibus, & de quolibet laborerio ciuitatis Mutinæ, vel burgorum, tam cinquantinarum, quam vicinantiarum, & communis, seu singularium personarum habere, & petere possint soldum vnum. sol. i.

Et quòd Notarij ad ciuilia deputati possint, & debeant salaria scripturarū, quas fecerint, consequi ab eo ad cuius instantiam scripturas fecerint, & ad instantiã creditorũ pignorari faciant debitores tantũ, & sibi ab ipsis creditoribus pro ipsis pignorationibus satisfieri faciãt & nihil habere, vel recipere possint a debitoribus, & præcepta ipsarũ pignorationũ ipsis creditoribus peretibus dare teneant, qui creditores a debitoribus recupare possint expẽsas factas.

Hactenus verba statuti noui Mutinæ.

¶ De mercedibus Instrumentorum, & vltimarum voluntatum.

PRo mercede autem Instrumentorum, videlicet venditionis, emptionis, donationis, dationis in feudum, promissionis de vendendo & retrouendendo, dotis, mutui, depositi, cessionis absolutionis, societatis, diuisionis, & additionis hæreditatis cum suo inuentario solemniter facto, si contineant valorem infra libr. vigintiquinq; inclusiue pro quolibet eorum taxamus soldos septem. sol. vij.

A libris vigintiquinque vsque ad quinquaginta inclusiue soldos duodecim. sol. xij.

A libris quinquaginta vsq; ad centum inclusiue soldos viginti. lib. i.

A libris centum vsq; ad ducentas inclusiue vltra soldos viginti pro primo centenario soldos decem. sol. x.

A libris ducentis vltra pro quolibet centenario soldos quinq;. sol. v.

Pro quolibet Instrumento locationis terrarum, domorum, bestiarum, & discipulorum ad summam soldos triginta. sol. xxx.

Et si præterea interueniat aliquod capitulum sold. quinq;, & non vltra. sol. v.

Pro quolibet Instrumento actoriæ, curæ, additionis hæreditatis, & protestationis soldos octo. sol. viij.

Pro quolibet Instrumento emancipationis soldos viginti. lib. i.

Pro quolibet Instrumento adoptionis soldos viginti. lib. i.

Pro quolibet Instrumento creationis Notarij absq; priuilegio Co. Palatini sold. decem. sol. x.

Pro copia vero priuilegij soldos quindecim. sol. xv.

Pro quolibet Instrumẽto legitimationis naturalium, & similiũ personarum ad summum sold. quadraginta absq copia priuilegij Co. Palatini. lib. ij.

Cum copia vero soldos quadraginta septem in totum. sol. xxxxvij.

Pro quolibet Instrumento Syndici, ad summum soldos viginti. lib. i.

Pro

Pro quolibet Instrumento diuisionis, taxamus vt supra dictum est de Instrumento emptionis,& venditionis,sed merces non excedat libras viginti in totum. lib. xx.

Pro quolibet Instrumento depositi facto in actis,& siue sit in magna, siue parua quantitate pecuniæ,vel rerum,si dabitur cum copia processus soldos decem. sol. x.

Si vero petatur leuari extra processum in publica forma, taxamus secundum valorem in eo contentum,prout de instrumento depositi, & emptionis supra dictum est.

Si in Instrumento,vel instrumentis vltra formam,& substantiam suam,erit aliqua narratio,vel fideiussio,vel pacta,& alia,pro quolibet illorum capitulorum soldos quinq;. sol. v.

Pro quolibet inuentario simpliciter facto ab hærede,vel vsufructuario, vsq; ad primum centenarium librarum, siue valorem correspondentem soldos viginti. lib. i.

A libris centum vltra,pro singulis centenarijs,soldos quinq;. sol. v.

Dummodo in tantum non excedat libras quatuor. lib. iiii.

Si vero sit inuentarium factū a tutore,vel a curatore sold triginta. sol. xxx.

Pro instrumentis emphyteosis,& liuelli,taxamus prout de instrumēto emptionis dictum est habito respectu ad æstimationem vtilis dominii tantum.

Pro singulis instrumentis innominatis,& non specificatis,taxamus prout de instrumento emptionis dictum est.

Pro qualibet descriptione bonorum iudicialiter facta in ciuili causa, taxamus dimidium ordinariæ mercedis dictæ de instrumento emptionis, habito respectu ad quantitatem,& valorem bonorum in descriptione contentorum.

Pro quolibet instrumento pacis si non interuenerit sanguis sine fideiussione soldos decem. sol. x.

Si interuenerit sanguis soldos viginti. sol. xx.

Si interuenerit mors soldos trigintaquinq;. sol. xxxv.

Pro qualibet fideiussione in illis instrumentis soldos quinq;. sol. v.

Pro quolibet Instrumento treuguæ cum fideiussione sol.quindecim. sol. xv.

¶ Pro quolibet testamento si substantia testatoris non excedat libras quinquaginta,taxamus soldos decem. sol. x.

A libris quinquaginta exclusiue vsq; ad centum inclusiue sol.viginti. lib. i.

A libris centum vltra soldos decem pro singulis centenarijs. sol. x.

Sed quantacunq; sit substantia testatoris merces non possit excedere libras decem. lib. x.

Pro singulis codicillis similiter taxamus,prout de testamentis dictum est, pro quantitate substantiæ in eis contentæ,si tamen tales codicilli non fuerint reuocati,si autem fuerint reuocati pro illis taxamus duplum rogitus,quem rogitum volumus esse sol.octo pro singulis reuocatis. sol. viii.

Et si plura testamenta facta fuissent ab vno,& eodem testatore, soluatur tantū tertia pars eius mercedis, quæ supra taxata est pro illo scilicet testamento, quod ab aliquo leuari petitum fuerit.

Et si

Et ſi illud met teſtamentum alias leuatum iterum a teſtatore, vel ab hærede leuari petatur, & leuetur, ſoluatur dimidium mercedis ſuæ ſupra taxatæ.

Hæres autem alicuius teſtatoris non compellatur, nec compelli poſſit ad leuandum aliquod teſtamentum niſi ſit teſtatoris vltimum, & ſi non ſit vltimū poſſit cogi tantummodo ad ſoluendum duplum rogitus, quem rogitū taxamus ſoldos quindecim. ſol. xv.

Nec etiam compelli poſſit ad leuandum codicillos reuocatos, ſed non reuocatos tantum, & pro reuocatis, vel non reuocatis reſpectiue, ordinamus vt ſupra de mercede pro illis taxata dictum eſt.

Et quæ de teſtamentis diximus, intelligantur dicta reſpectu eius Notarij, qui non ſit rogatus de vltimo, quoniam ſi fuerit rogatus de vltimo, volumus eū poſſe conſequi ſoldos decem tantum pro quolibet teſtamento non vltimo. ſol. x.

Pro ſimplici reuocatione cuiuſcunq; teſtamenti, taxamus ſecundum ordinem de teſtamentis ſupra dictum, habito reſpectu ad valorem contentum in illis teſtamētis reuocatis, ſed non excedat ſummam ſold. quadraginta. lib. ij.

Pro ſimplici reuocatione quorumcunq; codicillorum, taxamus ſecundum ordinem de codicillis ſupra dictum, habito reſpectu ad valorem contentum in codicillis reuocatis, dummodo non excedat ſummam libr. triū. lib. iij.

Pro qualibet ratificatione cuiuſcunq; contractus, vel inſtrumenti, ſi quantitas ſit explicita, taxamus tertiam partem mercedis, quæ deberetur pro inſtrumento ratificato, ſi non ſit explicita ad ſummam ſoldos quadraginta, & minus etiam arbitrio D. Syndici Palatij, inſpecta quantitate, & qualitate rei ratificatæ.

Pro qualibet conſeruatione indemnitatis, ſimiliter vt ſupra proxime dictū eſt.

Declaramus autem quòd forenſes, id eſt qui non ſunt de diſtrictu, nec Ducatu Mutinæ, quo ad acta fori, & ſcripturas factas in iudicio, vltra mercedem ſupra taxatam, ſoluere debeant ipſis Notarijs tertiam partem talis mercedis, de pluri.

Et in numero forenſium nequaquam compræhendantur illi, quorum appellationes iure ordinario deuoluuntur ad Iudicem appellationum Mutinæ, qui omnes pro ciuibus habeantur, reliqui vero non.

Quo autem ad mercedem Inſtrumentorum, & vltimarum voluntatum ſoluere debeant mercedem, qualem, & quantam in eorum ciuitatibus, & locis ſoluere debent Mutinenſes, ſiue forenſes.

Notarij poſſint cogere partes, quarum intereſt, & de quarum vtilitate agitur ad leuan. ſua inſtrumenta, teſtamenta, & vltimas voluntates, & ad faciēdum ſibi ipſis ſatisfieri de mercede prætaxata, quotieſcunq; ipſis Notarijs placuerit, quod locū habeat in præteritis, præſentibus, & futuris, ſi tñ illa documēta ſint perpetuo duratura, & non ad modicū tempus, & ſi ad modicū tēpus cogere quidem ſed non percipere, niſi rogitus mercedem, quem ex nunc taxamus ſoldos quatuor vſq; ad ſeptem inſpecta qualitate rei arbitrio Syndici Collegij: cuius conſcientiam oneramus, & cogere infra ſpatium vnius anni, poſt lapſum temporis in documento præfixi, & non vltra annum.

Et quo

Et quo ad acta fori, scripturas iudiciales, & sententias, nequaquam possint cogere ad leuandum, nec sibi ipsis satisfaciendum de aliqua mercede, post lapsum vnius anni a die litis finitæ in qualibet sua instãtia, quia tunc volumus præsumi eis fuisse satisfactum fictione præsentis statuti.

Et in omnibus casibus nequaquam possint cogere alium pro alio, sed illum, vel illos de quorum interesse agitur, & quorum nomine facta fuerint Instrumenta, documenta, & scripturæ.

Declaramus autẽ circa Instrumenta perpetuo duratura, & vltimas voluntates, quòd si illæ semel fuerint leuatæ, vel leuata in authentica forma, & iterũ ab aliquo volente leuari petantur, Notarius habeat solum dimidium mercedis debitæ ex ordine suprascripto, & sic cogere possit petentes ad eam soluen. si tamen petentes erunt ciues, vel districtuales sin minus suam totam, & integram mercedem.

Præterea quia frustra leges essent positæ nisi obseruarentur, præcipimus Notarijs inuiolabiliter, ne vltra taxationes prædictas quicquam minimũ possint, nec debeãt, etiam a sponte dare volentibus accipere sub prætextu etiam remunerationis sub pœna dupli eius quod acceperint, applicanda pro dimidia collegio Notariorum, & pro altera Cameræ Ducali Mutinæ, & acceptũ indebite restituant.

Præcipimus quoq; ne vllo pacto debeant originalia, quarumcunq; scripturarũ suarum factarum in iudicio, & extra accommodare parti, vel partibus, nec procuratoribus, nec aduocatis, nec Iudici, sed tantummodo ea ostendere, si ipsis Notarijs libuerit, & non aliter sub pœna libr. quinq; monetæ Mutinæ etiam applicanda, vt supra, proxime dictum est.

Ne autem quandoq; contingat aliquem Notarium ductum nimia auiditate lucri committere aliquid contra suum proprium honorem, & totius Collegij inuiolabiliter præcipimus ne quisquam exercens officium iuris, vel appellationis possit petere, nec consequi per se, vel Collegam mercedem vllam scripturarum suarum in iudicium & extra factarum, si de lucro, & emolumẽto vel commodo earum, vel causæ, aut litis in eis agitatæ, participat, aut communicet, vel pactũ de quota habeat cum procuratore, vel aduocato in actis suis, vel Collegæ litem illam agitante. Idq; probatum esse, concludenter volumus si euidenter sic constabit per duos testes fidedignos, & iuramentum eius contra quem agitabitur, quo probato Notarius participans loco pœnæ intelligatur esse, & sit per duos annos continuos ab officio suo, & ab omnibus alijs officijs Notariorum, & III. Communitatis Mutinæ, suspensus, & exclusus, & etiam vltra illud tempus ad beneplacitum D. Massariorum Collegij Notariorum inspecta qualitate facti.

Circa statutum Notariorum disponens de Instrumentis registrañ. in memorialibus Mutinæ, sub Rubrica X. Volumus loco eius seruari statutum nouum ciuitatis Mutinæ de verbo ad verbum sub Rubrica XCIIII de Instrumentis ponendis in memorialibus, cassato penitus, ipso Notariorum statuto.

Circa statutum de schedis, & protocolis Notariorum defunctorum, Rubrica XXIII. corrigendo addimus quod incæpta Notariorum Defunctorũ concedan-

cedantur a DD. iuſdicentibus in conſilio generali hæredibus, ſi extabunt ſin minus ſufficientibus viris de agnatione defuncti, vel præſentandis ab hæredibus, caſu quo ipſi hæredes non eſſent habiles, vel ab hominibus de agnatione nullis hæredibus exiſtentibus firmo manente dicto ſtatuto in reliquis ſuis partibus.

Circa ſtatutum Notariorum, de documentis per alium exemplandis Rubrica XIIII. addatur quòd (ex quo ordinatum eſt inſtrumenta, & ſcripturas publicas, datas per Notarium rogatum de illis, alij Notario ad exẽplan. per vtrũq; Notarium ſubſcribi, & authenticari debere). Si qua tamen hucuſq; facta, inuenientur, quæ ſint ſubſcripta ſolummodo Notarij manu de eis rogati permaneant, & nullo præiudicio ſuam firmitatem, & robur obtineant id quod habeat locum in præteritis.

Miſerabiles perſonæ pro Inſtrumentis, & ſcripturis ſuis quibuſcunq; pro eis factis, vel ipſis neceſſarijs ſoluant Notario de eis rogato, mercedem, qualem, & quantam iudicabit D. Poteſtas Mutinæ ſufficere, qui etiam iudicabit, nunquid tales perſonæ ſint miſerabiles, nec ne, & eius iudicio ſtabitur omnino.

Et prædicta omnia ſic taxata, reformata, & ordine ſuo digeſta, volumus inuiolabiliter, & indiſtincte obſeruari, & perpetuum robur obtinere firmis ſemper remanentibus, reliquis omnibus ſtatutis nouis ipſius Collegij æditis anno M.D.XLVIII. die XV. Decembris, ſed caſſatis, & annullatis penitus omnibus, & ſingulis ſtatutis, & maxime omnibus ſtatutis tam ſpecialibus, quam generalibus, & prouiſionibus, & conſtitutionibus hucuſq; factis quomodolibet in quantum ſint contraria præſentibus reformationibus noſtris, & omni conſuetudine antiqua, vel noua qualitercunq; obſtante penitus ſublata.

Vlterius mandamus prædicta omnia ſtatuta, & prouiſiones Collegij Notariorum, quæ non fuerint correcta regiſtrari debere in præſenti volumine ſtatuti, & reformationum, cum additionibus, & moderamine de quibus ſupra.

FINIS, Laus Deo.

MVTINAE.

Apud Paulum Gadaldinum. M. D. XC.

STATVTA COLLEGII DOMINORVM CAVSIDICORVM, ET SEV PROCVRATORVM INCLYTAE CIVITATIS MVTINAE.

MVTINAE, EX OFFICINA GADALDINA.
M. D. LIX. MENSE IVNIO.

M: D. L I I I I.

DIE VIII. OCTOBRIS, LVNAE.

MAGNIFICI Domini Conſeruatores Ciuitatis Mutinæ ſono campanæ, & more uſitato uocati fuerunt in Senatum, ut de rebus publicis conſilium inter ſe caperent, deliberarentq;.

Conuenerunt autem omnes infraſcripti.
Magnificus Dominus Iacobus Valentinus Prior.
Magnificus Dominus Albertus Balugola Eques.
Magnificus Dominus Gaſpar Manzolus.
Dominus Iacobus Rhenus.
Dominus Antonius Folianus.
Dominus Thomas Fontanus.
Dominus Nicolaus Caſteluitreus.
Dominus Hippolytus Carandinus.
Dominus Sebaſtianus Pazanus.
Adfuit Magnificus Dominus Prætor.
Adfuit & Dominus Syndicus Generalis.

¶ Qui Domini Conſeruatores iuſſerunt in Senatum ad ſe ſe uocari Dominos Cauſidicos eiuſdem ciuitatis Mutinæ.

Eorum autem, qui adfuerunt, hæc ſunt nomina. D. Philippus Vignola. D. Dominicus Mazonus. D. Io. Silingardus. D. Ioannes Andreas Manzolus. D. Ioannes Auguſtinus Pignatus. D. Andreas Barocius. D. Ioannes Laurentius Villanus. D. Antonius Prignanus. D. Hieronymus Luchinus. D. Franciſcus Taſſonus. D. Ioannes Baptiſta Scodobius.

Hos cum in Senatu adeſſent, rogarunt, ut ſine ulla mora Collegium ordinis ſui conſtituere uellent, idq; ornatiſſimis, atq; æquiſſimis Decretis honeſtarent, ac in ipſum, abſq; controuerſia aliqua, acciperent, cooptarentq; eos omnes, qui cauſas hactenus dicere conſueuerunt. In poſterum uero eis poteſtatem fecerunt, ut ipſis liceat ſuo arbitratu ſtatuere, quinam in idem collegium accipiendi ſint, necne. Quod ſi fecerint (ut ſperant) nihil huic Magnificæ Communitati hoc tempore gratius, & eorum ordine dignius, atq; laudabilius ab eis fieri poterit.

Qui quidem Cauſidici uno omnium ore reſponderunt, ſe eſſe pa-

ratos, eorum precibus ſemper obedire, atq; hoc factum maxime laudare. Quibus Domini Conſeruatores gratias egerunt quammaximas. Et præterea rogarunt Dominum Philippum Vignolam iuris ſcientia præditum, ut huius collegij Decreta quãprimum facere uelit, eiq; negocium hoc dederunt: quod & libentiſſime ſuſcepit, & Decreta ipſa ſe eſſe facturum ipſis recepit. Rogantes me Notarium infraſcriptum, & Magnificæ Communitatis Cancellariũ & ipſi Domini Conſeruatores & Domini Cauſidici, ut omnia ſupra ſcripta literis mandarem, & Inſtrumentum publicum unũ, ſeu plura, quoties opus erit, ex Exemplari meo deſcriberem.

Acta hæc ſunt in Senatu ipſo, præſentibus teſtibus adhibitis atq; rogatis, Magnifico Domino Paulo Liuitiano, Ioanne Baptiſta Saxomarino, & Franciſco Serna ciuibus Mutinentibus, &c.

¶ Ego Franciſcus Camuranus quondam Domini Bernardini Boſii filius, ciuis Mutinenſis, publicus Apoſtolica, Imperiali, & Communis Mutinæ authoritate Notarius, ac eiuſdem Communis nunc Cãcellarius ſupra ſcriptis omnibus interfui, & ea rogatus ſcripſi, & ſignum, nomenq; meum, more meo, in margine appoſui, &c.

HERCVLES DVX FERRARIAE &c.

MESSER' ALFONSO: Voi uedrete dal Reſcritto noſtro annotato alla litera ſcrittaci dalli Conſeruatori di coteſta noſtra Citta, quanto ſi contentiamo di concedere alli Procuratori d'eſſa Citta, a contemplation' loro. Pero col mezo di queſta noſtra ui dicemo, che facciate, che gli ordini, & Capitoli, li quali ſono quindeci, che da eſſi Procuratori, o ſuoi agenti, ui ſaranno eshibiti, ſiano omninamente oſſeruati. Et ſtate ſano.

Ferrariæ. 18. Aprilis. 1559.

A tergo. Gubernatori noſtro Mutinæ, &c.

Illuſtriſſimo,& Eccellentiſſimo S. noſtro oſſeruandiſſimo.

PER gli Spettabili Procuratori di queſta ſua fideliſſima Citta e ſtato preſentato a noi certi ſuoi Capitoli,& ſupplicato,a uolergli cõcedere licentia di fare un Collegio de Procuratori; Quali ſon ſtati uiſti, & diligentemente eſaminati p̃ noi.& conſiderando di non potere fare tal conceſſione ſenza l'autorita,& ſpecial conſenſo di V. E. Illuſtriſſ. con queſta noſtra di credenza gli mandiamo a quella, con pregarla; che ſi degni di ſpecial gratia approuargli,& concedergli licentia, che in queſta Citta eſſi Procuratori poſſino fare un' Collegio, ſecondo la forma & il modo de detti Capitoli. & con tal fin', pregãdogli da Iddio ogni felicita, humilmẽte ſe gli raccomandiamo. Di Modona,il di XXX. Decembre. 1558.

Di Voſtra Eccellentia Illuſtriſſima

Fideliſſimi ſeruitori

Gli Conſeruatori di Modona.

¶ Illuſtriſſimus Dominus Noſter DVX ex certa ſcientia cõcedit ſupplicantibus licentiam, & authoritatem inſtituendi dictũ Collegium Procuratorum,iuxta formam,& ſecundum continentiam, ordines,& modum Capitulorum exhibitorum.

Baptiſta Sarrachus XVIII. Aprilis. 1559.

A tergo. Allo Illuſtriſſimo & Eccellentiſſ. Signore il S. Duca di Ferrara Signore noſtro oſſeruandiſſimo.

IN CHRISTI NOMINE. AMEN. Anno Natiuitatis eiuſdem M.D. LIX. Die XXII. Aprilis,in tertiis hora iuris. Magnifici Domini Procuratores huius Ciuitatis Mutinæ præſentarunt actualiter Illuſt. Domino Domino Alfonſo Trotto generali digniſſimo pro Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo D.Duce noſtro &c. prædictæ Ciuitatis Mutinæ Gubernatori quaſdã literas Ducales. D. S. directiuas, una cum quibuſdam Capitulis Collegii ipſorum

Cauſidicorũ, obtentis & impetratis ab eius Excel. pro inſtitutione dicti eorum Collegii, inſtantes eas,& ea aperiri,& admitti, &c.

Qui Illuſt. D. Gubernator ubi infra exiſtens prædictas literas,& Capitula accepit,aperuit, & admiſit, &c.

Actum in Caſtello prædictæ Ciuitatis Mutinæ,& in camera audientiæ præfacti Illuſt.D.Gubernatoris,præſentibus teſtibus,uidelicet,D. Benedicto Bartholomaſio.D.Chriſtophoro Scalabrino,& Bernardino Taſſono Notariis, &c.

Ego Gentilis Albinus Cancellarius,& Notarius rogatus fui,&c.

Die V. Maii, in tertiis, hora iuris.

¶Supradictæ literæ Ducales una cum Rubricis prædictorum Capitulorum publicatæ fuerunt per me Gentilem Albinum Cancellarium infraſcriptum in Palatio Communis Mutinæ,& ad bancum iuris, coram omnibus Magnificis Procuratoribus præfatis audientibus & intelligentibus, Magnif. D. Prætore Mutinæ pro tribunali ſedente,& ius reddente, ſonoq; tubæ præmiſſo per Franciſcum Sernam publicum præconem Magnificæ Communitatis Mutinæ.

Quibus Dominis Procuratoribus ex parte Illuſt. D. S. etiam intimaui,qualiter eadem eis aſſignat tempus per totum præſentem menſem,ad fieri faciendum, & ſe ſe eas induendum pro eorum habitu, ueſtes oblongas,de quibus in dictis Capitulis diſponitur,ſub pœna decem librarum pro quolibet eorum contrafaciente, applida cameræ Ducali,ultra alias pœnas,de quibus continetur in Capitulo ſpeciali loquente de eis,&c.

Qui omnes Magnifici D.Procuratores prædicta benigne,& quiete audiuerunt: & eidem Illuſt. D. Gubernatori gratias quamplurimas egerunt.

Præſentibus quoq; teſtibus,uidelicet,Domino Ioanne Feſtaſio, Domino Ioanne Lodouico Carandino, D. Antonio Montanario Notariis,& Domino Bernardino Taſſono,&c.

¶Ego Gentilis Albinus filius quondã D. Octauiani,ciuis,& Apoſtolica,& Imperiali authoritatibus Notarius publicus Ferrarien.& Mutinenſis,& Cãcellarius Ducalis ĩ Regimine Mutinæ, ſupraſcriptis omnibus & ſingulis præſẽs fui,eaq; rogatus ſcribere ſcripſi, publicaui, & authenticaui ſigno & nomine meis conſuetis.

IN CHRISTI NOMINE: AMEN. Anno a natiuitate eiuſdem milleſimo quingēteſimo quinquageſimo nono, Indictione ſecunda, die uero Sabbati, ſexto Menſis Maii.

¶ Si congregorno i Signori Conſeruatori della Citta di Modona, dal ſuono della campana chiamati, & a richieſta delli Noncii del Cōſiglio, de Cōmiſſione del Magnifico Meſſer Pietro Fuſcheri loro Priore, per trattare i publici negocii della Citta, eccetti,

M. Aleſſandro Taſſone, e'
M. Paulo Superchio,
Alla preſentia delli Magnifici Signori Syndici.
V'interuenne il Magnifico Sig. Podeſta, che ſedete al ſolito loco.
Fra le altre coſe ordinate & trattate nel preſente Conſiglio, fu ordinato queſta, uidelicet.

Per gli Statuti de Signori Procuratori.

Franceſco Serna publico Trombetta referſe, hauere publicato gli Statuti de Signori Procuratori al Bancho della raggione, nel tempo, ch'el Signor Podeſta rendeua raggione, ſonata la Tromba.
Et parimēte referſe, hauere publicato detti Statuti all'Arenghiera, ſonata la Tromba, & letti per me Paulo Luchino Nodaro.
Alla preſentia de M. Mattheo maria Zarlata, & de M. Zanfranceſco Galliano Cittadini Modoneſi.

¶ Ego Thomas filius quondam Domini Iacobi Seghitii ciuis, ac publicus Apoſtolica, Imperiali, & Communis Mutinæ autoritatibus Notarius, & de præſenti unus ex Cancellariis Magnificæ Communitatis Mutinæ prædictis præſens fui, & ea rogatus ſcribere ſcripſi. Et quia præſens exemplum extractum ex Vaccheta Magnificæ Communitatis Mutinæ cum Originali auſcultatum concordare inueni, hic me ſubſcripſi, publicaui, & authenticaui, ſigno, & nomine meis conſuetis appoſitis, de commiſſione & mandato Magnificorum Dominorum Conſeruatorum, ad inſtantiam Magnificorum Dominorum Procuratorum, licet aliena manu ſit ſcriptum, &c.

STATVTA COLLEGII DOMINORVM CAVSIDICORVM ET SEV PROCVRATORVM CIVITATIS MVTINAE.

De Collegio Cauſidicorum ſiue Procuratorum Ciuitatis Mutinæ faciendo,& conſtituendo. Rub. I.

QVONIAM ob imperitiam Cauſidicorũ & ſeu Procuratorum ad lites & cauſas, litigantes incommodis ac diſpendiis plærumq; affici notum eſt: propterea pro bono communi, cupientes cauſas & lites per uiros iuris peritos agitari, ſtatuimus & ordinamus, quod fiat & conſtituatur Collegium cauſidicorum & ſeu Procuratorum Ciuitatis Mutinæ, in quod nullus poſsit deſcribi, nec recipi, niſi prius operam dederit ac ſtuduerit iuri ciuili,ſaltem per biennium, ac per tempus biẽnii audiuerit aliquem iuriſconſultum ius ciuile publice & in loco publico profitentem, docentemq; & interprætantem, & niſi prius obtinuerit licentiam & facultatem procurandi & procuræ officiũ exercendi a Mag. D. Prætore Mutinæ & D. Priore dicti Collegii, qui pro tempore fuerint. ac niſi ſit maior annis. xx. ætatis ſuæ, & ſoluerit ipſi collegio ſeu D. Priori dicti collegii pro dicto collegio recipienti libras.3. monetæ Mut.& niſi ſit originarius ciuis Ciuitatis Mutinæ,origine propria, uel ſaltem paterna. & niſi in ipſa Ciuitate habitet, atq; onera cum aliis ciuibus Ciuitatis prædictæ ſuſtineat: exceptis tamen immunibus ob numerum duodecim liberorum,qualis eſt D. Philippus Vignola,qui rogatu, mandatoq; Magnificorum Dominorum Cõſeruatorũ Ciuitatis Mutinæ præſentia ſtatuta compoſuit. Et ſi quis cõtra formam & diſpoſitionẽ præſentium ſtatutorũ in collegium prædictum admiſſus fuerit, huiuſmodi receptio & admiſsio nullo modo ualeat.

Et quo facilius diſpoſita in præſentibus ſtatutis executioni tradãtur, & effectum conſequantur, ſtatuimus & ordinamus, quod in ſupra dictum collegiũ ipſo iure uirtute præſentis ſtatuti recepti ſint & eſſe intelligãtur,omnes in calce præſentis ſtatuti nominati & deſcripti: attento, quod ipſi a quamplurimis annis & citra continue officium procuræ in Ciuitate Mutinæ exercuerunt, & in poſſeſſione uel quaſi exercendi fuerunt, ac in præſentia exiſtunt. Et inſuper ſtatuimus, quod in primo anno, poſt factam præſentũ Statutorum. approbationem, Prior dicti collegii ſit & eſſe intelligatur ſuperius ac inferius nominatus D. Philippus Vignola. Nomina autem, & cognomina prædictorũ in dictũ collegiũ ut ſupra receptorũ ac admiſſorum ſunt hæc.ſ. D. Philippus Vignola, D. Dominicus Mazonus. D. Io. Andreas Manzolus. D.Io.Auguſtinus Pignata. D. Io-

annes Silingardus. D. Antonius Codebos. D. Antonius Prignanus. D. Andreas Barocius. D. Io. Laurentius Villanus. D. Marsilius Seghicius. D. Io. Baptista Scodobius. D. Hieronymus Luchinus. D. Nicolaus Draghetus. Quibus ex mandato præfatorum Dominorum Conseruatorum additi sunt. D. Hercules Capellina. D. Iulius Miradula, & D. Paulus Forteza.

De Priore dicti Collegii eligendo, & de his, ad quæ tenetur. Rub. II.

STATVIMVS, quod singulis annis eligi debeat unus de Collegio dict. D. Causidicorum, qui præsit & sit Prior ipsius Collegii, hoc modo. Nam uolumus, quod nomina & cognomina omnium Causidicorum descriptorum in Matricula dicti Collegii, maiorum annis. 30. & Iuris peritorum describantur, & describi debeant unumquodq; seperatim super Breuibus in membranis. & postea ponantur, & claudantur in una capsula, quæ simul cum claui remanere debeat penes. D. Priorem dicti Collegii. & singulis annis in die festiuitatis Sancti Ioannis Euangelistæ mensis Decembris, uocatis Causidicis dicti Collegij, saltem per sonum campanæ, ad uidendū fieri extractionem infrascriptam, per Priorem ipsius Collegii extrahatur unum ex dictis breuibus. Et ille causidicus, cuius nomen reperietur in dicto breui extracto, sit & esse intelligatur Prior ipsius Collegii, pro anno proxime futuro: dummodo sit præsens in Ciuitate Mutinæ. Et in principio sui officij iurare teneatur in manibus. D. Prætoris Mutinæ, & Dominorum Conseruatorum, & D. Prioris, qui in anno præcedenti præfuerit, quod fideliter ac diligenter officium suum exercebit, & Collegij ipsius statuta seruabit, ac seruari faciet. Qui Prior finito anno, & officio suo, rationem administrationis suæ successori suo intra dies. X. continuos reddere teneatur, cū reliquorum consignatione, sub pœna librarum decem ipsi Collegio applicanda. Nec ille, qui uno anno extractus pro dicto Priore fuerit, possit amplius esse Prior ipsius Collegij. & nomē & breue. D. Prioris extracti non possit remanere, nec reponi in dicta capsula, donec finita fuerit extractio dict. omnium nominum, & breuium. Et omnes Priores extrahendi, & eorum nomina & cognomina scribantur & scribi debeant in Matricula dicti Collegij literis maiusculis per Notariū ipsius Collegij ordine seruato. Et in ultimo anno dictæ extractionis, de mense Aprilis, de mandato ipsius. D. Prioris uocatis iuris peritis dicti Collegij per sonum campanæ, fiat per D. Priorem, & ipsos iuris peritos noua dict. breuiū descriptio: & ponantur, & claudātur, ac extractio fiat, ut supra, & omnia alia fiant, de quibus in præsenti Statuto disponitur, singula singulis congrue, & respectiue referendo. & ita in perpetuum obseruetur.

Quod Cauſidici teneantur parere mandatis D. Prioris ſui. Rub. III.

STATVIMVS & ordinamus, quod in pertinentibus ad dictum Collegium Cauſidicorum, & ad coadunationem Collegij faciendam, & ad tractandum, & deliberandum de negocijs ipſius Collegii, & prout opus fuerit, quilibet deſcriptus in dicto Collegio teneatur obedire mandatis. D. Prioris ipſius Collegij, & conuenire in loco deputato, quem locum eſſe uolumus, & declaramus cameră Collegij Notariorum Mutinæ, ſub pœna ſoldorum. XX. pro quolibet contrafaciente, & quotieſcumq; contrafactum fuerit, applicanda pro dimidia cameræ Ducali, & pro altera dimidia ipſi Collegio Cauſidicorum.

De Iuramento Cauſidicorum. Rub. IIII.

QVilibet Cauſidicus & ſeu Procurator, cũ intrat dictum Collegium, & in ipſum admittitur, teneatur iurare ad Sancta Dei Euangelia in manibus dict. D. Prætoris, & Dominorum Conſeruatorum, & D. Prioris Collegij Cauſidicorum, quod lites & cauſas, in quibus fuerit Procurator, legaliter, ac fideliter procurabit: & omni cum cura, & diligentia officium ſuum exercebit, & ueritatem non occultabit, & pro uiribus ſuis per principales ſuos occultari nõ permittet, nec cauſas in longum protrahet.

De electione Notarij Collegij prædicti. Rub. V:

STATVIMVS, quod quolibet anno in ſupra dicto die feſto Sancti Ioannis Euangeliſtæ eligatur per dict. Priorem & Procuratores unus Notarius de Collegio Notariorum Mutinenſiũ, qui ſit Notarius dicti Collegij Procuratorum pro anno proxime futuro. Et pro ſuo ſalario habere & percipere debeat a quocumq; ingrediente, & admiſſo in ipſo Collegio ſoldos. 30.

De Officio Notarij prædicti. Rub. VI.

STATVIMVS, quod dictus Notarius ipſius Collegij teneatur ſemper adeſſe, quando aliquis admittetur in Collegium præfatũ: Et de mandato dict. Prioris, & Procuratorum ſcribere approbationes, & acceptationes, & omnes determinationes, & ordinationes Collegij prædicti: Et omnia & ſingula acta, Inſtrumenta, & alia negocia ſpectantia ad dictum Collegium Cauſidicorum.

De his, qui non poſſunt Officium procuræ exercere. Rub. VII.

STATVIMVS, quod nullus, qui non ſit deſcriptus in dicto Collegio Procuratorum, poſſit officiũ Procuræ exercere pro alio.

Et quod nullus posit esse actor, uel Syndicus, aut curator, uel tutor pro alio in iudicio, nec sub quocumq; alio nomine pro alio í iudicio cõparere, uel interuenire, in Ciuitate, uel Districtu Mutinæ, in litibus & causis iudicialibus, siue ciuilibus, siue criminalibus, siue mixtis, coram aliquo Iudice, uel officiali, ordinario, extraordinario, delegato, subdelegato, arbitro, arbitratore, ac quocumq; alio Iudice, quocumq; nomine nuncupetur, sub pœna librarũ. xxv. applicãda pro dimidia ipsi Collegio Procuratorũ, & altera dimidia cameræ Ducali. Et nihilominus cõparens cõtra formã præsentis Statuti, nõ audiatur, & acta p eũ sint ipso iure nulla, & teneat ad interesse parti, p qua interceserit.

Quod nullus, qui non sit descriptus in Matricula Procuratorum, possit pro alio comparere. Rub. VIII.

ET ut fraudibus obuietur, Statuimus, quod nullus, qui non sit in Matricula Causidicorum, possit in aliqua causa pro alio cõparere corã aliquo Iudice ad tribunalia, etiã cũ principali suo, & dicere sub nomine eius aliqua uerba spectantia ad ordinẽ iudicij, nec etiã dicere, ipse sic dicit, uel similia uerba, ultra unã uicem, sub pœna librarum x. applicãda ut supra, & nihilominus acta sint ipso iure nulla. Et præfata locum nõ habeant in coniunctis personis, quæ pro alijs personis coniunctis cõparere possint, sm̃ quod de iure Cõmuni dispositum est.

De Vestibus, & habitu Causidicorum. Rub. IX.

PRO Conseruatione decoris Collegij præfati, ac psonarũ ipsorũ Causidicorũ, & ut Causidici seu Procuratores præfati dignoscant a cæteris, Statuimus, & ordinamus, quod omnes Causidici ac descripti ac recepti in eorũ Collegio, teneantur & obligati sint incedere in habitu Procuratorio, & togati toga se protendente & demissa saltem usq; ad genua. Et qui aliter incesserit, uel sine toga præfata cõparuerit, exercueritue Procuratoris officium, eo ipso priuatus esse intelligatur officio Procuræ, & indignus eo effectus.

De filijsfamilias in Collegium admittendis. Rub. X.

STATVIMVS, & ordinamus, quod quilibet filiusfam. in dictũ Collegium Procuratorum admitti possit, dummodo habeat qualitates per præsentia Statuta requisitas, & fideiussionem idoneã præstet pro præsentium Statutorum obseruatione.

In quibus casibus Forensis pro alio cõparere possit. Rub. XI.

STATVIMVS, quod Forensis possit esse actor, & Syndicus cuiuscunq; tutoris, & uniuersitatis Forensis, & pro eis in iudicio intercedere usq; ad litis cõtestationẽ inclusiue tantũ. Lite autem

conteſtata, teneatur Procuratorem conſtituere, qui ſit de Collegio prædicto,& ulterius non audiatur.

Quod Procuratores ſint de Collegio Notariorum. Rub. XII.

STATVIMVS, quod Cauſidici dicti Collegij nō intelligantur eſſe ſeperati a Collegio Notariorū Ciuitatis Mutinæ. Et ad honorés,& onera,beneficiaq;,& cōmoda dicti Collegij Notariorū uocentᵗ, & in dicto Collegio Notariorū cōnumerentur: Dummodo ipſi Procuratores admiſſi fuerint in Collegiū ipſorū Notariorum, ſm̄ Statuta ipſorum Notariorū,& in eorū Matricula deſcripti fuerint,& non aliter. Volumus tamē, quod nullus Cauſidicus poſſit aliquo modo ſocietatem contrahere cum Actuarijs,& ſiue Notarijs actorum. Sed in omnibus & per omnia Cauſidicorum officium ſit diſtinctum & ſeperatum ab eis. Et ſi quis contrafecerit, cadat pro qualibet uice in pœnam librarum. X. applicandā pro dimidia cameræ Ducali, & pro altera dimidia Collegio Cauſidicorum.

Quod Procuratores delinquētes poſſint priuari,& puniri. Rub. XIII.

STATVIMVS, quod D. Prætor Mutinen. & D. Prior dicti Collegij Procuratorū ſimul teneantur quēcumq; ꝓcuratorē dicti Collegij male ſe gerentem in officio procuræ, & cōmittentē fraudes, & tenentem inhoneſtam uitam, priuare & caſſare de dicto Collegio: Et ei interdicere officium procuræ, uel perpetuo, uel ad tempus. Ac eos arbitrio ſuo, prout iuſticiæ conueniens eſſe uiſum fuerit, punire, & multare.

De Matricula D. Procuratorum facienda. Rub. XIIII.

STATVIMVS etiam, quod expenſis Procuratorum fiat una Matricula, ſeu unus liber in chartis menbranis, in quo ſcribantur Statuta dicti Collegij, & Procuratores Matriculati, & Matriculandi in dicto Collegio,& eorum nomina,& cognomina per Notariū dicti Collegij. Qui liber ſtare debeat penes D. Priorem ipſius Collegij. Qui D. Prior teneatur eum librum exhibere, & relaxare D. Priori ſucceſſori ſuo intra tres dies poſt electionem dicti ſucceſſoris, ſub pœna librarum trium ipſi Collegio applicanda.

De ueterum Statutorum derogatione. Rub. XV.

INſuper Statuimus, quod ī futurū præſentia Statuta Collegij Cauſidicorum inuiolabiliter obſeruentur, non obſtantibus aliquibus Statutis uel prouiſionibus Ciuitatis Mutinæ contrarium diſponētibus, cæteriſq; in contrariū facientibus non obſtantibus quibuſcunq;: quibus omnibus per præſentia Statuta abrogamus, & abrogatū eſſe uolumus.

FINIS.

R. BIBLIOTECA ESTENSE
14 MAR 46
MODENA
107145